Quidã cõplexus: quidam incomplexus. Incomplexus eſt terminus ſimplex vel aliquid tali ſubordinatũ: vt ſi hoc totum ois hõ eſt aial ſignificaret tãtũ ⁊ eodẽ mõ ſicut hec vox hõ eſſet terminus incõplexus. Terminus cõplexus eſt cõcept' cõpoſitus vel aliquod tali ſubordinatũ: vt. a. impoſitũ ad ſignificãdũ tãtũ quãtũ hoc complexum hõ eſt aial eſt termin' cõplexus. Terminus complexus eſt duplex qđã cõplexus cõplexione diſtãti: ⁊ eſt quando extrema diſtant per aliquod cõiungibile. ⁊ dicitur per cõiungibile ⁊ nõ per coniunctionem. exemplum vt ſortes vel aial octo eſt numerus diminutus. Et per anthonomaſiam complexum interdum capitur pro complexo propoſitionali ſolum ⁊ quãlibet aliã complexionem excludit. Termin' cõplexus complexiõe indiſtãti eſt quando extrema nullo modo diſtãt: vt hõ animal bene diſputans ſit de talibus.

Terminus cõplex' duplex.

¶ Quinta diuiſio terminorũ.

Quidam eſt prime intentionis: quidam ſecunde. Impoſitio conuenit terminis ad placitum ſignificantibus: ⁊ intẽtio terminis naturaliter ſignificantibus: tamẽ loquendo vt plures ꝓmiſcue vtar intentione loco impoſitionis ⁊ ecõuerſo. intelligẽdo vt pauci impoſitionẽ terminis ad placitum ſignificantibus cõuenire: ⁊ terminus prime intentionis vel ſecũde nihil aliđ eſt ꝙ terminus qui eſt prima intentio vel ſecunda: ita ꝙ illa conſtructio tranſitiua in qua ponũtur obliq̃ ducantur ad vnam intranſitiuam de rectis: quẽadmodum dicimus iſte menſis eſt februarij: id eſt februarius.

Impoſitio cõuenit terminis ad placitũ ſignificãtibus intentio ſignificãtib' naturalr.

¶ Iſto notato diffinit terminus ſcđe itẽtiõis ſic. Eſt termin' ſignificãs rem q̃ eſt ſignũ ea rõne qua eſt ſigñtiuũ vel rẽ ſignifica-

Termin' ſcđe inten

tionis q̄d ſit loquendo vt plures.

tam ea ratione qua ſignificata eſt vel alterū includens copulatim. In hac diffinitiōe ponit̄ terminus loco gn̄is Dicit̄ ſignificās rē q̄ eſt ſignum ad excludēdos tales terminos hō aīal qui excluderētur ſatis bene ſine illo termino. Dicit̄ ea rōne qua eſt ſignificatiuū ad excludēda trāſcēdentia ⁊ terminos ſignificātes ſigna: q2 ꝗꝗ iſte terminus ens illud ſignū hō repꝛeſentet: nō tamē ea ratione qua eſt ſignificatiuum: quia dato ꝙ h̄ vox hō caderet a ſua ſignificatione: nō minus ſignificabitur per iſtū terminū ens: ſec9 eſt de illo termino nomē qui ſignificat illud nomē hō ea rōne q̄ eſt ſignificatiuū: q2 ſi hec vox hō cadat a ſua ſignificatione nō amplius ſignificabit̄ ꝑ iſtū terminū nomē: q2 ſequit̄ quocūq3 demōſtrato h̄ nō eſt ſignificatiuū: ergo hoc nō eſt nomē cū3 ex oppoſito ſequit̄ oppoſitū hoc eſt nomē: ergo hoc eſt vox ſignificatiua ad placitū ꝓpoſitionaliter capiēdo terminū. Dicit̄ vel rē ſignificatā ea rōne qua ſignificata eſt ꝓpter tales terminos diffinitū remotū: ſcibile remotiſſimū: equiuocū equiuocatū: vniuocū vniuocatū nā iſte termin9 diffinitū remotum de materiali rem ad extra ſignificat de formali connotādo illā rē ſignificari per alium terminum ſcilicet ꝑ diffinitum ꝓpinquū ⁊ non obſtante talis terminus non eſt partim prime ⁊ partim ſecunde ſed preciſe ſcdē. hoc declaratur. capiatur hec diffinitio animal rationale huius diffinitū propinquū eſt iſte termin9 hō et ſoꝛtes ad extra diffinitū remotū ſi ſoꝛtes ad extra deſineret ſignificari ꝑ iſtu3 terminū diffinitū propinquum etiam per iſtū terminū diffinitū remotū. i. iſte terminus diffinitū remotu3 deſineret ſupponere pro eo. etiā hec propoſitio hō eſt riſibilis eſt vnū ſcibile propinquū cuius extrema ſunt ſcibilia remota. et res ad extra ſc3 ſoꝛtes ⁊ plato ſunt ſcibilia remotiſſima q̄ ſi non ſignificarent̄ ꝑ ſcibile remotum neq3 per iſtū terminū ſcibile remotiſſimū. ⁊ ita in alijs practicādum eſt. Dicitur inſuper vel alterum includens copulatim propter tales terminos ſoꝛtes et nomē diffinitum remotū ⁊ pꝛincipiū ſcibile remotiſſimum ⁊ interiectio.

Scibile remotum ⁊ ꝓpinquu3

Termin9 prime intentiōis

Termin9 prime intentionis

ſic diffinitur. eſt terminus nō ſignificās rē q̄ eſt ſignū ea rōne qua eſt ſignū: neq3 re ſignificata3 ea rōne qua ſignificata eſt: nec alterū coꝝ copulatim includēs ly nō in hac diffinitiōe nō infinitat rē que eſt ſignū: ſed hoc totū rē q̄ eſt ſignū ea ratiōe qua eſt ſignū dicit̄ rē q̄ eſt ſignū eadē rōne ⁊c. ꝓpter iſtū terminū ſcriptura q̄ ꝗꝗ ſignificet rē q̄ eſt ſignū puta iſtū terminū hō: nō tn̄ ea rōne qua eſt ſignificatiuū: q2 ſi hec ſcriptura hō caderet a ſua ſignificatione nō min9 ſig̃ret ꝑ iſtu3 terminū ſcriptura: quia huī in ſcripto eſt ſcriptura quemadmodum hec ſcriptura homo.

Termini prime intētionis

Termini prime intētiōis vocant̄ nōia rerū. ſcdē ꝟo nomina nominum

vocantur nomina rerū. Scdē ꝟo nōia nōi3 nec dicūt̄ termini ſcdē intētionis quaſi in ſecundaria ⁊ methaphoꝛica ſignificatione in oꝛdine ad primam licet plerunq3 hoc teneat: vt p3 de iſtis terminis genus ſpecies ⁊ ly terminus: ſed termini dicūt̄ ſecunde impoſitionis: quia impoſitiones alioꝛum terminoꝛum pꝛeſupponūt ad hoc ꝙ ſupponant quare ſi ad imaginationem oīa pꝛincipia caderent ab eoꝛum ſignificationibus ia3 iſte terminus participium deſineret ſupponere pro ipſis. ſecus eſt de terminis prime intentionis. Ex iſto patet ꝙ aliqui termini prime intentionis terminos ſecunde ſignificant ⁊ ecōuerſo. pꝛimum p3 de iſtis terminis ens vox qualitas. ſecūdū patet de iſtis vniuerſale ꝑdicabile genus. Etiā aliqui termini pꝛime ſignificāt terminos pꝛime quemadmodū aliq̄ ſecunde terminos ſecūde repꝛeſentāt. exempla clarēt. Et terminus pꝛime ſignificatiōis non in ꝓueniēter aſſignatur ſuperius ad terminū pꝛime intētionis ⁊ pꝛie impoſitionis: ⁊ ita de termino ſcdē ſignificationis dicatur.

Termini prime intētionis ſignificant terminos ſcdē ⁊ ecōuerſo.

Ex iſto patet ꝙ aliqui termini ſignificāt pꝛeciſe res: ⁊ tales ſunt duplices. Nā q̄dā ſignificāt res abſolute: vt ſoꝛtes albū pater. aliq̄ cōnotatiue vt diffinitū remotū. aliqui ſunt termini ſignificātes terminos et nō terminos: vt tranſcendentia pꝛimi ſemper ſunt pꝛie ſignificationis. ſecundi ſunt ſecunde ſignificationis. et pro alio membꝛo datur tale documentum.

Termini q̄dā ſignificant res abſolute: q̄dā cōnotatiue.

Quando dubitatur de aliq̄

Noſce quādo terminus ſit pꝛime aut ſecūde ſignificationis

termino an ſit pꝛime vel ſecūde opoꝛtet capere vnū entymema cuius ſubiectū antecedētis erit pronomē hoc demōſtrādo rē ſignificatā per terminū de quo dubitatur copula erit hoc ꝟbū eſt negatiuū predicatū ly ſignificans concludendo pro pꝛedicato terminū de quo dubitat̄ ſeruatis ſubiecto ⁊ copula eodē mō ſicut in antecedēte et ſi conſequētia ſit bona terminus dat9 eſt ſecūde: ſinautem pꝛime. vt exempli gratia hec vox: homo eſt res ſignificata per iſtū terminū vox opoꝛtet ſic arguere hoc eodē demōſtrato non ſignificat ergo nō eſt vox: ⁊ q2 hec cōſequētia nō valet vox eſt terminus pꝛime ſignificatiōis. ſ3 demonſtrādo illud participium amās dicamus ſic hoc nō ſignificat: ergo hoc nō eſt participiū. cōſequētia eſt bona. ⁊ ſic cognoſcitur ꝙ participiū eſt ſecunde ſignificatiōis: ſ3 de re ad extra opoꝛtet dicere in antecedēte hoc nō eſt ſignificatū ꝯcludēdo ſicut ante dictum eſt. Et hic capit̄ ſignū ⁊ ſignificare tertio mō de quo poſtea dicet̄: q2 alioquin argumentū probaret iſtos terminos imago vexillū eſſe ſecūde ſignificatiōis quēadmodū opinatur Geoꝛgius bꝛuxel. quod nō eſt dicendū.

Impꝛobat geoꝛ. bꝛux.

Notandū eſt etiā ꝙ aliqua

cōplexa capiūtur ſcdē itētionalit̄: q̄ꝫ ꝑtes capiūt̄ pꝛie de q̄b9 nō pōt dari ars: ſed in h̄ imitād9 ē nominaliū vſus. vt eſt pꝛie itētionalit̄ tātū valet ſicut realiter inhere: e. ſcdē intētionalr̄ tantū valet ſicut denominatiue ꝑdicari. ⁊ h̄ mō ſolēt tales diſtingui. ſapiētia eſt i deo pꝛie itētionaliter falſa ⁊ impoſſibilis eſt ſecūde intētionaliter ꝟa: quia ſenſus eſt hoc complexum ſapiētia dei ꝑdicat̄ denominatiue de illo termino de9 ꝙ aliq̄s termin9 capiat̄ pꝛie itētionalr̄ ⁊ ſcdē itētionalr̄ explanatū ē ex dict̄ ſ: vt ſubiā termin9: ⁊ ſic de alijs.

Eſſe pꝛie intētionaliter ē realiter inhere. ſcdē itētionaliter eſt denominatiue ꝑdicari

Cōtra predicta arguit̄. Et

pꝛio 3 h̄ vbi d2 ꝙ ſi amās caderet a ſua ſig̃tione nō āpli9 ſig̃ret ꝑ iſtū terminū pꝛincipiū. q2 terminus anteq̄ cadat a ſua ſignificatione ſiue depoſitione ſignificationis ſecundum quod ſolet dici defuncto ſoꝛte ſoꝛtem ſua dictio monſtrat ꝙ ſignificari capitur pro ſupponere: ⁊ hoc eſt verum niſi ſit repugnantia in adiecto propter tale indiuiduum exiſtens generaliſſimum.

Secūdo arguitur ꝓbando

ꝙ null9 termin9 pōt capi pꝛie ⁊ ſcdē itētionalr̄: ⁊

hoc ſic. bn̄ ſequit̄. a. terminus eſt ſecūde ſignificationis: ergo ſignificat rē q̄ eſt ſignū ea ratione qua eſt ſignū: vel rē ſignificatā ea ratione q̄ eſt ſignificata: vel hoc copulatim includēs p̄ diffinitionē termini ſcd̄e ſignificationis. ⁊ ex altera p̄te ſequit̄. a. eſt p̄rime ſignificationis: ergo nō ſignificat rē q̄ eſt ſignū ea ratione q̄ eſt ſignū: nec rē ſignificatā ⁊c. conſequentia tenet per diffinitionem termini prime intentionis.

¶ Reſpōdetur cōcedēdo p̄mā cōſequētiā ⁊ cōſequēs cū in eo nulla ponat̄ negatio. ⁊ negat̄ ſecūda cōſequētia cui' ꝯñs negationē includit. ſʒ oportet cōcedere nō ſignificat rē q̄ eſt ſignū ⁊c. ſm rōnē q̄ eſt p̄ie ſignificatiōis vel ſic negeť cōſequētia: ſed debet cōcludi ſignificat rē q̄ nō eſt ſignū ea ratione ⁊c. ⁊ ibi cōcludit̄ diffinitio termini prime intētionis modo iſta cōſequētia nō repugnat quēadmodū ſortes habet rem que eſt aſinus ⁊ rem que nō eſt aſinus.

Sortes habet reʒ q̄ eſt aſin' ⁊ rē q̄ nō ē aſinus.

¶ Tertio arguit̄ cōtra regulā qua dinoſcunt̄ termini prime intētionis: quia regula data ſequit̄ ꝙ hoc ꝯplexū hō exiſtēs aſin' eſſet ſecūde intētionis. cōſequēs liquido cōſtat eſſe falſuʒ: ergo antecedēs nō etiāʒ. declaratur cōſequētia: q2 demonſtremus ſortē ſignificatū p̄ hoc cōplexū homo exiſtēs aſinus. dicamus ſic. h̄ nō eſt ſignificatū: ergo hoc nō eſt hō exiſtēs aſinus. hec cōſequētia eſt bona: ergo p̄ tertiā regulam hō exiſtens aſinus eſt terminus ſecunde.

¶ Reſpōdetur negādo ſeq̄lā: nec retorques argumētū ad intētionē regule: q2 regula vult q̄ñ res ſignificata eſt termin': et adhuc in illis nō tenet vniuerſaliter: ⁊ hoc quādo termin' demōſtrat' nō pōt accipi p̄ aliq̄: vt accepto hoc cōplexo ens qđ nō eſt ens. vox q̄ nō eſt vox. ⁊ ſic de ſimilib'. demōſtrem' iſtā vocē hō hec cōſequētia eſt bona. hoc nō ſignificat ꝫ hoc nō eſt vox q̄ nō eſt vox. vel ꝫ hoc nō eſt ens quod non eſt ens. ⁊ hoc pōt ſatiſfacere iſti cōplexo hō exiſtēs aſin'. nō tn̄ nego quin ſint aliq̄ termini ſcd̄e intētiōis q̄ ſimilē repugnātiā inuoluūt: vt indiuiduū exiſtēs ḡnaliſſimū ſm eādē rōnē. Et vt hec materia terminorū p̄ie ⁊ ſcd̄e intētiōis plenius dinoſcatur formo aliqua dubia.

Dubia p̄ maiori notitia terminoꝝ p̄ie ⁊ ſcd̄e intētiōis.

¶ Primo dubitat̄ an hoc cōplexū nomē vocale ſit terminus prime vel ſcd̄e. Siliter ſignificās holeʒ ſupponēs pro termino.

¶ Scd̄o dubitatur an terminus logicaliter ſumpt' in toto ſuo ābitu put ſic diffinit̄. Termin' eſt ſignū ponibile in p̄pone. ſit termin' p̄ie vł ſcd̄e ſig̃tiōis. ſiliter an hoc cōplexum termin' prime ſig̃tiōis ſit termin' ſcd̄e.

¶ Tertio dubitatur an aliqs termin' infinitus ſit termin' ſecūde intētiōis.

¶ Quarto dubitatur an diſiūctū aliquorū terminorū quorū vn' eſt prime et alter ſecunde ſit ſecūde intentionis vel prime.

¶ Quīto dubitat̄ an iſti tres termini ꝯcept': ꝯcept' nō vltimat': concept' vltim' ⁊c' ſint termini prime vel ſecunde ⁊ an in eis omnibus ſit idem iudicium

¶ Sexto dubitatur an terminus reflex' vnius cōceptus directi qui eſt ſecūda intentio ſit terminus ſecunde intentionis.

¶ Ad primum dubium quod erat de iſto termino nomē vocale reſpōdet̄ ponēdo vnā cōcluſionē ꝙ eſt terminus mere ſecūde ſignificationis q̄ concluſio probat̄ ſic. ſignificat rē que eſt ſignum ea ratione qua eſt ſignificatiuū: ergo eſt terminus ſecunde ſignificationis. conſequentia tenet per diffinitionem termini ſecunde intentionis: quia cuicunq; conuenit pars diffinitionis diſiunctiue ſumpta ⁊ tota diffinitio. antecedēs patet de hac voce ſignificata per hoc complexum nomē vocale que ſi caderet a ſua ſignificatione non amplius ſignificabitur per ipſum. eodē modo dicatur de hoc cōplexo ſignificās hominem. ſed ſupponens pro termino eſt terminus prime. Ex iſto patet ꝙ aliquod complexum terminorum prime ⁊ ſecūde eſt ſecunde ſignificationis aliqđ vero prime

Ly nomē vocale eſt mere ſecūde ſignificationis

Aliqđ cōplexuʒ terminorum p̄ie ⁊ ſcd̄e ſig̃tionis eſt ſcd̄e et aliqđ p̄ie

¶ Contra hanc concluſioneʒ arguitur ſic. qua ratione illud cōplexū eſt ſecunde ſignificationis ratiōe illius termini nomen eadeʒ ratione eſt prime rationeſ huius concreti vocale qđ eſt prime ſignificationis: vt patet per eius abſtractū vox quemadmodum de propoſitione mixte qualitatis.

¶ Rn̄detur ꝙ hoc argumētū enitit̄ vni falſo fundamento qđ dicat̄ ſcd̄e rōne partis: immo dicatur ſecunde ratione totius.

¶ Ad ſecunduʒ dicitur ꝙ terminus ſumpt' in toto ſuo ambitu proprie non eſt terminus ſecūde ſignificationis: quia q̄uis iſtū terminū homo ſignificatiuū ſignificet: non tn̄ ea ratione qua ſignificatiu' eſt: q2 ſi caderet a ſua ſignificatione non ampli' ſignificando ꝙ huſ adhuc ſignificabitur per iſtū terminum terminus. Sed bene verum eſt ꝙ multum cōmunicat cum termino ſecunde ſignificationis. propter ea in ſuppoſitionibus cenſeretur termin' ſecunde ſignificationis. ⁊ faceret terminum prime ſtare materialiter. nec hoc eſt inconueniēs quia extēſius capitur in ſuppoſitionibus ꝙ in terminis. ⁊ cauſa diſcriminis facile poteſt oſtendi ⁊ reſpiciendo ad ſuppoſitionē materialem ⁊ ad eius radicem de qua in ſuppoſitionibus. Et ſi dicas ꝙ ſubiectū huius homo eſt dictio diſſyllaba ſupponit materialiter gratia predicati ſecunde ſignificationis hoc eſt diſſolutū. Ex dictis etiā poteſt dici ꝙ dictio diſſyllaba multipharia capitur quēadmodū ly terminus: tamen vt ſufficit in p̄poſito dupliciter. Uno modo vt tantū valet ſicut habēs duas ſyllabas ſiue fuerit ſignificatiuum ſiue nō: vt belrix triſſyllabū ſimilit̄ vt bliſtri. Alio modo addendo ſignificatiuum. De iſto complexo terminus prime intentionis dicatur ꝙ eſt ſecūde: q2 ſignificat tales terminos hō: propterea ratiōe q̄ ſunt ſignificatiui: nec p̄pterea ſequit̄ ꝙ terminus prime intentiōis ſit ſecunde. licet nō inficiamur conſequēs. ſed ſolū ſequit̄ ꝙ ly termin' p̄ie intētiōis ē ſcd̄e ſig̃tiōis.

Ly terminus p̄ie intētiōis eſt ſecūde ſig̃tionis

¶ Ad tertiū dubiū vbi querebatur an termin' infinitus ſit ſcd̄e intētionis Reſpondet̄ ꝙ nullus termin' infinit' ſumptus cū vnica negatiōe infinitāte ſtāte ordīe reruʒ eſt termin' ſecūde ſignificatiōis. h̄ patet q̄ñ termini infinitati ſunt prime intētionis: vt i iſtis nō

An terminus infinitus ſit ſcd̄e intētiōis.

hō nō aliquid nō chimera. ſimilit' q̄n terminus infinitat' eſt ſecūde intentionis: vt in iſtis non participiū nō nomē qui termini ſunt pure pri me intētionis: q2 lȝ nō pticipiū ſignificet rē que eſt ſignū: nō tñ ea ratiōe qua eſt ſignificatiuuȝ. Dicit cū vnica negatiōe infinitāte poſit' propter tales terminos: nō pticipiū: nō nomē: quorum termini infinitati ſunt p2ie ſignificationis: q2 iſti termini cōuertūtur cū iſtis nomē: pticipiuȝ. Dicit ſtante ordine reꝝ: q2 p nouū modū impo nēdi aliter pōt cōtingere: vt ſi. a. imponat ad ſi gnificādas res que nō ſunt ſigna hoc connotā do iam non. a. erit terminus ſecunde.

Diſiūctuȝ eſt prime ſcōe inten tionis.

¶ Ad quartū vbi dubitat de duobus terminis diſiūctim ſumptis quoꝝ vnus eſt p2ie ⁊ alter ſecūde. Reſpōdet p vnū notabile ex eo inferēdo cōcluſiōes reſpōſiuas. Pro nota bili aduertēdū eſt φ aliqđ eſt diſiūctū prime ⁊ ſe cūde ſic ſe habēs φ termin' ſecūde nulli poteſt cōpetere niſi termin' p2ie ꝯpetat eidē: vt ens vł pticipiū aliquod eſt diſiūctū cui terminus ſecū de pōt cōpetere abſq3 hꝫ φ termin' p2ie cōpetat eidē: vt ſortes vel pticipiū chimera vł īteriectio.

Quodli bet diſiun ctuȝ primi modi eſt terminus ꝓmus pri me inten tionis.

¶ Iſtis notatis ponūtur con cluſiones. Quaꝝ prima eſt. Quodlibet diſiūctuȝ primi modi eſt termin' p2ie īteñtiōis. Probatur cōcluſio. aliqđ tale eſt p2ie: ergo ⁊ quodlibet. te net cōſequētia φ̄φ arguit a non diſtributo ad diſtributum: q2 equalis eſt ratio in olb'. Aſſū ptū arguit: q2 eſto φ hoc diſiūctū ens vł pticipiū ſignificet iſtū terminū amās: nō tñ ea ratiōe q̄ eſt ſignificatiu': q2 ſi ad imaginationē poſſibilē caderet a ſua ſignificatione adhuc illud totū ac cipiet p eo. ⁊ cū eſt recurſ' ī alterā ptē extremi.

¶ Secunda cōcluſio. Nulluȝ diſiūctū ſecūdi modi eſt termin' pure ſcōe intē tionis ſic φ nullo mō ſit prime. Probat de aliq̄ tali: q2 equalis eſt ratio de hoc diſiūcto ſortes vł pticipiū ſignificat ſortē. nō ea ratiōe qua ſigni ficata eſt: ⁊ vt liquet non eſt ſignum: ergo ratio illius non eſt prime.

¶ Tertia cōcluſio. Nullū diſ iunctū huiuſmodi eſt pure termin' prime intē tionis ſic φ nullo mō ſit ſcōe: Probat de aliquo tali de exēplo propoſito in ſecūda cōcluſiōe: ſor tes vel participiū ſignificat iſtū terminū amās ea ratiōe qua eſt ſignificatiuū: q̄ſi nō eſſet ſigni ficatiuum non magis ſignificaretur per illud diſiunctum capiendo ſignificaret vt in ꝓpoſito.

Nota hꝫ

¶ Quarta concluſio. Quodli bet tale conſideratū in ordine ad terminū pri me eſt prime intētiōis: ⁊ in ordine ad terminuȝ ſcōe eſt ſcōe aliter tñ φ̄ vn' terminus q̄ ī vna ſi gnificatiōe capit prime īteñtionalit' ī alia ſcōe.

Copulata ſu nt ꝑci ſe ſecunde ſignifica tionis. Aliq̄s ter minus ſe cūde ſigni ficatiōis ſi gnificat rē q̄ nō eſt ſi

¶ De copulatis dicit φ ſunt preciſe ſecūde ſignificatiōis: vt ſortes ⁊ pticipiū illud copulatū pro ſorte ad extra: ⁊ illo termino amās ſupponit ea ratione qua hoc aggregatuȝ eſt ſignificatiuū: q2 ſi ly amās caderet a ſua ſi gnificatiōe: iā ille termin' copulatū ꝓ illis duo bus terminis nō accipiet. Et ex illo infertur φ aliq̄s termin' ſcōe ſignificatiōis ſignificat rem q̄ nō eſt ſignū. rē ſaltē aggregatiue: q2 demōſtra tis illis duob' ſignificatis falſuȝ eſt dicere φ ſūt res q̄ eſt ſignū ⁊ ex q̄ ſunt. veꝝ erit dicere φ ſunt. res q̄ nō eſt ſignū. nec illud copulatuȝ ſignificat rem ſignificatam ea ratione qua eſt ſignificata diſtinguendo rem a ſigno.

gnū ſaltē aggregati ue.

Cōceptus non vlti matus et vltimat' ſunt eiuſ dem intē tionis cū voce vel ſcripto.

¶ Ad quintum dubium vbi dubitabat de iſtis terminis cōcept' ⁊c. Dicit φ dubiū procedit a terminis materialiter captis: q2 ſignificatiue ſumptis terminis cōcept' non vltimat' ⁊ vltimat' ſunt eiuſdē intētionis cū vo ce vel ſcripto: vt cōcept' omniū hoīm eſt p̄me in tētiōis ⁊ etiā naturalis ſimilitudo huius vocis hō quēadmodū vox ipſa: lȝ termin' nō vltima tus ptim cōicet cū termino ſecūde ītētiōis eo φ videt ſignificare rē ſignificatā ea ratiōe qua ſi gnificata eſt p alteꝝ terminū vt cōcept' hui' vo cis hō nō vltimat' ſignificat ſortē ⁊ platonē ad extra ea ratiōe q̄ ſunt ſignificati p vocē. Dicitur hoc negādo q2 φ̄φ hec vox hō caderet a ſua ſi gnificatiōe ⁊ nō ſit in reꝝ natura adhuc ſortes ad extra ſignificabit p cōceptū nō vltimatū ſal tē nō ſequit φ nō ſignificabit. Secus eſt de iſto termino diffinitū remotū ſignificāte ſortē ⁊ pla tonē: q2 ſi iſte termin' hō nō eſſet nec aliq̄s ali' termin' ſortē ſignificās q̄ q̄dē termin' eſſet diſ finitū propinquū dico φ tūc ſortes ad extra nō ſig̃bit per iſtū terminū diffinitū remotū hꝫ ꝓno tato φ dubiū querit de illis tribus terminis et nō de eoꝝ ſignificatis vltimatis niſi per accidēs ⁊ tūc reſpondet ad dubiū φ iſti termini ſunt pri me intētiōis q2 lȝ iſte termin' cōcept' rē q̄ eſt ſi gnū ſignificet hoc tñ eſt ḡnaliter ⁊ ſub ꝛepſenta tione in cōi mō rep̄ſentare cōuenit ſignis et nō ſignis tertio mō: ⁊ hoc nō ſufficit ad terminū ſe cūde intētiōis ſȝ op' eſt φ ſignificet propoſitio naliter hoc declarat accepto generaliſſimo ter minoꝝ ſecūde intētiōis cui' vicē ſupplet ſignuȝ propoſitionale q2 ſignū propter eius cōmunita tē eſt prime: ⁊ tūc dr̄ φ q̄libet termin' in ſpeciali participās ꝯnotatiōnē hui' termini ſignū ꝓpo ſitionale eſt ſcōe intētiōis ⁊ nō aľs: vt iſte termi nus nomē ſignificat iſtos terminos hō aīal ꝯno tādo φ ſūt ſigna ꝓpoſitionalia ⁊ adhuc magis in ſpirituali puta in recto ſiue tempore et de a liq̄s particulis in diffinitiōe nominis: modo ſic non eſt de terminis datis.

Regula ge neralis ꝓ termino ſcōe intē tionis.

¶ Ad ſextuȝ dicitur φ dubiū depēdet ex eo an vnus cōcept' reflexus vni' cō ceptus directi ſignificet illa q̄ per cōceptū dire ctū ſignificātur: ⁊ ſi ſic conceptus reflexus eſt ſe cunde intentionis quod totum concedo vt pa tebit in diuiſione ſequenti.

¶ Contra totam diffinitionē termini ſecūde intētionis arguit. q2 ex ea ſequi tur φ iſte termin' vox eſſet ſecūde intentionis. Cōſequēs eſt falſuȝ igit. cōſequētis falſitas pꝫ ex dictis. probat tñ cōſequētia q2 ſignificat rem q̄ eſt ſignū ea ratiōe qua eſt ſignificatiuū qđ ſic oſtēdit q2 ſi q̄libet res ſignificata p iſtū termi nū vox caderet a ſua ſignificatione ille termin' vox nō acciperetur pro illo p q̄ ante accipiebat: qua iſte terminus vox caderet a ſua ſignificatio ne ⁊ ſic falſuȝ erit dicere hō platū eſt vox: quia ſenſus eſt talis terminus hō eſt iſte terminus vox: quod eſt falſum ⁊ propterea nomen reputa tur terminus ſecunde intentionis.

¶ Ad argumētuȝ reſpōdetur negando φ ſit terminus ſecunde: q2 aliter vo.

mē ſignificat rē que eſt ſignum et aliter vox:q2 ꝙ ꝙ in caſu argumēti hec ſit falſa hō in ſermōe eſt vox:tñ tūc ita erit in re ſicut mō ante caſum ſignificatur.ſecus eſt de iſto termino nomē qḋ ſic declaratur:volo ꝙ in hoc die dominico nulla ſit mutatio ⁊ cras ſtet caſus argumēti cū hoc ꝙ cras hec vox hō cadat a ſua ſignificatiōe tūc cras vtraq̄ iſtarum de preſenti erit falſa hō in ſermone eſt vox hō eſt nomē tñ iſta hodie in die dominica eſt vera:ita erit cras ſicut hec ſignificat hō in ſermone eſt vox:iſta exiſtente falſa ho die ita erit cras ſicut hec ſignificat hō eſt nomē ⁊ ex illo poteſt argumentū ſolui ad formā de talibus indiuiduū exiſtens generaliſſimū.bos exiſtens nomen:capra cathegorica celum exiſtens participium patet ex dictis:partim queſtionibus inueniēdū relinquitur.

Caſus

Terminorū mentaliū quidā vltimatus:quidā non vltimatus. pro quibus membris pono propoſitiōes.quarū prima eſt.

Conceptus non dicitur nō vltimatus:quia nō vltimo genit⁹ vl̄ ꝑmo ꝓduct⁹ Probatur propoſitio:q2 oſtenſo ſorte formo ei⁹ conceptum ⁊ poſtea huius termini ſortes.

Cōceptus non dicit nō vltimatus q2 nō ꝑmo ꝓductus.

Secūda ꝓpoſitio. Conceptus nō dicit nō vltimat⁹ q2 eſt naturalis vocis vl̄ ſcripture ſilitudo. Probat ꝓpoſitio de conceptu reflexo diſtīcte repñtāte vnū aliū ꝯceptū:q2 quēadmodū naturalis hui⁹ vocis hō ſimilitudo eſt conceptus nō vltimatus ſic naturalis ſimilitudo cōceptus repreſentatiuī omniū hominū:

Cōceptus non dicit nō vltimatus q2 naturalis ſilitudo vocis vel ſcripture. Vel termini.

Tertia ꝓpoſitio. Cōceptus nō dr̄ nō vltimatus eo ꝙ eſt naturalis ſilitudo termini. Probat:ꝑ oppoſitū ꝓpoſitiōis. Seqtur h̄ cōcluſio ꝙ ꝯceptus gnāliſſim⁹ omniū entiū repñtatiuus cēt ꝯceptus nō vltimatus. Similit ꝯceptus olm vocū ſcripturarū ⁊ huiuſmodi qḋ diceret nemo.pbatur tñ ꝯña:q2 naturalis ſimilitudo omnium entium eſt naturalis ſimilitudo vocis vel ſcripture.

Quarta ꝓpoſitio. Conceptus dicitur nō vltimatus eo ꝙ eſt naturalis ſimilitudo termini diſtīcte. Probat ꝓpoſitio: q2 nō dicitur non vltimatus:q2 primo ꝓductus ꝑ primā ꝓpoſitionē.nec dicitur nō vltimatus: q2 naturalis ſimilitudo vocis vel ſcripture per ſecūdā,nec dicitur non vltimatus:q2 naturalis ſimilitudo termini per tertiā. ⁊ nō videtur aliqḋ aliḋ ꝑ qḋ dici debeat ꝯceptus nō vltimat⁹: ergo habetur quarta cōcluſio vel haberi videtur.

Dicitur nō vltimatus eo ꝙ ē naturalis ſilitudo termini diſtincte.

De cōceptu vltimato pono quinq̄ propoſitiones. Quarum prima eſt. Conceptus non dicitur vltimatus quia vltimo productus. probatur ex prima propoſitione cōceptus non vltimati.

Secunda ꝓpoſitio. Cōceptus non dicitur vltimatus: q2 eſt naturalis ſimilitudo rei ſignificare per vocē vel ſcripturam probatur propoſitio de conceptu quē habebat adam vel habere poterat de campo damaſceno quando vocē ⁊ ſcripturarū inuentionē habuit.

Tertia ꝓpoſitio. Cōceptus nō dicitur vltimatus:q2 eſt naturalis ſimilitudo rei ſignificare per terminū. Probatur ꝓpoſitio:q2 illo dato ſequitur ꝙ naturalis ſimilitudo huius vocis vox reſpectu vocis eſſet conceptus nō vltimat⁹ conſequēs eſt falſum:ergo ⁊ antecedēs.ꝯſequētis falſitas eſt nota. aperit tñ ꝯña q2 eſt naturalis ſilitudo rei ſignificare ꝑ vocem.

Quarta ꝓpoſitio. Cōcept⁹ nō dicitur vltimatus: q2 eſt naturalis ſimilitudo rei ſignificare ꝑ terminū indiſtincte:q2 tunc ſi.a.imponeretur ad ſignificandū ſe preciſe conceptus de.a.nō eſſet cōceptus vltimatus. quod eſt falſum cū ibi coincidat cū conceptu non vltimato:vt ſtatim dicetur. Similiter ſeqtur ꝙ conceptus ſingularis quē ego habeo de ſorte ad extra nō eſſet vltimatus: q2 nō eſſet naturalis ſimilitudo rei ſignificare per terminum indiſtincte:immo diſtincte.

Quīta ꝓpoſitio eſt affirmatiua. Cōceptus dicitur vltimatus:q2 eſt naturalis ſimilitudo rei ſignificare per terminū indiſtincte ⁊ ꝓprie mediāte illa ſimilitudine niſi terminus diſtincte ſignificet. Probatur ꝓpoſitio: quia nō dicitur vltimatus:q2 vltimo ꝓductus ꝑ primā ꝓpoſitionē. nec vltimatus: q2 naturalis ſimilitudo vocis vel ſcripture ꝑ ſecūdā. nec vltimatus:q2 naturalis ſimilitudo rei ſignificare ꝑ terminū per tertiā.nec vltimatus.q2 naturalis ſimilitudo rei ſignificare per terminū indiſtincte per quartā. ⁊ nō videtur aliqḋ aliud per qḋ mereretur dici vltimatus niſi per hoc quod vult quinta propoſitio.ergo quinta propoſitio vera quam intendimus.

Quare dicatur cōceptus vltimatus.

Cōceptus vocatur vltimatus:q2 regulariter eſt poſterior cōceptus quem de termino habemus. Terminus ipſe duos cauſat cōceptus vt capto iſto termino rex generat efficiēter in audiente primo cōceptū huius vocis rex poſtea cōceptū rei ſignificate: ⁊ licet vterq̄ inſtantanee producatur. cōceptus tñ nō vltimatus eſt prior:ſaltē natura ⁊ ꝑſuppoſitus tēpore vel natura cōceptu vltimato. ſ̄m ꝯcept⁹ vltimatus cauſet a termino:ſ3 nō ecōuerſo cū terminus cōceptū nō vltimatū naturaliter repreſentat vltimatū vero ad placitū. etiā dicitur cōceptus vltimat⁹:q2 ibi itellect⁹ vltimo quieſcit ⁊ nō vltimatus oppoſito mō dr̄.vt plata hac voce antropos corā latino apprehēſa voce anim⁹ auditoris nō quieſcit ſed in cōceptum rei ſignificate cum diſcurſu ſignificationis progreditur.

Ites quare cōcept⁹ vocatur vltimatus.

Terminus cōceptum nō vltimatū naturaliter repñtat vltimatū ad placitum.

Tertio dicitur conceptus nō vltimat⁹:q2 cū h̄ naturalit ſigat ēt ad placitū repñtat ſi vox ad placitū ſignificet vt capta naturali ſilitudie huius vocis hō iþa naturalit ꝓprie vocē repñtat mediāte ſe ⁊ oēs holes ad extra mediāteq̄ ꝯceptu olm hominū repñtatiuo ⁊ ſic ſignificādo ſuꝰordinatur vni alteri conceptui ⁊ nō eſt ſtatus in ipſo ꝯceptu nō vltimato. Inſuꝑ aduerte ꝙ ſignificare ſic deſcribitur. Eſt potētie cognitiue aliqḋ repñtare. Repñtare ponit loco gñis:nō q2 cōmunior capiēdo ſignificare vt h̄ diffinit:ſ3.q2 termin⁹ notior qḋ ſufficit i diffinitiōib⁹ qḋ nōis.dr̄ aliqḋ trāſcēdēter vt icludat aliū ⁊ aliq̄lit. Dicit potētie cognitiue ad excludēdas potētias nō cognitiuas quēadmodū eſt potētia ignis ꝗ potētie apḋ ariſtotelē vocāt irrationales: ⁊ ꝑ potētiā nihil aliḋ itelligo ꝙ intellectū ſiue fuerit mud⁹ ſol⁹ vl̄ pur⁹. Et dr̄ potētie cognitiue:ꝗ nō itellectiue ad ſignificandū ꝙ

Diffinitio de ſignificare.

Aliqḋ qñ dicitur trāſcēdēter.

Potentie cognitiue

I hoīe irrel lectiua in brutis

aliquid repreſentatur brutis quod ſic declarat canis in aula a conſuetudine eſt vocatus ſortes audita hac voce ſortes mouetur ⁊ non niſi quia ei aliqd ſignificat̄ p hāc vocē ſortes. ſi q̄ras q̄uō pōt ei p̄lo fieri ipoſitio reſpōde perinde ad reſpōſiōe ē aſi i illo dubio de duob' puuris. Et non ponit̄ i iſta diffinitiōe p̄ncipalit̄: q2 ſufficit ad h̄ ꝙ aliqd dr̄ ſignificare ꝙ formalit̄ rep̄ſētet vt cōcept' vl̄ efficiēt ſiue p̄ncipalit̄. vt de' aīa vl̄ obiectū cognitū vel inſtrumētalit̄ vt vox. Ex olb' iſtis ſeqt̄ur ꝙ pferens in curia regē vocāt mihi ſig̃t regē: ſ3 mediate q2 mediāte voce: ⁊ vox eādē regē rep̄ſētat mediate ſimplr̄: q2 mediāte conceptu regis ⁊ ɔcept' regē abſolute imediate rep̄ſētat.

¶ Tūc ecce iſta tria p ordinē: plato ſortes vox ei' cōceptus rei ſig̃re. oīa iſta tria p eādē rē repſentāt ſ3 differēter p mediate: imediate vox: tñ cōparata ad platorē ei' imediate rep̄ſētat. hoc ē imediate i reſpectu ſolū ⁊ i ordine ad cōceptū mediate repſentat. ⁊ ſimpliciter quēadmodū dicit ariſtoteles ꝙ pallidū cōparatū ad albū ē nigrū: ⁊ cōparatum ad nigruz eſt album.

Signū ſignificare ⁊ repſētare q̄drupliat̄ dicitur

¶ Rurſus aduertēdū ē. ꝙ aliqd dicit̄ eē ſignū quadrupliciter ⁊ ꝓportiōabiliter de ſignificare ⁊ repreſentare dicatur.

¶ Prio mō aliqd dicitur eē ſignū quū repſentat ſe ſiue aliud a ſe ſiue poteſt poni in ꝓpoſitione ſiue nō. ⁊ hoc modo quelibet res mundi eſt ſignum.

¶ Secundo mō aliqd dr̄ eē ſignū quū repſentat aliud a ſe ſiue pōt poni in ꝓpoſitiōe p illo ſiue nō. ⁊ h̄ mō ſimulacrū herculis dicitur eē ſignū et iſto mō capit beat' Auguſtin' in principio ſcdi de doctrina xp̄iana vbi ſic inq̄t. Signū eīm ē p̄ter ſpeciē quā igerit ſenſib' aliqd aliud a ſe faciēs i cogitatōe venire ſicut veſtigio viſo aīal trāſiſſe indicam' ⁊ fumo ꝯcepto ignē ſubeſſe cognoſcim' ⁊ tuba ſonāte milites progredi vel regredi.

Auguſtin' de ſigno.

¶ Tertio mō capit̄ ſignū p illo qḋ ſignificat aliud a ſe ⁊ poteſt poni in ꝓpoſitione pro illo. vt iſte terminus homo.

¶ Quarto mō capit̄ ſignuz p illo qḋ ſignificat ſe ſiue aliō a ſe dūmō pōt poni i ꝓpoſitiōe p illo vt huſ. iter iſtas acceptiōes talis ē ordo ꝙ omne ſignū ſcdo mō ē ſignū p̄imo mō: ⁊ p ɔſ̄s quodlibet ſignū tertio mō p̄io mō ē ſignū: q2 q̄cqd ē iferi' iferiori ē iferi' ſuperiori illi'. ſ3 ſignū q̄rto mō ab aliis acceptiōib' excudit̄. Preterea ſignificare diuiditur in ſignificare naturaliter et ad placitum.

Acceptio de ſig̃re

¶ Significare naturalr̄ eſt ex natura rei quacūq ipoſitiōe ſemota rep̄ſētare nō ad hūc ſenſum ꝙ a ſignificatiōe naturali ſp ipoſitio ſecludat̄. vt p3 de iſto termino ens ſ3 ſic ſcil3 ꝙ dato ꝙ nō eēt ipoſitio nō min' illō ſig̃ret

Trifariā ſignificare naturalit̄ ſcilicet. Significare naturaliter ꝓprie

¶ Significare naturalr̄ trifariā diuidit̄. Nā aliqd ſig̃t naturalr̄ cōiter: aliqd naturalr̄ ex inſtictu nature: ⁊ aliqd ſig̃t naturalr̄ ꝓprie. Sig̃re naturalr̄ ꝓprie ē ſig̃re mediāte ſe vl̄ ſignificare imediate vl̄ formalit̄ rep̄ſentare. vt noticia quā ego habeo de iohāne formalit̄ iohānē rep̄ſētat. i. q̄dā forma mediāte q̄ aīa mea cognoſcit iohānē quēadmodū albedo eſt q̄dā forma mediāte q̄ paries ē alb' ⁊ talis noticia ab aīa mea ⁊ a iohāne cognita ꝓducit̄. De hoc dicit beat' auguſtin' nono de trinitate capitulo. xxi. circa mediū. vbi liq̄de ɔſtat ꝙ q̄ſcūq rē cognoſcim' ɔgenerat i nobis noticiā ſui. ⁊ ſi a cognoſcēte ⁊ cognito parit̄ noticia ⁊ oē ſignificare ad ſignificare naturalr̄ ꝓprie tāꝙ ad baſim ſignificationis reducit̄ vl̄ eſt ipſūmet in forma.

Nota ſententiaꝫ auguſtini.

¶ Significare naturalit̄ cōmunit̄ eſt cognitiōez efficere vl̄ obiectiue rep̄ſentare h̄ eſt eē obiectū ſignificationis. ⁊ hoc modo quelibet res mundi ſe ſignificat. quia eſt obiectiue diffuſiua noticie ſuipſius.

Naturalr̄ cōiter ſignificare

¶ Significare ex inſtictu nature ſic capit̄ i terminis vt tātū valet ſicut ſignificare ex natura rei q2 tūc quodl3 ſig̃re naturalr̄ eſſet ex iſtinctu nature rep̄ſētare: ⁊ ſic philoſophi accipiūt qñ dicūt quodl3 leue aſcendere poſſe ex graue deſcēdere ex iſtictu nature vel ex natura rei qḋ p eodē ɔuertibilit̄ accipitr̄. S3 h̄ capit̄ a ꝓprietate quēadmodū ſpūſſanct' eſt illa tertia ꝑſona i diuinis. Et ſic diffinit̄ ſig̃re ex iſtinctu nature. Eſt aliō a ſe rep̄ſētare nō ex ipoſitione nec formalit̄ vt latrat' canū irā vl̄ gaudiū ex iſtinctu nature rep̄ſētat. Silr̄ riſus cordis letitiā ⁊ gemit' dolorē. ⁊ ſic bruta cōiter repſentāt ſicut dr̄ i ſcdo de doctrina chriſtiana. hñt eīm beſtie q̄dā ſigna q̄b' appetitū animi ſui repſētāt. vt gallus rep̄to cibo vocē dat galline vt accurrat ⁊ colūb' colūbā ſup gemitu vocat q̄re poſuerim. nō ex ipoſitiōe nec formalit̄ ē facile cognitu. Sig̃re ad placitū ē ex ipoſitiōe vl̄ ɔſuetudie rep̄ſētare. vt iſte termin' hō i ſignificādo holes. Et duplex eſt ipoſitio. q̄dā autētica q̄ ē p ipoſitionē vni' i tota cōmunitate auctoritatē habētis. Alia eſt nō autētica ⁊ priuilaris q̄ vtunt̄ diſputātes ⁊ potiſſimū obligatores. vt poſito ꝙ a. in ꝓpoſitiōe vera ſignificet aſinum et in falſa hominem ⁊c.

Sig̃re ex inſtinctu nature

Bruta hñt ſigna q̄b' appetitus animi rep̄ſentant

Bifaria impoſitio

¶ Ex dictis pono ꝓpoſitiōes quaꝝ p̄la ē. Aliqd ſig̃t naturalr̄ cōiter. qḋ nō ſig̃t cōiter pbat̄ ꝓpoſitio. iohānes ad extra naturalr̄ ſig̃t vt dictū ē ⁊ nō cōiter: q2 nihil ſig̃t cōmunit̄ ex cōi mō loquēdi niſi termin' ɔmunis.

¶ Secūda. Aliquis termin' ſig̃t naturalr̄ cōiter ⁊ naturalit̄ ex iſtictu nature imo q̄libet termin' ſignificās naturalr̄ ꝓprie vl̄ naturaliter ex inſtinctu nature ſignificat naturaliter cōmuniter. propoſitio eſt clara de ſe.

¶ Tertia propoſitio. Null' termin' ſig̃t naturalr̄ ex iſtinctu nature ⁊ naturaliter ꝓprie. Patet p diffinitionē terminoꝝ.

¶ Quarta ꝓpoſitio. Cōcept' nō vltimat' vocis nō ē nō vltimat' ſcripture. ꝓbat̄ ꝓpō. q2 duarū rerū quarū vna eſt ſubſtantia ⁊ altera accidēs. vel quaruz vna eſt accidens ſucceſſiuum ⁊ altera accidēs pmanēs nō ē eadez naturalis ſimilitudo diſtincta.

¶ Quinta ꝓpoſitio. Non eſt idē cōcept' nō vltimat' recti ⁊ obliq nec ſingularis ⁊ pluralis ꝙꝙ huiuſmodi termini ſīt ſinonimi quo ad ſig̃ta vltimata ſaltē eſſentialiter.

¶ Sexta ꝓpoſitio. nō ē de rōne ɔcept' nō vltimati ſig̃re ad placitū vt p3 de

naturali ſimilitudie huiꝰ vocis huiꝰ ꝙ nõ vltimatũ reputo: q2 ſi dicatur eſt cõceptus vltimatꝰ: q2 mere naturaliꝰ ſignificat: tũc ꝯñs eſt dicere ꝙ priꝰ erat cõceptus vltimatꝰ ⁊ nullo mõ nõ vltimatꝰ per impoſitionẽ vocis efficiatur non vltimatus. Probatur ꝑpoſitio etiam de conceptu non vltimato vocis ſignificantis ex inſtinctu nature.

¶ Septima. idẽ cõceptus nõ vltimatꝰ ſignificat naturalr̃ ⁊ ad placitũ reſpectu diuerſoꝝ. Probaꝛ ꝑpoſitio. naturalis ſimilitudo huiꝰ vocis hõ naturalr̃ ꝑprie vocẽ repñtat et ad placitũ oẽs hoĩes queadmoduꝫ vox ipſa.

¶ Octaua ꝑpoſitio. Aliquis cõceptus nõ vltimatus eãdẽ rẽ ſignificat naturaliter ⁊ ad placitũ. naturaliꝰ tñ adequate ⁊ ad placitũ inadequate. Probaꝛ ꝑpoſitio. naturalis ſimilitudo huius vocis vox naturaliter ⁊ adequate vocẽ repreſentat ⁊ ad placitũ oĩa q̃ ſignificantur ꝑ vocẽ. mõ vox ipſa ꝑ vocẽ ſignificatur.

¶ Nona ꝑpoſitio. ſtat eũdeꝫ cõceptũ nõ vltimatũ ſignificare idẽ naturaliter adequate ⁊ ad placitũ adequate. Probaꝛ caſu poſſibili. poſito ꝙ hec vox. a. imponaꝛ ad ſignificãdũ ſe q̃ admiſſo arguiꝛ ſic. Cõceptus nõ vltimatus huius vocis. a. naturaliter vocẽ ſignificat ⁊ hꝰ adequate. ⁊ ad placitũ eodẽ mõ probaꝛ: q2 ſignificat ad placitũ ⁊ adeq̃te q̃cq̃d ꝑ vocẽ ad placitũ adequate ſignificaꝛ: mõ vox per ſeipſaꝫ ad placitũ adeq̃te ſignificaꝛ. igiꝛ ꝑbaꝛ poſſibilitas caſus. naꝫ hec vox ſignificaꝛ ſe ad placitum eſto qđ ſe ſignificet naturaliter. ⁊ ſi dicas nõ eẽ ſimile eo ꝙ vnũ adequate ſignificat: aliud vero nõ hoc nõ tollit argumẽtũ: vt pꝫ ex diffinitiõe termini ſignificatiui in qua dr̃ ꝙ terminus nõ eſt ſignificatiuꝰ niſi ſignificet aliũ a ſe a ſuo ſimili ⁊ a ſuo platore niſi imponaꝛ ad ſignificãdũ alterũ eoꝝ vltima particula addiꝛ vt dicũt oẽs niſi terminꝰ imponaꝛ ad ſignificãdũ aliqđ iſtoꝝ modo negãdo caſum negatur ille modus dicendi. et ꝙ non ſit repugnantia quum idem terminus poteſt imponi adequate ad ſignificandum ſe do caſum et teneo totam propoſitionem.

Caſus.

Niſi terminus aliud a ſe ſuo ꝑlatore ⁊ ſibi ſimili ſignificet ñ eſt ſignificatiuus.

¶ Decima. terminus mentalis ſignificat ad placitũ naturaliter: q2 ad placitũ intellectus vel voluntatis eſt ꝙ ſignificet. ꝑbatur: q2 ad placitũ eſt ꝙ ꝑducaꝛ in rerũ natura: ſed non ſignificat ſic ad placitũ niſi ab impoſitore ſuam ſignificationem accipiat: et ꝓpterea pure naturaliter ſignificare dicitur.

¶ Undecima ꝑpoſitio. aliq̃s terminꝰ ſignificat ſuũ ſignificatũ propter cõuenientiã rei ſignificate: ⁊ aliq̃s terminus ſignificat terminũ ꝓpter nullã cõuenientiã. pꝛla pars ꝑbatur de termino mẽtali. ſ. de cõceptu brunelli: q2 q̃riꝛ quare ſignificat brunellũ ⁊ nõ platonẽ vl' fauellũ. ⁊ nõ põt reddi cauſa niſi propter cõuenientiã accidẽtalẽ inter ſortẽ et eiꝰ naturalẽ ſimilitudinẽ. accidẽtalẽ dico: q2 ſi ſortes haberet duos cõceptꝰ quoꝝ vnus eſſet. a. repñtatiuus brunelli ⁊ alter. b. repñtatiuꝰ fauelli: tam a. ſignificat brunellũ ⁊ nõ. b. cõceptũ. ⁊ ediuerſo b. cõceptus ſignificat fauellũ ⁊ nõ. a. cõceptum. ⁊ tñ. a. ⁊. b. magis eſſentialiter cõueniũt: q2 duo accidẽtia ⁊ ſorte eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime ⁊ ſortes ⁊. a. diſcõueniũt a toto genere: ergo minus eſſentialiter ꝯueniũt ꝙ. a. ⁊. b. exẽpliũ in ſimili.

Opus productũ ab aliquo ⁊ ſi alterius rationis citius repreſentat factorem ꝙ aliquid eiuſdem ſpeciei cum factore. ſecunda pars claret.

¶ Duodecima ⁊ vltima propoſitio eſt declaratiua terminoꝝ in diffinitionibꝰ cõceptus vltimati ⁊ nõ vltimati poſitoꝝ. Noticia diſtincta eſt noticia qua cõcludere poſſumus aliqđ vnius ſpeciei differre a quolibet alio ſiue eiuſdẽ ſpeciei ſiue alterius vt noticia intuitiua quã ego habeo de ioãne ſufficit mihi diſtinguere eũdẽ a brunello ⁊ ſorte ſub verbis facilioribus dr̃ eſt ꝑciſe ſingulariter repñſentare dũmõ nõ increate ſignificet. dr̃ nõ increate ꝓpter deũ ad extra qui diſtincte repreſentat ⁊ non preciſe ſingulariter. Noticia confuſa vel ſignificare cõfuſe oppoſito modo diffinitur.

Quid noticia diſtincta et confuſa.

¶ Contra predicta arguitur. Et primo cõtra nonã propoſitionẽ ꝙ. a. põt imponi ad preciſe repreſentandũ ſe: ⁊ ſic argumentoꝛ: q2 data cõcluſione ſequiꝛ ꝙ idẽ eſſet cõceptꝰ vltimatus ⁊ nõ vltimatus. ꝯñs eſt falſuꝫ: quñ illi termini cõtradictorie opponãtur. ꝯña tñ eſt clara de naturali ſimilitudine huius vocis a. Forte dices ꝙ iſti termini cõceptus vltimatꝰ conceptus nõ vltimatꝰ nõ opponũtur cõtradictione terminoꝝ: ſꝫ bñ illi termini cõceptus vltimatꝰ ⁊ nõ cõceptꝰ vltimatꝰ queadmodũ lignũ albũ ⁊ lignũ nõ albũ nõ cõtradictorie opponũtur: ſed bñ lignũ albũ ⁊ nõ lignũ albũ. Cõtra eodẽ: demonſtrato eſt virtualis repugnantia quemadmodum eſt de conceptu nec in ſimilitudine eſt verificatio pro eodem.

¶ Ad argumẽtũ reſpondeꝛ ꝙ illi termini realiter nõ cõtradictorie opponuntur: q2 vltimatũ tãtũ valet ſicut ſecũdarium et non vltimatũ tantum valet ſicut primariũ ad ſenſuꝫ ante dictũ mõ illi termini nõ repugnãt.

Ultimatũ ſecũdariũ nõ vltimatũ pmariũ.

¶ Contra illo dato ſequũtur ille cõcluſiones abſone. ¶ Prima eſt. cõceptus vltimatꝰ ſignificat ad placitũ. Scđa eſt. cõceptꝰ vltimatꝰ eſt alicuius idiomatis contra beatum auguſtinũ ſupra allegatũ. Tertia eſt ꝙ cõceptꝰ vltimatꝰ põt cadere a ſua ſignificatiõe. ¶ Pꝛla cõcluſio arguiꝛ. hic ꝯceptus nõ vltimatꝰ ſignificat ad placitũ: ⁊ hic cõceptꝰ nõ vltimatus eſt iſte cõceptus vltimatus eodẽ demõſtrato a pte ſubiecti ⁊ predicati. Concludamus ergo hic conceptus vltimatus ſignificat ad placitum. ⁊ eodem modo probantur alie concluſiones.

Tlere ꝑpoſitiõe eſſe

¶ Reſpondetur dando duas primas negata tertia. ſꝫ ꝑ tertia iſtã cõcedẽdo. hic cõceptus vltimatus poteſt cadere a ſignificatione quã ſignificat ad placitũ q̃ nõ infert iſtaꝫ põt cadere a ſua ſignificatione ꝓpter diſtributionẽ incluſaꝫ in hꝰ ṽbo cadere. ⁊ qñ oppoſitum duaꝝ primarũ ꝑpoſitionũ cõcediꝛ intelligitur ſtãte ordie reꝝ. Poſſũt fieri alia argumẽta ꝯtra idẽ ex pte ſuppoſitionum que nunc miſſa facio.

Cõcluſio notanda.

¶ Secũdo arguiꝛ cõtra hoc in quo diciꝛ ꝙ cõceptus nõ vltimatus ſignificat naturaliter ⁊ ad placitũ ⁊ hoc ſic. bñ ſequiꝛ. iſte terminꝰ ſignificat ad placitũ: ẽ ex impoſitione ſignificat: ⁊ hꝰ terminꝰ naturaliꝰ ſignificat ẽ ſine impoſitiõe ſignificat. iſta ꝯña repugnãt ẽ antecedẽs ſaltẽ implicat: ꝯſequẽtie patent ex terminis

Documentũ reſpõdẽdi in diffinitionibus repugnãtib⁹ ꝛc.

¶ Reſpondetur conceſſis prima ɔñtia ꝛ ɔſequẽte negãdo ſcd̃az. ſed opꝫ inferre talis terminus ſigt̃ ſine impoſitiõe reſpectu illius reſpectu cuius ſigt̃ pure ꝛ naturaliter: et pro tali forma arguẽdi daṫ tale documẽtũ quando danṫ due diffõnes que repugnãt vt iacẽt bene expoſite ṽo nõ. Tunc ſemꝑ ɔcedaṫ ɔña cui⁹ ɔſequens eſt affirmatiuũ nec negationẽ includens ꝛ negetur ɔſequentia cuius conſequens eſt negatiuum vel negationem includẽs.

¶ Tertio arguitur contra talem diuiſionẽ. mẽbra diuidẽtia nõ euacuãt totũ ambitũ diuiſi. ergo diuiſio nulla ɔña nõ eſt dubia ꝛ arguo aſſũptũ de actu ſincathegoreumatico cui ſubordinaṫ hec vox: qͥlibet ꝛ ſil'es eſt termin⁹ mẽtalis: ꝛ tñ nõ nõ vltimat⁹: q2 nõ loquor de naturali ſilr̃itudine vocis: nec eſt vltimat⁹: q2 nõ eſt naturalis ſil'itudo rei ſigt̃e ꝑ terminũ: eo ꝙ nulla res ſigt̃ur ꝑ terminũ vt ante dictũ eſt.

Cõceptus nõ vltimatus ſincathegoreumatic⁹ eſt cathegoreumaticus

¶ Reſpondetur negando antecedẽs: ꝛ ad ꝓbationeꝫ de actu ſincathegoreumatico diciṫ ꝙ diuiſuꝫ eſt terminus vt cõuenit termino cathegoreumatico ꝑ ſe: ꝛ ſic nõ pũgit argumentũ. Sed ibi aduertẽduꝫ eſt ꝙ quilibet ɔceptus nõ vltimatus cuiuſlibet vocis pure ſincathegoreumatice eſt cathegoreumaticus abſolute: q2 ſemꝑ aliquid ſignificat q2 vocem cuius eſt cõceptus naturaliter ꝓprie. Et ex illa ꝓpoſitione iterũ inferṫ ꝙ ſimpliciter cathegoreuma ꝛ ſincathegoreuma officio ꝛ ſignificatiõe ſimul ſunt penitus termini ſinonimi.

Cathegoreuma ſimpliciter et ſincathegoreuma officio ꝛ ſignificatione ſil' ſunt termini ſinonimi.

¶ Secundo ad ideꝫ argumẽtũ reſpõdeo ɔcedẽdo ꝙ diuiſum eſt termin⁹ mẽtalis cõuer dictus: ꝛ ſic opꝫ exponere diffõnẽ cõceptus vltimati ſic: ſcilicet. Eſt naturalis ſil'itudo rei ſignificate. vel rerũ ſignificatarũ: vel eſt taliter ex natura ſua repreſentare.

Dubia circa iſtaꝫ diuiſionem.

¶ Circa dicta dubitatur an conceptus reflexus ſignificet illa que per cõceptum directum ſignificantur.

¶ Secundo dubitatur an voces ſignificent res ad extra vel ɔceptus quib⁹ huiuſcemodi res ad extra ſignificantur.

¶ Tertio dubitaṫ circa vnuꝫ dubiũ in prima diuiſione terminoꝝ vbi dictum eſt ꝙ res ſignificant terminos vtrũ ſignificent terminos naturaliter vel ad placitum. Similiter dubitaṫ an conceptus vltimatus poſſit imponi ad ſignificandum.

Cõceptus directus.

¶ Pro primo dubio notandum eſt ꝙ duplex eſt cõceptus. quidã eſt directus ꝛ eſt naturalis ſimilitudo rei ꝗ nullo modo eſt ɔceptus negatiue capiendo. i. ꝙ eſt cõceptus qui nullo modo eſt naturalis ſil'itudo. Cõceptus diciṫ negatiue capiẽdo: alioquin ɔcept⁹ omniũ entiũ eſſet ɔceptus directus: q2 eſt naturalis ſimilitudo pura brunelli qui nullo modo eſt ɔceptus. Cõceptus reflexus eſt naturalis ſil'itudo ɔceptus vt ɔceptus cui ſubordinaṫ hec vox ɔceptus vel eſt nõ rõne tranſcendentali ſed q2 ɔceptus ſi deus caperet cõceptũ quẽ ego habeo de ſorte ꝛ poneret in lapide ſorte ſciente ꝛ formaret ſic ɔceptus illius cõceptus vel rei eiuſdem ſpeciei cũ ɔceptu. Aliũ ſuum conceptus dicatur reflexus nõ multũ ɔtẽdo de termino: ſꝫ ꝑtꝫ negatiue ex dictis. Iſto notato ſic pono caſuꝫ. habeat ſortes noticiã de platõe quã voco. a. poſtea formet ɔceptũ adeq̃tũ a. ɔcept⁹ quã voco. b. iaꝫ q̃ſtio eſt vtꝝ. b. ſignificet platonẽ quẽadmodum a. ꝛ arguiṫ: q2 nec ad placitũ nec naturalr̃: ergo nõ ſigt̃ platonẽ. ɔña claret: nõ ad placituꝫ ꝑtꝫ de ſe ꝙ nõ naturalr̃. arguiṫ ſic: q2 ſi ſic maxime ſigt̃ret naturalr̃ ꝓprie: ſed hoc nõ: q2 nõ eſt naturalis ſil'itudo rei ſignificate per ɔceptũ directũ: imo eſt naturalis ſimilitudo vnius accidentis.

Cõceptus reflexus

Caſus.

¶ In oppoſitum arguitur. a. ſigt̃ platonẽ ꝛ. b. ſigt̃. a. ergo quicquid ſigt̃ur ꝑ. a. ꝑ. b. ſigt̃ur. ſed plato ꝑ. a. ſigt̃ur: ergo ꝑ. b. ſigt̃bit. In iſto diſcurſu nihil dubii eſt ꝓter valorẽ hui⁹ ɔñtie. a. ſignificat platonẽ: ergo. b. que eſt eius naturalis ſil'itudo platonẽ ſigt̃. que ſic ꝓbaṫ: q2 alioquin non potes mihi ꝓbare ꝙ cõceptus nõ vltimatus huius vocis ſecana ſecanam repreſentat.

¶ Et cõfirmo dupliciter idẽ. Tum primo: q2 niſi ſit cõceptus reflexus vni⁹ conceptus nõ vltimati directi nõ ſigt̃bit illa que per conceptũ nõ vltimatũ ſignificanṫ: vtputa naturalis ſil'itudo: naturalis ſil'itudinis hui⁹ vocis homo nõ ſignificabit vocẽ: q2 nõ ad placitum vt notum eſt: nec naturaliter vt ante argutũ eſt.

¶ Tum ſecũdo. ſequitur hec ɔcluſio ꝙ ɔcept⁹ nõ vltimat⁹ termini ſignĩtis ex inſtinctu nature: vtputa illius rei ꝗ eſt gemit⁹ infirmoꝝ ꝑ ſe ſigt̃ret talẽ vocẽ ꝛ nõ dolorẽ: quia nõ ad placitũ vt notũ eſt: nec naturaliter vt ante oppoſitũ argumẽtati ſumus rõnes ad vtrãqꝫ partẽ. vel vt rectius loquar ad vtrãqꝫ partẽ rõnes poſſunt ſolui ꝗ vellet tenere partẽ affirmatiuã rñderet ꝙ. b. ɔceptus reflexus platoneꝫ ſignificat naturalr̃ ꝓprie: q2 ꝗꝗ nõ ſit naturalis ſil'itudo platonis imediate mediate eſt tñ: qui applaudere voluerit pti negatiue aññ oppoſitũ.

¶ Ad primã rationẽ poſſet oppoſitũ rñderet negãdo ɔñam. Et ad ꝓbationem diceret ꝙ nõ eſt idẽ de ɔceptu nõ vltimato: quia conceptus nõ vltimatus ſignificat ad placitum que per vocem ſignificantur: ſecus eſt de conceptu reflexo in caſu argumenti ante oppoſitum qui nullo modo ſignificat ad placitum.

Quid ſignificet cõceptus nõ vltimat⁹.

¶ Ad ſecũdũ argumentũ diceret ꝙ ɔcept⁹ reflexus reſpectu ɔcept⁹ nõ vltimati nõ ſigt̃ vocẽ: q2 nõ ad placitũ nec naturalr̃ ꝓprie: ſed põt dicere ꝙ ſigt̃ oẽs hoĩes cum hoc dependeat ex ſignificatione ad placitum.

¶ Ad tertiũ argumentũ quod eſt ſecũda cõfirmatio videtur cõcluſio cõcedenda que ſatis eſt aliena: ſed ꝓpter confuſionem iuuenũ pluralitate opinionũ relicta teneo partem poſt oppoſitum ꝛ affirmatiuam.

¶ Ad ſecundũ vbi dubitatur an voces ſignificent ɔceptus vel res ad extra per huiuſcemodi ɔceptus ſignificatas. ꝛ dubium eſt vniuerſalr̃ de oĩbus vocib⁹: q2 nõ eſt q̃ſtio cũ iſte voces noticiã ɔcept⁹ ſignificẽt ɔcept⁹ ꝛ non res ad extra ſimiliter ſcripture vt iſti termini. ſcriptũ: ſonus: vox: voces: ſignificent: ſꝫ q̃ſtio eſt an iſte voces homo: aſinus ꝓprie ſignificent cõceptus hominũ ꝛ aſinoꝝ ꝛ non hoĩes et aſinos ad extra. Et tenet Iohãnes buridanus

Opĩo Buridani.

partē affirmatiuā. ptꝫ in principio ſuoꝝ ſophiſmatū hoc probat duplici argumēto. ¶ Primum eſt ſcripture ſignificant voces: ergo voces ſignificant cōceptus. tenet ꝯña: qꝛ qualis eſt habitudo ſcripturarū ad voces talis eſt vocū ad conceptus habitudo ex ꝓhemio primi ꝑyarmenias ꝓbat aſſumptū: qꝛ ꝓceptores docentes pueros alphabetū docent eos aliter vociferare ad litteram a. ꝛ aliter ad litterā b. ꝛ hoc nō niſi: qꝛ a. et b. littere ſignificant tales voces. igitur.

¶ Secundo arguitur ad idē qꝛ niſi ſic ſequeref ꝙ iſti termini hō aīal rōnale riſibile eēnt termini ſinonimi ꝯñs eſt falſuꝫ ꝙ ꝛ añs. ꝯñtis falſitas eſt nota itelligēti logicalia. ꝛ ꝯña ꝓbaf: qꝛ ſignificant eaſdem res.

Reprobatio opinionis Buridani.

¶ Hec opinio eſt extranea et contra cōmunē modum loquēdi in artibus ꝛ rationes tenues. Et primo reſpōdef ad ſua argumenta qñ arguit de pedagogis erudiētib' paruulos dicif ꝙ ꝓceptores nolūt intelligere ꝙ a. ꝛ b. littere voces ipſas ꝓprie repñtant: ſꝫ volūt oñdere que voces reſpōdent talibus ſcriptis.

Ad ſinonimitatē nō ſufficit ꝙ termini ꝓciſe eaſdē res ſignificent: ſed oꝫ ꝙ ſignificent eodeꝫ modo adequate

¶ Ad ſcdm argumētuꝫ conſequētia eſt nulla: qꝛ lꝫ ꝓciſe termini eaſdem res ſignificent: nō tñ adequate ꝛ eodē modo ſignificandi ꝙ ad ſinonimitatē requirif. ꝛ ꝓbaf illud qꝛ in iſta ꝓis hō eſt aīal: vbi termini perſonaliter accipiūtur homo ſupponit pro hoībus ad extra: ergo eoſdem proprie ſignificat: qꝛ de ſignificatione improprie dicta non formatur dubium iſtud. Ideo pro toto dubio pono ꝓpoſitiones.

¶ Quaruꝫ prima eſt. Scripture ꝓprie ſignificant voces. Probaf ꝯcluſio. Iſte ſcripture ſonus ꝛ vox proprie ſignificant voces ergo concluſio. cōſequētia tenet ab inferiori ad ſuperius deducto impedimento.

¶ Scda ꝓpoſitio. Voces ſignificant ſcripturas proprie. Probatur de iſtis vocibus ſcriptum ſcriptura.

Tranſcendētia ſunt ſex. ſ. ens: res: aliqd vnū: verū: bonū. Eſt aūt qd de qlibet re predicatur ſecluſa ampliatione.

¶ Tertia ꝓpoſitio. Voces ſignificant res ad extra et non res ad extra. patet de vocibus tranſcendentalibus.

¶ Quarta ꝓpoſitio. Falſum eſt dicere vniuerſaliter voces ſignificāt ꝯcept'. Et hec de directo reſpondet ad dubium.

¶ Quinta ꝓpoſitio. quelibet vox ſignificat ſuū ꝯceptū non vltimatū naturalr. Probaf de vna eqlis eſt rō in oib' accepta hac voce hō ꝓlata a forte corā hebreo greco etiaꝫ latino. iam quilibet eoꝝ formabit conceptum vocis.

¶ Sexta ꝓpoſitio. vox ſignificat cōceptū vltimatū. Probatur de iſta voce principalis. nam ipſa ꝓlata in curia a paruulis principalis: venit ſtatim audientes excitantur ad formandum conceptum de principali.

¶ Septima ꝓpō. voces nō ſignificant conceptus vltimatos naturaliter. Probatur propoſitio: quia audiant vocem datā: hebreus: grecus: latinus: iam iſti tres non formarunt conceptum vltimatum: ſed ſoluꝫ latinus: ergo vox illa non ſignificat conceptum vltimatum naturaliter. tenet ꝯſequētia: quia termini naturaliter ſignificantes reꝑſentant idē apud omnes ex primo periyarmenias.

Termini naturalr ſignificantes repreſentāt ideꝫ apud omnes.

¶ Octaua ꝓpō. ex his duab' ſequēs eſt ꝙ vox ſignificat ſuū ꝯceptū vltimatū ad placitū: nā vox ſignificat cōceptū vltimatum per ſextā ꝓpoſitionē ꝛ nō naturaliter per ſeptimam. ex quibus duabus correlarie cōcluditur ꝙ vox ſignificat conceptū vltimatū ad placituꝫ quod reſtabat probandum.

¶ Nona ꝓpō. Nulle voces date ſignificant conceptū vltimatū ad placitū proprie. Probaf: qꝛ ſignificare ad placitū ꝓprie eſt ſignificare illud ad qd terminus imponitur ad ſignificandū illud vt ſtat ex dictis. igitur.

Quid ſit ſignificare ad placitū ꝓprie.

¶ Decima ꝓpō. Oēs voces date ſignificant conceptus vltimatos eis reſpōdentes ad placitū improprie. Probaf ꝓpoſitio: quia omnes tales ſignificant cōceptus vltimatos ad placitū: vt dicit octaua propoſitio. ꝛ non ad placitum proprie vt dicit nona. cōcludo ergo ad placitū improprie cōceptus vltimatos ſignificant. ꝓportionabiliter de ſcripturis in ordine ad ſuos cōceptus dicatur ſic: voces ſignificāt cōceptus vltimatos ad placitū: quia ponebantur ad ſignādas res ꝑ huiuſmodi cōcept' ꝯceptos: ꝛ ſic auditis vocibus incitamur ad formādos rerum ſignificatarum cōceptus. ꝛ ſi nō fuiſſet huiuſmodi impoſitio nō formaſſemus cōceptum vltimatum magis ꝙ de ly buf: ꝛ ſic voces ſignificant conceptus vltimatos ad placitum ꝓſuppoſitiue quod ſufficit ad ſignificare ad placitū ſimpliciter vel cum addito.

¶ Ad tertium dubium vbi querītur qño res ſignificant terminos. Ad dubium reſpondeo per propoſitiones.

Res ſignificate ꝑ terminos ſignificant terminos mētales naturaliter.

¶ Prima eſt. res ſignificate per terminos ſignificāt terminos mētales naturaliter. Probatur. viſo vno obiecto de nouo nunꝙ viſo nec ab hebreo nec greco nec latino: quilibet eoꝝ ſiles formabit cōceptus talis obiecti ꝛ hoc ſecluſa omni impoſitione: ergo res ſignificāt cōceptus vltimatos naturaliter.

Res repñtat terminū ad placitū a quo ita ſignificatur.

¶ Secunda ꝓpō. res ſignificata per terminos ad placitū ſignificātos reꝑſentat illos terminos ad placitū. Probaf. viſo obiecto raro viſo querimus quis terminus adequate talē rem vel ſimiles reꝑſentat: ꝛ interdum ſignificat terminū ſingularē: quādoqꝫ terminum cōmunē: non quia res imponātur ad ſignificandos terminos: ſed econuerſo. ꝛ ſic per circuituꝫ res terminum repreſentat.

¶ Tertia ꝓpoſitio. Significata iſtoruꝫ cathegoreumatū chimera ꝛ filium nō ſic repñtāt terminos. ptꝫ per fundamētum.

¶ Ad vltimuꝫ reſpondetur ꝙ nō eſt maior repugnātia ex parte impoſitionis conceptus ꝙ vocis vel cuiuſcūqꝫ alterius rei vt conceptus queꝫ ego habeo de brunello pōt imponi ad ſignificandū fortem ita ꝙ conſuetudine quadā viſo brunello conceptū fortis formabo: tunc ille conceptus naturaliter proprie brunellum repreſentat: quia eſt eius naturalis ſili tudo ꝛ ad placitum proprie fortem mediante vno alio ꝯceptu fortis repreſentatiuo; ꝛ ſic vn'

Cōceptus brunelluꝫ naturalr ſignificās fortem ad

placitū p̄prie ſignificat mediāte alio conceptu ſortis repſentatiuo

conceptus vltimatus alteri vltimato in ſignificando ſubordinat̄ ꝛ equiuoce ſortē ꝛ brunellus repſentabit: q: virtualiter ab origine ſua ſignificata mediātibus diuerſis ꝯceptibus repñtat dicit̄ ab origine q: in ſignificando ſortē non eſt ibi ſtatꝰ: ſed ꝓcedit vlterius in ꝯceptū ſortis.

¶ Ultimo dubitat an voces ſignificent ſcripturas ꝛ ecōuerſo. ꝛ vt pꝫ ex ſecundo dubio huius diuiſionis. queſtio non eſt particularis: q: de aliquibus certū eſt ꝙ ſic: ſed eſt vniuerſalis. vtrū quelibet vox ſcripturā repſentet: vt an hec vox iohānes ſuā ſcripturam ſignificet. ꝓ quo dubio pono propoſitiones.

Vox quelibet ſcripturaꝫ reſpondētes ſignificat.

¶ Quarum prima eſt. quelibꝫ vox ſcripturā reſpōdentē ſignificat. ꝓbat̄ ꝓpoſitio de vna quō equa ſit rō in oībus (oībus inq̄ non ꝓprie hoc ſignificātibus) ꝛ capio hāc voceꝫ ariſtoteles. nam me proferente Ariſto. ſtudēt athenis ſcolaſtici ſcribētes nō ſcribūt. plato diſputauit in achademia: ſed ariſtoteles ſtuduit athenis ꝛ non eſt dāda ratio niſi quia tales voces ſcripturas repreſentant.

¶ Secūda propoſitio. voces nō ſignificāt ſcripturas naturaliter. ꝓbat̄. non ſignificant idē apud oēs: nā forte pferēte hanc vocē. a. latinus ſcribit. a. grecus alpha. ꝛ hebreꝰ aleph. etiā. a. latine dicit̄ aliter nimis ſcribi pōt.

¶ Tertia ꝓpoſitio. vox non ſignificat ſcripturā aliquo modo ad placitum ꝓprie. probatur. hec vox ariſtoteles non imponebatur ad ſignificandū hanc ſcripturam ariſtoteles: ſed ipſum philoſophum preciſe: ergo non ſignificat ad placitum proprie.

¶ Quarta ꝓpō. vox ſignificat ſcripturam aliquo modo ad placitū. pꝫ ex duabus precedentibus quum eam ſignificat ꝛ non naturaliter.

¶ Quinta iterum ſequens eſt ex tertia ꝛ quarta ꝙ ad placitū improprie ſignificat ꝯſuetudinē ſic. ſ. q: eſt ꝯſuetudo latini ꝛ ad placitū ſic ꝯtrahere. a. ꝛ grece ꝛ hebraice eodeꝫ modo ad placitū eſt ꝛ ferme ꝓpōnes ſiles poſſunt poni de ſcriptura in ordine ad vocē: ſꝫ ſcriptura ſuum conceptum non vltimatū naturaliter repreſentat ꝛ econuerſo.

¶ Contra hoc tūc forte dicis. tūc quilibet habēt ꝯceptū nō vltimatū ſcripture ſciet legere ſcripturā vnius ꝯceptus nō vltimatū: qd eſt falſum. ꝓbat̄ ꝯña: q: cōceptus ſcripture reſſcripturā naturalr̄ repñtat: ergo ideꝫ apud oēs. rñdet̄. negat̄ ꝯña: ſed bene veꝝ eſt ꝙ cōceptus ſcripture ipſam ſcripturā ſignificat: ſed nō ſub tali appellatione vt exempli in ſilueſtres: nutritus in nemoribus viginti annis preſentato platone format cōceptū platonis qui platonem naturaliter ꝓprie ſignificat: ſed neſcit ꝓ ſuum cōceptum ꝙ res viſa vocet̄ plato.

¶ Ex oībus iſtis recolligendo dico ꝙ multū refert inter cōceptū vltimatū ꝛ ſignificatū vltimatū: immo imprimēter ſe habent. nā aliquis ꝯceptus vltimatus eſt ſignum vltimatū reſpectu eiuſdē: vt pꝫ de ꝯceptu vltimato huius vocis cōceptus. ꝛ aliquis ꝯceptus vltimatus reſpectu alicuiꝰ termini nō eſt ſignū vltimatū eiuſdē ſignū nō vltimatū: vt pꝫ de cōceptu vltimato huiꝰ vocis hō: etiā aliqd ſignum vltimatū nullo mō eſt ꝯceptꝰ. hoc claret de ſe.

Cōceptus vltimatus ꝛ ſignū vltimatum differunt.

¶ Secūdo ſequit̄ ꝙ hec vox homo multa ſignificat. Significat eni vltimate. oēs hoīes ꝛ oīa alia ſignificata nō vltimate. ſignificat ſe ꝛ ſuas partes ꝛ cōceptū nō vltimatum naturaliter cōiter ꝛ prolatorem ꝛ conceptū vltimatū ad placitū. ꝙ vox ꝓlatorem ſignificet patet. Nā niniano pulſante oſtiū ꝛ proferente. aperite ille terminus aperite ninianū repſentat: ꝛ eodē modo ſi proferret vocē nō ſignificatiuā. ꝛ hoc eſt aliquo modo ad placitū: q: ē ꝓciſe apō illos q̄ niniani modū loquendi nouerunt. Pōt hic etiā queri an ꝯceptus vocis ſcripturaꝫ ſignificet ꝛ ꝯceptus ſcripture vocē ſinonimam repſentet ꝛ an ꝯceptus vltimatus ꝯceptū nō vltimatū ſignificet ꝛ ecōuerſo ꝛ aliter. de quibus nunc nihil dico. ¶ Alia diuiſio.

Multa vocis hō ſex ſignificata.

¶ Terminoꝝ quidā eſt ſignificatiuus: quidā nō ſignificatiuus. Terminꝰ ſignificatiuus eſt qui aliud a ſe alia vel aliter repreſentat a ſuis partibus a ſuo ſimili ꝛ a ſuo ꝓlatore vel qui eſt impoſitus ad ſignificādū aliqd iſtoꝝ. per ſilē in ꝓpoſito intelligimus voceꝫ ſcripturā ꝯceptū nō vltimatū: nā alr̄ buf eēt terminus ſignificatiuꝰ: q: ſiles voces ſcripturas ꝛ ꝯceptū nō vltimatū repreſentat: ſed oīa iſta nō vltimate ſignificat. Dicit̄ in diffinitione aliter a ſe ꝓpter hoc ſincathegoreuma omnisꝰ qd nihil aliud a ſe repſentat nec alia: ſed q: ſignificat aliter a ſe: qd ſufficit ad hoc ꝙ dicat̄ terminus ſignatiuus. Dicit̄ impoſitus ad ſignificandū q: hec vox iohānes ꝓlata ab eodē nō repſentat aliud a ꝓlatore: ꝛ q: imponit̄ ad ſignificandū ꝓlatorē hoc ſufficit. ſilr̄ ſi beltrix imponeret̄ ad ſignificādū eſſet terminus ſignificatiuus. Et ſignificatiuum in propoſito nō capitur ampliatiue de materiali ſignificato: ſed ſolum de formali queadmodum contingit de proprijs paſſionibus. ſed ponitur ad oſtendendum ꝙ terminus ex ſignione quā actu hꝫ pōt repſentare ꝛ ꝙ non oporteat actualr̄ ſignre. ex qua diffinitione pꝫ ꝙ hec ꝯña eſt nulla: buf ſignt ſe: ergo ſignt. vel eſt ſignificatiuū: q: ſignt ſe ſignificatiuuꝫ ſtrictius inꝯſequēte ꝙ in añte aſſumuntur queadmodū hec ꝯſequentia eſt nulla hec vox ens ſignificat ſe: ergo ſignificat: lꝫ ꝯſequens ſit verum.

Terminꝰ ſignificatiuus qd eſt.

Significatiuū nō ſumitur ampliatiue ꝓ materiali ſignificato: ſꝫ ſolū de formali vt. ſ. poſſibilitas dependet ex impoſitiōe actuali habita.

¶ Secundo ſequitur hanc cōſequentiā nō valere a terminus nihil nec aliquid ſignt: ergo nō eſt ſignatiuus: quia ſi eſt vnū purus ſincathegoreuma añs erit verū ꝛ ꝯña falſuꝫ: quia eſto ꝙ. a. ſignificet ſe ꝛ. a. eſt aliquid tū nihil ſignificat: vt patet ex propoſitione.

¶ Tertio ſequitur ꝙ ſignificatiuus terminus ꝛ nō ſignificatiuus ſunt ſinonimi. probatur de conceptu non vltimato huius vocis buf: qui in ordine ad vocē eſt ſignificatiuus cum vocem naturaliter proprie ſignificet: qd ſufficit ad eſſe ſignificatiuū. qd vox ipſa ſit non ſignificatiua patet ex dictis.

Buf ſeipſꝫ ſignificat ꝛ ꝯceptus nō vltimatus eiꝰdē.

¶ Quarto ſequit ex tertia propoſitione ꝙ conceptus non vltimatus in ordine ad vocem reputatur ſimilis. ſed non econuerſo.

¶ Quinto ſequit ꝙ diuiſum huiꝰ diuiſiōis eſt terminꝰ cōmuniſſime ſumptꝰ.

¶ Sexto ſequitur q̃ licet hec vox bufte indignatione p̃lata repſentet aliq̃d audienti nõ ꝑpterea eſt vox ſignificatiua: q: hoc nõ ꝯuenit ex parte vocis: imo ꝑpter vox nõ repſentat ſ; modus pferendi ⁊ geſt⁹ pferentis. Terminus nõ ſignificatiuus oppoſito mõ diffinit: vt bu ba bliriri belrir. ¶ Alia diuiſio.

Termin⁹ nõ ſignificatiuus.

¶ Terminorum quidã eſt tranſcendẽs: quidã nõ tranſcendẽs. Terminus tranſcendẽs, eſt qui de quolibet vere p̃dicatur mediãte copula de p̃ſenti deducta ampliatiõe vt ens q̃libet re mũdi demõſtrata verum eſt dicere hoc eſt ens: et in plurali dicatur de multitudine entium. Dicit mediãte copula de p̃ſenti q: forte terminus diſcret⁹ põt p̃dicari de q̃libet ente mediãte copula de imaginatur: vt plato imaginarie ẽ ſortes: ſortes imaginarie eſt ſortes: tales cõiter cẽſent veretur cũ ſint affirmatiue ops extrema pro eodẽ ſupponere ⁊ ꝑ ꝯñs eandẽ rẽ ſignare. etiã trãſcendẽs nõ verificatur de ꝓnoie ſortẽ demõſtrante mediãte copula de neceſſario. Iſta eñ eſt falſa ſortes neceſſario eſt ens. ⁊ cõiter enumerantur ſex q̃ intelligunt ꝑ l'ras hui⁹ dictionis reubau. p. r. res intelligẽdo. p. e. ens. p. u. verũ. b. bonũ. a. aliq̃d. u. vnũ. ⁊ dicunt trãſcẽdẽs negatiue ⁊ nõ affirmatiue vt g̃naliſſima. Sꝫ ſi ens teneatur analogũ ad ſubſtãtiã vel accidẽs vt opinat⁹ eſt ariſtoteles tũc nõ dicit de ꝓnoie demõſtrante accñs. iſta eñ eſt falſa hec albedo eſt ens cũ ana'ogũ ꝑ ſe poſitũ ſtet ꝓ famoſiori ſignificato. ſ. pro ſubſtãtia: ſed q: p̃dicatur cũ addito albedo ẽ ens in alio vel entis diſpoſitio in eo ſaluatur rõ tranſcendẽtalis ⁊ nõ in ſubſtãtia: q: albedo non eſt ſubſtãtia in alio: imo eſt repugnãtia in adiecto ⁊ lꝫ cõiter enumerent ſex: tñ ſunt longe plura: vt pꝫ de iſtis terminis idẽticis nõ chimera nõ hõ exñs aſinus ſubſtãtia vel accidẽs. ſed q: tales termini nõ ſunt ſimplices: vel habẽtes cõnotationẽ ſpãlẽ nõ reputant tranſcẽdentia: ſꝫ ſtãdo in cõnotato difficultas eẽt in aliquib⁹ trãſcẽdentib⁹ enumeratio: vt pꝫ de iſtis terminis verũ bonũ. ꝑpterea ſat⁹ eſt dicere q̃ ponant ſex non tñ cũ nota excluſionis. Ex iſto pꝫ q̃ iudas aliter eſt bonus ⁊ aliter abrahã. Nã primus eſt bonus bonitate entis. ſcđs bon⁹ bonitate morali per habitũ bonũ ⁊ inherentẽ: ⁊ in cõi modo loquẽdi prius ꝑ ſe poſitũ accipit pro bono bonitate morali. negam⁹ eñ iudã eſſe bonũ lꝫ cõcedamus iudã bonũ cũ hoc addito bonitate entis capiendo bonũ trãſcẽdẽter. nihil eſt malũ in oppoſitũ: ſꝫ bñ vt diſtinguit ꝯtra bonũ moraliter. ſil'r verũ capit equiuoce vt antecedẽti ⁊ ꝑpõni ꝯuenit. verũ vt ꝯuenit enti tantũ valet ſicut vere exñs: ⁊ b mõ barrabas ẽ verũ. nihil oppoſito mõ eſt falſum. ſꝫ bñ cũ addito vt auricalcũ ẽ falſm aurũ vt ꝯuenit ꝑpõnib⁹ nõ eſt ad ꝑpoſitum.

Terminus tranſcẽdẽs quid eſt.

Trãſcẽdẽtia ſex.

Ens analogum ad ſubſtãtiã ⁊ accidẽs.

Plura trãſcendẽtia q̃ ſex.

Bonitas entis ⁊ morum.

Veri equiuocatio.

¶ Inſuper notandum eſt q̃ iſte terminus res capit duob⁹ modis. trãſcẽdenter ⁊ ſic loquuti ſumus. Scđo mõ nõ trãſcẽdẽter vt diſtinguit ꝯtra terminũ: ⁊ ita de aliis trãſcẽdẽtibus dicatur: ⁊ tangit in primo de doctrina chriſtiana in p̃ncipio vbi dicit. oĩs doctrina aut eſt ſignorum aut rerum: ſed res ꝑ ſigna diſcunt: ⁊ ſequitur in littera. ſed res nõ ſignificant vt arbor lapis pecus: ſed non arbor illa quã moyſen legimus poſuiſſe in aquas amaras vt amaritudine carerent: nec lapis quem poſuit iacob ad caput: nec pecus illud qđ immolabat abraham ꝓ filio. iſte eñ ſunt res que aliarum ſunt ſigna.

Res dupliciter capitur.

Res et ſigna differunt.

¶ Contra diuiſione p̃dicta arguitur. Nullũ eſt trãſcẽdens. g̃ diuiſio p̃ſupponit falſum. aſſũptũ arguit. Nã ſi eẽt aliqđ maxime eẽt ens ſꝫ h̃ eſt falſum: minor ꝓbatur. Eſt aliqs terminus q̃ p̃dicatur de oĩ illo de q̃ p̃dicatur ens ⁊ de aliquo alio: g̃ ens nullo mõ eſt trãſcẽdẽs. añs probatur de iſto ꝯditionato ſortes ſi eſt ſortes qđ ꝓ q̃libet ente ſupponit ⁊ etiã ꝓ chimera: q: eſt ſortes ſi eſt ſortes: vt pꝫ ex cõi modo ꝯcipiendi.

¶ Reſpondetur ad formam argumẽti negãdo q̃ ens nõ ſit trãſcẽdẽs. eſto q̃ cõditionatũ datũ p̃dicet de q̃libet ente ⁊ chimera eodẽ mõ ꝓbares ꝑ iſtũ terminũ poſſibile q̃ ens nõ eẽt trãſcẽdẽs: q: p̃dicatur de q̃libꝫ ente ⁊ de antichriſto: ſꝫ ad bñ arguẽdũ ops aſſumere terminus nõ ampliatiuũ nec ampliũ modũ ſignãdi h̃ñtẽ. ſecundã partẽ addo ꝓpt ꝯditionatũ ⁊ ꝑpterea volo habere ampliũ ſignificãdi modũ p̃ciſe et non ampliate: q: nõ fit reſpectu quolibet ſortes: ſꝫ ſm reſpondentiam ſue conditionalis.

Quid ſit h̃re ãpliꝰ modus ſignificãdi.

¶ Contra hoc arguitur. Sortes ſi eſt ſortes nõ ſignificat platonẽ: g̃ nõ ſupponit ꝓ platone: ⁊ ꝑ ꝯñs nõ p̃dicatur de q̃libet ente: cuius oppoſitũ tñ dictũ eſt. q̃ nõ ſignificet platonẽ ꝓbatur ſic: q: nullũ cõplexũ ſignificat aliquid niſi qđ ſignificatur per aliquã partẽ eius: qua ꝑpoſitione negata das mihi modũ ſuſtinẽdi q̃ hoc cõplexũ ſortes vel plato quãlibet rẽ mũdi ſignificat ⁊ ſi ꝓbares oppoſitũ maxime eẽt ſic arguẽdo. nulla ps ei⁹ ſortẽ vel brunellũ ſignificat: g̃ nec totũ. negabo tibi ꝯñam quẽadmodũ mihi negas in ꝯditionatis.

¶ Dicitur q̃ non eſt ſimile: q: ſignificatio ꝯditionati mutat ſignificationẽ ꝯditionalis cuius ſignificatio totalis eſt impertinẽs ſignificationi añtis et ꝯñtis: ſed tñ conſurgit ex habitudine añtis. Ad ꝯñs ſic dico q̃ ſignificatio totius ꝯditionati ꝯſurgit ex termino ſequẽti ſi in habitudine ad terminũ p̃cedentẽ vt ſortes ſi eſt ſortes terminus q̃ ſequitur ly ſi ⁊ termin⁹ p̃cedẽs ly ſi põt cõpetere oĩ illi cui termin⁹ ſequẽs põt cõpetere: ꝑpterea totum eſt trãſcẽdẽs ⁊ ſup trãſcẽdẽs. ſec⁹ eſt de nõ cõditionatis. ⁊ ꝓ tota materia argumẽti pono ꝑpões.

¶ Prima propoſitio. Quicquid ſignificatur per partem alicuius cõplexi id idem ſignificatur per totum.

Vide ſup de complexo ſignificabili.

¶ Secunda propoſitio. Nihil ſignificatur per totũ nõ cõditionatũ qđ nõ ſignificatur ꝑ aliquã partẽ eius vel ſaltẽ nõ depẽdens bene tñ aliqualiter: vt albus monachus ſignificat aliqualiter q̃liter ꝑ nullã partẽ ſignificat dicit nõ depẽdẽs: q: hoc copulatũ materia ⁊ forma ſortem ſignificat: ⁊ tñ nulla pars eius eundem repreſentat de termino infinito nõ facio hic mentionem.

¶ Tertia propoſitio probatur. quia alias fine lege dicet q̃ ſortes vel plato ciceronẽ ſignificat ⁊ q̃libet rẽ mundi prima ꝑpoſitio probatur per illud. termin⁹ ſiue ponatur in ꝑpoſitione ſiue nõ: nõ minus ſignificat.

¶ Ex qua prima impoſitione infert q̃ diffinitio ſignificat plura q̃ ſuũ diffinitũ: vt aial rõnale hoies ⁊ boues ſignificat rõne ptis. ſ. aial ⁊ ſi dicas q̃ hõ ſignificat infinita: q: oẽs hoies poſſibiles ⁊ nõ ſunt aliqua pl'a infinitis. bene verum

Diffinitio pl'a ſignificat q̃ ſuũ diffinitum.

Intellect' correlariũ. ꝙ nõ ſunt aliqua plura in vno certo nũero: ſed ſicut p̄ q̄ eis ſignificatur p diffinitum eadē p diffinitionē ſignificant ꝛ aliqua alia. ꝛ ſic capio plura.

¶ Contra hanc propoſitionē arguitur. aliqd ſignificatur p p̄tē qd̄ nõ ſignificatur p totū: q2 q̈libet rex mūdi ſignificatur p iſtū terminū rex: et nõ p hoc cõplexū ſortes vel plato: ergo ꝓpõ falſa.

¶ Ad argumentū reſpõdetur ꝙ nullus rex ſignificat per ultimā i, ſillabā huiꝰ dictionis ſortes: ꝛ qn̄ impoſitor impoſuit iſtū terminū rex nõ cadebat impoſitio niſi in ſimiliꝰ terminis quēadmodū nõ ē rex in hac dictiõe ſortes.

¶ Ultima diuiſio.

¶ Terminorum quidā cõmunis: quidā ſingularis. diuiſum huiꝰ diuiſionis eſt terminus cathegorematicus. p iſta diuiſione.

¶ Notādū eſt ꝙ ſingulare capitur duobꝰ modis. Uno mõ p̄ale intentionaliter et ſic quālibet rē mūdi ſignificat quā q̈libet res mūdi ſit ſingularis hoc eſt vna ſingularis ꝛ nõ plures ſaltem tales: ꝛ iſto modo capitur in propoſito.

Termin' ſingularis triplex. ¶ Alio modo capitur ſecūde intentionaliter: ꝛ hoc tripliciter. ſm ꝙ tribꝰ modis terminus dicit ſingularis. Primo mõ in ſignificādo tm̄ vt adā. Secūdo mõ ſupponēdo tm̄ vt iſte populus demõſtrando vnū magnū populū. Tertio mõ in ſupponēdo ꝛ ſignificando ſimul: vt ſortes q̈diu exiſtit. pro ſcḋo mēbro intelligat conditionaliter propter ſubſtātiā taliū iſta chimera eſt chimera quam aliqui reputant (ꝛ male) indefinitā mori hac ratione ꝙ ſubiectū nec eſt terminus ſingularis in ſignificando nec in ſupponendo qn̄ ſubiectū huius iſta chimera eſt chimera tot ſignificet ſicut ſubiectū huius omnis chimera eſt chimera hoc argumentū eſt ſolutum per hoc quod dicitur conditionaliter.

Chimera ē chimera nõ ē indefinita.

¶ Iſto notato ponuntur propoſitiones. Prima eſt. terminus nõ dicitur communis: q2 rē cõmunicabilē m̄ltis ſignificet. nec ſingularis: q2 rē ſingularē ſignificet: q2 nulla eſt res communicabilis multis ſaltem creata: ꝛ q̈libet res eſt ſingularis.

Cõtra ge. oz. de burl. pmo no. de vniuerſali.

¶ Secūda propoſitio. terminus nõ dicit ſingularis: q2 ſ̄pale pro vna re accipit: ꝛ cõmunis: q2 p pluribꝰ. probat. ſubiectum huiꝰ eſt terminꝰ ſingularis. iſta entia ſunt demõſtrando oīa entia mundi: ꝛ ſubiectum huius eſt terminus communis iſta vel iſta entia ſunt demonſtrando quattuor angelos.

Termin' q̄re ſingularis dicit ¶ Tertia propoſitio. terminꝰ ob hoc dicit ſingularis: q2 ei repugnat ſm̄ acceptionē ſm̄ quā accipitur ſumi pro pluribꝰ: vt iſta animalia demõſtrando omnia animalia in mūdo dicit accipi ꝛ nõ ſignificare: q2 ſubiectū huius iſta animalia currūt ſignificat omnia animalia mundi: quemadmodum ſubiectū huius omnia animalia currunt: etiam dicitur ꝛ nõ ſupponere propter iſtum terminum iſta chimera.

Termin' cõmunis q̄re dicit ¶ Terminus cõmunis eſt terminus cui non repugnat accipi pro pluribꝰ quā tum eſt ex impoſitione termini ſecundum ſignificationem ſecundum quam capitur: quia licet ſit defectus ex p̄te rei ſignificate: vt patet in iſtis terminis: ſol mundus: phenix: tamen nõ eſt defectus ex parte modi ſignificandi termini ſignificantis: quia ſi per poſſibile vel impoſſibile pure phiſice loquendo produceretur vnꝰ alius ſol iſte terminus ſine noua impoſitione illū ſignificaret. ſortes dico eodē modo ſi per poſſibile vel impoſſibile eſſet vnus aliꝰ ſortes ab illo iſte terminus ſortes ſine noua impoſitione illū repreſentaret quā ex ipoſſibili ſequebat quodlʒ quēadmodū eſt in ꝓpoſito capiēdo ly ſortes vniuoce.

¶ Reſpondet ꝙ vltimate ſtan da eſt in impoſitione termini ꝙ ſol cõmuniter imponebat ad ſignificādū: ſortes ꝓ diſcrete ꝛ ſ terminis mētalibus hoc ꝓuenit ex natura rei.

Sol ꝛ ſimiles quare ſint cõmunes.

¶ Contra dicta arguitur ſic. ſubiectū iſtius iſte hõ currit non ſignificat omnes homines: ergo maledictū eſt. antecedēs patet: q2 ſignificat ſingulariter et nõ communiter. qd̄ probatur ſic. bene ſequitur iſte terminus ſupponit diſcrete: ergo ſignificat diſcrete ab inferiori ad ſuperiꝰ: q2 oē ſupponere eſt ſignificare ꝛ nõ econtra.

¶ Et cõfirmatur bonitas cõſequētie per vnā aliam regulam qn̄ aliqua cõſequētia eſt bona ꝛ ſic eodē vtrobiqꝫ addito adhuc valebit ꝯſequētia. ſed ſic eſt in ꝓpoſito ꝙ hec cõſequētia valet talis terminus ſupponit: ergo ſignificat. ꝛ nos addimus illū terminum ſingulariter tam antecedenti ꝙ conſequenti.

¶ Reſpondetur negādo ꝯñaʒ ſuppoſito ꝙ per ſingulariter intelligat p̄alſe ſingulariter quēadmodū precēdit argumētū. ꝛ ad probationē qua dicitur arguitur ab inferiori ad ſuperius reſpondeo dupliciter. Primo diſtinguēdo. vel cum dictione includēte negationem ꝛ ſic concedo: nam talis cõſequētia nihil valet. vel ſine dictione includēte negationē ſic nego ꝙ manifeſte p̄tʒ capiendo ſenſum in quo proponitur antecedēs qui eſt iſte repugnat illi termino accipi pro pluribus. ꝛ ſenſus conſequentis eſt repugnat illi termino ſignificare plura. exemplum ē in ſimili repugnat illi termino hõ ſupponere p duobus aſinis: ergo repugnat ei ſupponere pro pluribus rebus.

Ab īferiori ad ſuperius cū dictiõe īcludēte negationē non valet ꝯña nec ab īferiore reſpectu partis ſolum.

¶ Secūdo ſoluitur argumentū. Solutio ē vniuerſalior diſtinguēdo ꝙ arguit ab īferiori ad ſuperius: vel reſpectu p̄tis ꝯcedit: reſpectu totiꝰ negat. nā licʒ oē ſupponere diſcrete ē ſignificare. tm̄ nõ oē ſupponere diſcrete ē ſignificare diſcrete. declarat a ſimili in q̄ ēt ſoluit ꝯfirmatio pbatiõis ꝯñie: q2 lʒ ſequit philippꝰ ē magiſter ergo ē hõ ab īferiori ad ſuperiꝰ. ꝯñaliter tm̄ non ſequitur philippꝰ ē magiſter pariſienſis: ergo eſt hõ pariſienſis ꝙꝙ ꝯñs ſit verū. ꝛ tota cauſa eſt: q2 h' complexū magiſter pariſienſis nõ eſt īferiꝰ nec ꝗddiratiue nec illatiue ad h' cõplexū hõ pariſienſis.

¶ Ex iſto patet: q2 regula aſſumpta pro confirmatione pbatiõis ꝯñie nulla eſt ꝛ nunꝗ̄ tenet niſi in aliquibus gratia materie: quia licet ſequit. a. homo eſt animal: ergo homo eſt alal addendo vtriqꝫ negationeʒ negātē. nõ valet ꝯña: q2 nõ ſequit. a. hõ nõ eſt alal. ergo hõ nõ eſt alal poſito ꝙ. a. ꝯfundat cõfuſe tm̄. gratia materie. q2 in aliqbꝰ bñ valet: quēadmodū bñ ſequit hõ albꝰ currit: ergo animal currit: ita etiā bene ſequit hõ albus currit: ergo alal albū

currit. et ita ꝟliter niſi qñ appellatio impedit.

¶ Secundo arguitur probã do ꝙ iſte homo nõ ſit terminus diſcret' de quolibet homine verificaẜ ſaltẽ pro quolibet ſic intẽdo loqui: q2 quocunq; homine demõſtrato verũ eſt dicere hoc eſt homo. ꝛ nõ debemus capere ſignum in verificatione: vt patet hic omnis hõ eſt animal. non dicimus hoc eſt omnis homo: ſ3 h' eſt hõ: q2 in verificatiõe oportet tollere ſignũ.

¶ Dicitur ꝙ argumentum eſt puerile nec eſt ſimile: q2 qñ verificamus ſic h' eſt iſte homo addimus ſignum vt termini ſtent eq̃ reſtricte in ſuppoſitione ꝛ verificatione: ꝛ nõ reſpicimus ad ſignũ niſi de ꝑ accidẽs. vel accipias. a. vel. b. vt termini ſtent eque reſtricte. ſecus eſt hic omnis hõ eſt aĩal vbi hõ ꝑ omnibus teneẜ: ſ3 hic q̃libet hõ eſt aĩal ſic verificamus hoc eſt aliquis homo vel homo maſculus. Ad omnia iſta cognoſcenda ponuntur propoſitiones.

¶ Prima eſt. Nomina ſuperlatiui grad' affirmatiue exponendo ſunt termini cõmunes: q2 licet eis repugnat accipi ꝑ pluribus in eodẽ tempore: vt dicaẜ quinto phiſicorũ tamẽ per ſucceſſionẽ temporis accipiunẜ vel accipi nõ repugnat pro pluribus. ꝛ eodẽ modo de h' complexo oẽs apoſtoli dei collectiue capto termino dicatur: q2 ſi deus ad apoſtolatum alios ſex cũ iſtis vocaret iã ſupponeret pro decem et octo.

Aggregatũ ex termino cõi et ſingulari eſt terminꝰ cõis

¶ Secũda propoſitio. Omne copulatũ ex termino ſingulari ꝛ termino cõmuni eſt termin' cõmunis. Probaẜ de vno: q2 vtrobiq; eſt equalis ratio accepto copulato ſortes et homo ꝑ ſorte ꝛ platone accipiẜ: q2 ſortes ꝛ plato ſunt ſortes ꝛ homo pro ſorte ꝛ cicerone ꝑ idẽ ꝛ ꝑ ſorte ſe ſolo: q2 nõ eſt de natura ꝯiũctionis copulare inter penitus diuerſa. ꝛ ad illũ alexãdri ĩũgit diuerſa cõiũctio. dicaẜ ꝙ ſufficit ꝙ videantur ſpectare ad diuerſa quemadmodum contingit de conſtructione tranſitiua ſecũdum grammaticos. et ex illa ſecunda propoſitione ſequitur.

¶ Tertia. ꝙ illud copulatũ ꝑ nullo homine ſupponit niſi ꝑ ſorte ꝛ pro nullis hominibus ſupra duos ꝑ nullis duob' ſorte nõ incluſo. prima pars patet ꝛ ſcõa ꝓbaẜ: q2 quibuſcũq; hõib' trib' demõſtratis falſu3 eſt dicere iſti ſunt ſortes et homo. Tertia pars claret.

Nota validum argumentum.

¶ Contra iſtas duas propoſitiones arguiẜ ſic. Hoc ꝯplexũ ſortes ꝛ oĩs hõ ẽ copulatũ duo4 termino4 quo4 vn' ẽ ꝯmunis ꝛ alter ſingularis: q2 oĩs hõ ẽ termin' ꝯmunis cum ſucceſſiue põt accipi ꝑ plurib': ꝛ tñ nõ ẽ termin' cõis. igiẜ. Probaẜ minor: q2 ei repugnat accipi ꝑ alio a ſorte. qđ ꝓbaẜ ſic. Nõ ꝑ platõe ſe ſolo nec ꝑ quocũq; alio ꝑ idẽ: nec ꝑ duob' ſimẜ nec ſucceſſiue. qđ ꝓbaẜ ſic. nã oĩa oppoſitũ ꝑ duob' ſupponit ſit ita ꝑ ſorte ꝛ platõe: tūc ſortes ꝛ plato ſunt ſortes et oĩs hõ. Et vltra arguo deſcẽdendo ſub iſto termino hõ dabis vnã ſingulalẽ falſa3 demõſtrãdo ſortẽ. Iſta ẽ falſa ſortes ꝛ plato ſũt ſortes ꝛ iſte hõ ſorte demõſtrato: q2 hñ ſequitur ſortes et plato ſunt ſortes et iſte homo: ergo ſortes et plato ſunt ſortes. quod eſt impoſſibile.

¶ Ad argumentũ diciẜ ꝙ hoc cõplexũ ſortes ꝛ oĩs hõ eſt termin' cõis. ꝛ quãdo arguiẜ ei repugnat accipi ꝑ alio a ſorte. diciẜ ꝙ hñ verũ eſt ꝙ nõ poteſt accipi ꝑ alio a ſorte. nec ſimul nec ſucceſſiue: ſed defectus non prouenit ex ꝑte huius termini cõmunis omnis home: vẜ eius omnis homo: ſed prouenit propter diſtributionẽ termini ſuperioris ad terminum ſingularẽ copulatiui ſumptum. declaraẜ in ſimili ꝙ defectus nõ ꝓueniat ex ꝑte termini cõmunis: q2 accepto hoc copulato ſortes ꝛ oĩs aſinus illũ realiter poteſt accipi pro pluribus ſimiliter ſortes vẜ chimera ẽ termin' ꝯmunis: vt poſtea dicem' ꝛ tamen non poteſt accipi pro alio a ſorte. Et hec ſolutio ſufficit.

¶ Põt etiã bene dici ꝙ copulatũ illud ſortes ꝛ omnis hõ eſt termin' diſcret' ꝛ ad argumentũ vbi dicitur omne copulatu3 ex termino ſingulari ꝛ cõmuni eſt terminus cõmunis: hoc nego vniuerſaliter: ſed conceditur quãdo ponitur ſine ſigno vniuerſali vel ſingulari.

Sortes et oĩs hõ termin' communis vel diſcret' dici poteſt.

¶ Cõtra ſolutionẽ datam arguitur ſic. vẜ quodlibet copulatũ ex terminis cõmuni ꝛ ſingulari diſtributo eſt terminus ſingularis vel aliquod ꝛ aliquod nõ: ſecũdũ nõ eſt dicẽdum: q2 equalis eſt ratio vtrobiq;. nec primũ: q2 hoc copulatũ ſortes ꝛ omne currens eſt termin' cõmunis quod ꝓbo: q2 ei nõ repugnat accipi ꝑ plurib' ſaltẽ ſucceſſiue: q2 poſito ꝙ nihil currat in mundo niſi plato ſorte quieſcẽte iã ſortes et plato ſunt ſortes ꝛ oĩe currẽs. Rurſus quieſcãt ambo4 currat iohãnes preciſe iam ſortes ꝛ iohãnes ſunt ſortes ꝛ oẽ currẽs. Et ita de multis aliis poteſt verificari ſucceſſiue: ergo eſt terminus cõmunis: ergo poſitio nulla.

Caſus.

¶ Reſpõdeẜ ꝙ non quodlibet copulatũ ex termino ſingulari ꝛ ꝯmuni diſtributo eſt termin' ſingularis vt argumẽtũ ꝓbat. et ſic nego ꝙ equalis ſit ratio in omnibus.

¶ Et pro tota materia pono ꝓpoſitiones. Quarũ prima eſt fundamentalis. Omne copulatũ ex termino ſingulari et termino cõi diſtributo: cõi inq̃ ſupiori vel cõuertibili ad terminũ ſingularẽ eſt terminus ſingularis. Probatur propoſitio per argumentum ante oppoſitum de hoc cõplexo ſortes et omnis homo ꝛ ſi argumentum probet illud complexu3 eẽ terminũ ſingularẽ ꝓbat nr̃a3 ꝓpõnẽ fũdamẽtalẽ.

Qñ aggregatum ex termino ſingulari ꝛ cõi ẽ ter. cõis et qñ non.

¶ Secũda eſt. Hoc cõplexu3 ſortes ꝛ oĩs ali' a ſorte ẽ termin' cõmunis. Probatur: q2 ſucceſſiue poteſt accipi pro plurib': pro ſorte ꝛ platone cum illi ſoli ſunt pro ſorte et cicerone: pro ſorte et iohanne.

Vt ſortes ꝛ oĩs aſin'

¶ Tertia ꝓpoſitio. Omne copulatu3 ex termino ſingulari ꝛ cõi diſtributo nõ ſuperiori vel conuertibili ad terminũ ſingulare3 eſt terminus cõmunis. Probatur ꝓpoſitio: q2 quodlibet tale poteſt accipi ꝑ plurib' ſucceſſiue.

¶ Quarta ꝓpõ. Licet ſortes ꝛ oẽ currẽs ſit termin' cõmunis: tñ h' currẽs et oẽ currẽs ſorte demõſtrato ẽ termin' ſingularis: nec ꝓpterea ſeq̃tur ꝙ termin' cõis ꝛ ſingularis ꝯuertanẜ l3 ſeq̃nte nõ ſit icõueniẽs cũ ſolũ vnũ copulatũ conuertanẜ cũ alio cõuertibilitate vt nunc.

Sequiẜ ex prima p̃3 ſortes et ſortes vel chimera ꝯuertunẜ

¶ Cõtra hoc arguiẜ ſic. Quia ꝑ idẽ reputabis hoc copulatũ ſortes et chimera

terminuȝ ſingularem quod non eſt dicendum.

¶ Et confirmat. vbi nō potes euadere de hoc copulato ſortes ⁊ plato ⁊ ols hō: q2 per te debebit eſſe terminus ſingularis. ſ3 pbo ꝙ nō: vl' hoc eſt q2 ei repugnat accipi p aliquibus: ⁊ tūc chimera eſſet terminus ſingularis qđ diceret nemo. vel vis dicere ꝙ poteſt accipi pro vno ſignificato ⁊ pro nullo alio. Jam quero a te qđ eſt illud ſignificatū nō ſortes: q2 ſortes nō eſt ſortes ⁊ plato ⁊ ols hō ⁊ p idē. nec plato nec ſortes: plato copulatim ſūt ſortes ⁊ plato ⁊ ols hō: nec tres hoīes: nec q̄ttuoꝛ ⁊ ſic de ſingulis reb'. Hic aūt nihil ſingl'aritatis inuenies vbilibet ſ nec eſſe ē ꝙ ē termin' ꝯmunis: ⁊ nō pōt habere aliū recurſuȝ niſi q2 defect' nō ꝓuenit ex repugnātia termini. ⁊ eodem modo debebas dixiſſe hic ſortes et omnis homo.

Soꝛ. ⁊ chimera eſt terminus cōmunis.

¶ Ad primū reſpondet. Soꝛtes ⁊ chimera eſt termin' cōis: q2 ſi quodlibet ſignificatū ei' foret hoc copulatū acciperet ꝑ pluribꝰ. ſec' eſt de iſto cōplexo ſortes ⁊ ols hō: q2 qñ ſol' ſortes eſt inter hoīes tūc pōt accipi ꝑ ſorte ⁊ ꝑ nullo alio: nec ſimul nec ſucceſſiue ex q̄ quodlȝ ſignificatum eius pro quo poteſt accipi eſt. Sed q2 artiſte frequēter hoc termino chimera vtunt

Scđȝ herueū chimera ſigt q̄đ cōpoſitū impoſſibile eē in rerum natura

¶ Notandū eſt ꝙ chimera eſt mons licye in aſia minoꝛe ꝓpe pāphiliā q̄ continuo dieb' ⁊ noctib' flagrat: i cui' mōtis vertice habitāt leones: i medio mōte ſunt optima paſcua ⁊ in pede eiuſdē ſerpētū mltitudo: hic fabule locus dat' ē qđ ē aīal ꝯpoſitū ex capite leonino: ex vētre capꝛo: ⁊ ſerpētinis crurib' ⁊ ſic nō capim'.

¶ Alio mō capit vt tātū valet ſicut ens compoſitum ex impoſſibilib': et ſic paſſim capitur in artibus.

Soꝛ. ⁊ plato ⁊ ols hō eſt ter. cōmunis.

¶ Ad cōfirmationē de iſto copulato ſortes ⁊ plato ⁊ ols hō dr argumētū nō ē ꝯ pōnē cū hō nō ſit ſuperi' ad h' copulatū ſortes ⁊ plato: ſ3 realit' dico ꝙ illđ copulatū ē terminus diſcretus potens ſupponere pro illis duob' ſolū.

¶ Tertia ꝓpoſitio ꝑncipalis qđ oē diſiūctū terminoꝝ ſingulariū pro diuerſis ſumptoꝝ eſt terminus cōis. dicit ꝑ diuerſis ſumptoꝝ: q2 ſi caperent pro eodē diſiunctū eſſet terminus ſingularis: vt ariſtoteles vel hic nichomachi filius eundē demōſtrādo. Probat ꝓpoſitio. aliqđ tale ē termin' cōis: ḡ quodlȝ ꝯña nō eſt dubia ſaltē intelligēti materiā. ꝓbat ur aña de hoc diſiuncto ſortes vel plato nam ſortes eſt ſortes vel plato iā ecce vnū ſigtū ꝑ q̄ pōt capi. et plato eſt ſortes vel plato iā ecce aliđ ſignificatū.

Diſiunctū ex ter. cōis ⁊ ſing. vl ex ter. cōib' eſt ter. cōmunis.

¶ Ex hac propoſitiōe infero ꝓpoſitiōes minus principales. ꝙ omne diſiūctum ex termino ſingulari ⁊ termino communi eſt terminus communis: vel ex terminis cōmunibus: vt ſortes vel homo: homo vel aſinus.

¶ Secūdo infero ꝙ ſortes vl' chimera eſt terminus communis. Et ratio eſt chimera eſt terminus communis vt notum eſt: ergo quocunq̄ termino ei addito diſiunctum totum erit communius ſaltem de formo: ergo ſortes vel chimera non erit minus cōmune ꝙ chimera cum diſiunctum ex forma ſit ſuperius ad ptes ei'. dico ex forma ꝓpter tales eno vl' ſortes.

Ter. cōis ⁊ ſingularis couertunt

¶ Tertio ſeqtur ꝙ terminus cōis ⁊ ſingularis cōuertuntur: vt ſortes ⁊ ſortes vl' chimera: quia de quocunq̄ eſt verificabilis vn' de eodem verificatur alter.

¶ Quita cōcluſio principalis eſt ꝙ omne diſiūctum ⁊ copulatum terminoꝝ ſingulariū eſt terminus cōis: vt ſortes vel plato ⁊ cicero illud totum poteſt accipi pro ſorte: quia ſortes eſt ſortes vel plato ⁊ cicero. ſimiliter illud diſiunctum pōt accipi pro platone ⁊ cicerone: q2 plato ⁊ cicero ſunt ſortes vel plato et cicero. hoc facile poteſt oſtendi arguendo a parte diſiuncti ad totuȝ diſiunctum que ꝯña eſt bona in propoſito et equiualentia in diſiunctiuis.

Omne diſiunctum ⁊ oē cop. terminoꝝ ſingularium ē ter. cōis.

¶ Probatur ꝯcluſio alia via ſic. Omne copulatuȝ ex termino cōi ſaltē ſine diſtributione ⁊ termino ſingulari eſt terminus cōmunis illud aggregatū eſt huiuſmodi: vl' hoc implicat: ergo eſt terminus ꝯmunis. Ex iſto patet quomodo illa propoſitio debet intelligi copulatū terminoꝝ ſingulariū eſt termin' ſingularis.

Omne cōditionatū ter. ſing. ē ter. cōis.

¶ Sexta propoſito Omne cōditionatū terminoꝝ ſingulariū ē termin' cōis: vt ſortes ſi eſt ſortes non reſtrictum intellige.

¶ Septima ꝓpoſitio. Terminus ſingularis ꝑ ſignificato vltimato ⁊ ꝑmario habet terminum communem pro ſignificato ſecundario reſpondentem: vt ſortes eſt pictus nā ſubiectum huius accipitur pro qualibet imagine inſtar ſortis depicta.

¶ Octaua ꝓpoſitio. parētelarū nola ſunt termini cōes: vt mulier. qui termini ſine noua impoſitione ſignificāt procreatos ab eis. tamen hic quis dicere pōt ꝙ eſt ex impoſitione tacita: hoc eſt quando filio talis imponit ſortes i baptiſmate tacite cognomē paternū imponit quod a cōmuni conſuetudine relinquitur

Ter. ſingu. capt' ꝑ ſigto nō vltimato eſt ter. cōis.

¶ Alia ꝓpoſitio. Termin' ſingularis acceptus pro ſignificato nō vltimato eſt terminus cōis: vt ſecana eſt nomē ꝓpꝛiū. ⁊ iſtđ valde quadrat cum dictis antiquoꝛum artiſtarū vt patet in diffinitione propoſitionis vniuerſalis vbi non ſuperaddunt moꝛe iunioꝛ terminus ſingularis cōiter tēt' reputantes ſorte terminū ſingularē h3 ſigtū vltimatū: cōmunē h3 ſigtū nō vltimatū: ⁊ tūc op3 ꝑpt' ꝑpoꝛtunas ſophiſticationes extēdere diuiſiōe termloꝝ vt ſingl'a q̄dret q2 ex iſta octaua ꝑpōne ſeq̄t ꝙ h' ſignū qlȝ ⁊ qđlȝ ſincathegoꝛeuma cēt termin' cōis: vt p3 dicēdo qlȝ ē ſignū vniuerſale. ⁊ tū diximꝰ i capite hu' diuiſionis diuiſū eē terminū cathegoꝛeumaticū ⁊ in diuiſione termini cathegoꝛeumatici quilibet eſſe ſincathegoꝛeuma omnino negauimus.

Soꝛ. plato ⁊ cicero eſt terminus ſing. ⁊ illi tres ſunt vnū ſigtuȝ copulati illius.

¶ Nona ꝓpoſitio. Omē copulatū termīoꝝ ſingl'ariū ꝙ tātūq̄ ꝯpleſū ē terminus ſingularis: vt ſortes ⁊ plato ⁊ cicero: q2 illud totum nō poteſt accipi niſi pro vno ſigto. Unde op3 hic caute aduertere ꝙ oē illud dr eſſe vnū ſignificatū pro q̄ ſimul termin' pōt accipi: ⁊ ſic ex nullo alio ꝯña eſt talem terminū eſſe ſingularē: vt in exemplo noſtro dato ſortes non eſt vnū ſignificatū illi' copulati. nā falſuȝ eſt dicere ſortes eſt ſortes ⁊ plato ⁊ cicero. ergo ꝙ oēs illi tres cēnt ⁊ ſic oēs illi ſunt vnū ſignificatū illius copulati.

¶ Et ex illo patet φ ſubiectū huius eſt termin' ſingularis iſte partes ꝓportionales ſunt partes demōſtrādo oēs partes ꝓportionales mei digiti que licet ſint infiniti tñ ſūt huiuſ vnū ſignificatū iſti' termini ſingularis: qꝛ licet iſte ptes nō poſſint de alio verificari ħ erit equoce: qꝛ regula infallibilis eſt φcūꝗ pnomē demōſtratiuū demōſtrat diuerſa capit equoce.

Pronomē demōſtrās diuerſa capit equoce

¶ Decima ꝓpō ē φ oē aggregatū ex termīo cōi ꝛ ſingulari imediate adiecto in eodē caſu eſt termin' ſingularis: vt ens qḋ ē ſortes. &c. in eodē caſu: qꝛ aſin' platonis ē terminus cōis. ꝛ ſi in diuerſis caſib' dūmodo reducāt ad eūdē idē cenſeo: vt curſus platonis eſt velox. cui' ꝓpōnis ſubiectū licet ſit ꝯſtructio trāſitiua loco vni' trāſitiue ad hāc reducāt curſus ꝙ ē plato. et notū eſt φ hoc eſt termin' ſingularis.

Ens ſortes eſt termin' cōis. ꝑ &c. Curſus platonis eſt plato.

¶ Dubitat an ſortes fuit ſortes anteꝗ̄ vocabat ſortes: ꝛ ꝑ intellectu illi' ponat caſus φ ſortes naſcat hodie hora quarta ꝛ imponat ei nomē ſortes hora duodecima iam arguit hora duodecima. hec eſt vera hoc fuit ſortes hora octaua: qꝛ hoc fuit hora octaua: ergo ħ fuit ſortes hora octaua. conſequētia tenet a cōuertibilib'. qꝛ poſtꝗ̄ ſortes ē termin' abſolutus de pdicamēto ſubſtātie nō refert preponere iſtū terminū ſortes copule vel poſtponere. reſpōdet φ hoc fuit ſortes in vtero mrīs: vt arguit ratio.

Sortes fuit ſortes ante φ vocaret ſortes. &c.

¶ Et cōfirmatur quādo dico hoc fuit ſortes pdicatū ſtat ſignificatiue ſuppōnēs ꝑ hac re abſolute. preterea niſi ſic ſortes pōt eē plato qḋ nō ē dicēdū: qꝛ quēadmodū ſpēs pdicamēti ſubſtātie ſūt diſparate: ita ꝛ indiuidua.

¶ Contra hoc arguit. Jlla de preterito nunꝗ̄ habuit vnā de pſenti verā nec habere poterat: ergo nō eſt vera. Aſſumptū ptꝫ. qꝛ iſta vocalis nō erat vera hoc eſt ſortes hora octaua: qꝛ ſortes tūc nō ſignificat ſortē ex caſu.

Ad veritatē ꝓpōnis logice tractando ſi tertiū adiacēs pdicat ſufficit φ habitudo copule ſit ꝟa vbicunꝗ ꝛ qñcunꝗ ſunt extrema. hec Aureolus in. iiij.

¶ Reſpōdet φ habuit vnā de preſenti verā hāc. ſ. hoc ē ſortes in mēte: qꝛ ſi aliquis vidiſſet ſortē hora octaua poterat formare conceptū ſingularē et abſolutū (ſi dꝫ nobis poſſibilis ſit) qui repñtaſſet ſortē: ſic illa mētalis eſſet vera: ſed illa vocalis tūc nō fuiſſet vera.

¶ Cōtra hoc arguitur: qꝛ tūc ſortes nō eſt ſortes: qꝛ vocat ſortes: imo ē ſortes anteꝗ̄ illa vox imponat ad ſignificādū illā rē: ꝛ ꝑ cōſequēs eſt ſupuacaneū hāc notionem ſortes imponere ad ſignificādū hāc rē. Rñdet φ nō inconuenit imponit: qꝛ φꝗ̄ hec res ante hac fuit ſortes: nō tamē ſignificabat ꝑ hāc vocem ſortes.

¶ Cōtra. ex illa ſolutione ſequitur φ ego debeo dubitare vtꝝ ego ſim iohānes: qꝛ nihil habeo pro me niſi qꝛ vocor hoc noīe iohānes: qḋ nō infert me eſſe iohannem.

¶ Reſpōdetur φ ꝯñs eſt mihi dubium ſed ſuppoſito φ hec vox iohānes ſubordinetur conceptui naturaliter me repreſentāti ego ſum iohannes.

¶ Poteſt etiam bene dici φ ego ſum iohānes: quia autētice hoc noīe vocat' et φ nō fui iohānes in vtero matris.

¶ Cōtra hoc arguitur. hoc fuit homo in vtero matris demōſtrādo ninianū: ergo ſortes plato vel cicero: et ſic de ſingulis. ſed nō plato vel cicero: ergo ninianus. ꝓbat conſequētia ꝑ ſufficientē diuiſionem.

¶ Rñdeo negādo conſeqñtiā qꝛ erat hō qñ nullo noīe ꝓprio vocabat.

¶ Scdō arguit ad idē. ſeqret φ ego eſſem lupus vel leo: qꝛ ſic eēm vocat'. ꝛ ꝓbo φ nō: qꝛ ois leo eſt ꝗdrupes. ꝙ ſum leo: ꝙ ſū quadrupes. cōcluſio eſt falſa: maior ꝟa: ergo minor eſt falſa. Rñdet φ maior ē ꝟa: qꝛ ſi capet diſcrete leo incōuenīēter adderet ei ſignū vle. minor eſt ꝟa. ſed eſt fallacia equocatiōis in ꝯña.

¶ Ex iſto ſeqtur φ leo currit ꝛ leo nō currit cōtradicūt ꝛ ſubcontrariant. hoc ptꝫ tenēdo ſubiecta diſcrete vel cōiter.

¶ Scdō ſequitur φ hec cōſequentia vocalis eſt bona ꝛ mala leo currit: ergo brutū currit. et eodē mō iſta leo currit: ergo hō currit. ſecus eſt de mentali vltimate.

¶ Tertio arguit. ſeqret φ ſortes nō eſſet termin' abſolut' de pdicamēto ſubſtātie. ꝯſequēs eſt falſum: ergo ꝛ añs. Probatur ꝯña: qꝛ pōt vere affirmari ꝛ negari ſubiecto ſuppōnēte. ꝛ ꝑ ꝯſequēs eſt pdicatio accidētis.

¶ Reſpondetur negando cōſequentiam. qꝛ hoc non eſt accidentaliter hoc eſt in predicatione acciētali.

¶ Et ad argumenta ante oppoſitū. Ad primū nego cōſequentiā ꝛ nego φ arguatur a cōuertibilib' ſimpliciter.

¶ Ad cōfirmationē ꝯcedit φ ſortes ſtat ſignificatiue: ſed non ſignificabat ſortem in vtero matris.

¶ Ad tertiū cōcedit φ ſortes pōt eē plato: nec hoc ē extraneū ſaul fuit paul'.

Sortes pōteſt eē plato.

¶ Cōtra. illo dato ſortes pōt eſſe ois hō qḋ nō eſt dicēdū. qḋ ptꝫ: ſortes pōt eē plato: ꝛ eadē rōne cicero. ꝛ ſic de alijs.

¶ Rñdet φ nō ſeqtur qꝛ lꝫ ſortes pōt eſſe plato nō pōt eſſe iſte homo demonſtrādo vnum alium qui eſt plato. mihi plus placet prior modus dicēdi.

¶ Sequūtur nōnulle terminoꝝ diuiſiōes per magiſtrū dauid crabitoñ. ſupaddite.

Terminorum

quidā ſunt termini ꝑtinētes: quidā impertinētes. Termini impertinētes ſūt termi qb' nō repugnat de eodē vel de eiſdē vniuoce: ꝛ qꝛ alter de aliꝗ verificabilis ē de ꝗ nō oꝫ alteꝝ ꝟificari.

Crab concordat. Pertinentes oppoſito nō diffiniūt: ſꝫ Ant. corōnel dānat et ſic diffinit. Jmpertinētes ſūt ꝙ ptīt de ſe inuicē vere negari me diāte copula de pñti

¶ Ex hac diffinitiōe ſequit φ ad terminos eſſe impertinētes due requirunt cōditiones. Prima cōditio eſt φ nō repugnat eis de eodē vel de ſeinuicē verificari. Secūda eſt φ nullus illoꝝ ſit illatiuus alterius.

¶ Sequitur ſecundo. Nulla

ſincathegoreumata eſſe termi nos impertinētes ſaltē ſm ꝙ ſincathegoreumata ſunt.

¶ Tertio ſequit̄. aliquos terminos nō ſignificatiuos eſſe impertinētes: vt pꝫ de iſtis terminis vox buf ꝗ ſunt nō ſignificatiui quia ſunt termini ꝛ nō termini ſignificatiui: igitur ꝛc. vel ꝓba de iſtis terminis ſcriptis buf baf ꝙ ſunt impertinentes.

¶ Cōtra hāc diffinitionē cum annexis correlariis arguit̄ ſic. Si eſſent aliq̄ termini impertinētes maxime eēnt iſti ſortes albus ſortes currēs. ſꝫ hoc eſt falſum. igit̄. ꝯña tenet: ꝛ maior eſt nota: qꝛ pñt de eodē verificari. ꝛ null⁹ alterū infert. igr̄. Probat̄ minor: qꝛ de nullo eſt verificabilis vn⁹ ꝗn oportet alterū de eodē verificari: ex quo vterq̄ de ſolo ſorte verificabilis eſt

¶ Forte dices ꝙ ſufficiat ꝓ illo tēpore ꝓ quo vn⁹ verificat̄ nō opꝫ alterū verificari ꝓ tūc: vt ſi ſortes eēt albus et dormiēs ſortes currēs nō verificaret̄ de ſorte ꝓ tūc: ſed bene ſortes albus.

¶ Cōtra hāc ſolutionē arguere. Sequeret̄ ꝙ iſti termini homo aīal eſſent impertinētes ſi ly aīal nō ponatur in ꝓpoſitiōe in hac hora ſed hō licet ly homo ꝛ ecōtrario i hora ſequēti tunc quilibet illoꝝ verificabit̄ de aliquo et nō opꝫ pro tunc alterū verificari. Silr̄ de nullo verificabatur iſte termin⁹ ſortes albus quin de illo ꝓ tūc verificetur iſte terminus ſortes currens: qꝛ ſi ſic maxime eſſet de ſorte: ſicut ꝑus argutū eſt. ſed hoc eſt falſū: qꝛ de illo ꝓ tūc ſortes currēs verificat̄ ſic. hoc poſſ. bilr̄ ē ſortes currēs.

¶ Pro ſolutione argumenti pono tres ꝓpōnes. Prima propoſitio. termini non ideo dicūtur impertinētes: qꝛ nō opꝫ illos de eodē verificari eſto ꝙ de eodem verificabiles ſint. Probatur: qꝛ alˀs oēs termini nō repugnātes cathegoreumatici eſſent impertinētes: vt ꝓbatū eſt de iſtis termīs hō aīal: qꝛ ꝗbuſcūq termīnis datis nō opꝫ ꝙ ſi vnus ſit alter ſit: nec ꝙ ſi vnus ſit in ꝓpōne alter ſit in ꝓpoſitiōe.

¶ Scḋa propoſitio. Nō ideo termini ſunt impertinētes: qꝛ eſto ꝙ ſint in ꝓpoſitione et de eodē verificabiles nō oportet ꝙ de eodē verificētur. pꝫ: qꝛ alˀs oēs termini mūdi eſſent impertinentes: quia quibuſcūq datis de de eodē verificabiles ſunt ſaltē per nouā impoſitionem vel mediāte hac copula imaginarie ē. ꝛ ꝙ nō oportet ꝙ de eodem verificētur: dato ꝙ ſint in ꝓpoſitione. patet: qꝛ ſi ſic eſſet de aliquibus terminis maxime eſſet de iſtis homo riſibile. qꝛ eſto ꝙ illi ſint in ꝓpoſitione: nō tamē neceſſario in ꝓpoſitiōe ſunt: et dato ꝙ eſſent neceſſario in ꝓpoſitiōe vel ꝓpoſitionibus. nō opꝫ tamē eos eſſe in ꝓpoſitionibus veris: ꝛ dato ꝙ opꝫ eſſe in ꝓpoſitionib⁹ veris. nō oportet tamē eos eſſe in ꝓpōnibus mere affirmatiuis veris. ꝛ dato ꝙ opꝫ ꝙ ſint i affirmatiuis veris: nō opꝫ ꝙ de eodē verificent̄. hec facillime cognoſcitur.

¶ Tertia propoſitio. Termini ideo impertinētes ſunt. qꝛ de eodē verificabiles mediāte copula de pñti. ꝛ ſtat vnū mediāte eadē copula de ꝓnōie aliquā rem demōſtrāte verificari pro qua nō verificaretur alter dato ꝙ ſimiliter acceptus reſpectu eiuſdē ꝓnōis poneretur: ꝛ hoc nō ē ꝓpter relſexionem.

¶ Ex his ꝓpoſitionib⁹ patet ſolutio ad argumentū. Ad totū ꝯſilum eſt p̄terꝙ ad vltimo tactū. ſ. ꝙ ly ſortes currens caſu argumēti ſtāte eſt verificabilis. de ſorte diſtinguit̄: vl ꝙ ſit verificabilis ꝓ tūc mediāte copula de pñti et ſic nego. vel mediāte copula de poſſibiliter eſt et ſic tranſeat.

¶ Et ſi dicas ꝓ tūc verificabilis eſt mediāte ly eſt: igit̄ añs pōt ꝓbabiliori expoſitiōe. hoc verificabile eſt de ſorte mediāte ly eſt demōſtrādo ly ſortes currēs. ꝛ hoc ē ly ſortes currēs ꝓ tūc: ergo ly ſortes currēs ꝓ nūc eſt verificabilis de ſorte mediāte ly eſt. R̄. hdec p̄cedēdo ꝯñam ꝛ ꝯñs: qꝛ nō arguit̄ ꝯ intētionē. volo dicere ꝙ ſortes currēs nō ē v̓ificabile de ſorte ꝓ nūc.

¶ Scḋo ad idem arguit̄ Oēs termini ſunt pertinētes: ḡ nulli termini ſūt impertinētes. ꝛ ꝑ ꝯſequēs falſuꝫ ſupponit diuiſio. Aſſumptū ꝓbatur ſignata multitudine omniū terminoꝝ etiā cathegoreumaticoꝝ. Tunc ſic arguit̄. Oēs termini cathegoreumatici ſunt pertinētes vel impertinētes. iſti ſunt termini cathegoreumatici: ergo iſti ſunt ꝑtinētes vel impertinētes ſed iſti nō ſūt impertinētes: qꝛ nō pñt de eodē verificari ex quo inter eos termini contradictorii complectuntur.

¶ Et cōfirmat̄. capiēdo iſtos terminos homo. albū. aſin⁹. ſe. ſequeretur ꝙ nō eēnt termini impertinētes ſed hoc ē falſum: qꝛ iſti duo binarii demōſtrātis iſtis duob⁹ binariis hō albū albū aſinus ſunt termini impertinētes: ꝛ iſti duo binarii ſunt iſti tres termini. igit̄. Eodē mō arguit̄ de iſtis riſibile hō currēs. nec ſunt impertinētes: quia vnus alterū infert. nec ſunt pertinentes: quia nō repugnātes vt cōſtat. nec ly currēs aliquem aliorum infert. igitur.

¶ Reſpōdet̄ ꝑ ꝓpōnes. Prima ꝓpoſitio. nec oēs termini ſunt pertinentes nec oēs termini ſunt impertinētes capiēdo ly omnes diſtributiue. Iſta ꝓpoſitio ē nota.

¶ Scḋa ꝓpoſitio. oēs termini ſunt pertinentes: ꝛ ſilr̄ oēs termini includentes duos terminos ꝑtinētes ſunt pertinentes vtrobiq̄ capiēdo ly oēs collectiue. Iſta ꝓpoſitio ꝓbata eſt in argumēto principali.

¶ Tertia ꝓpoſitio. Omnes termini ſunt pertinētes vel impertinentes: qualitercūq capiatur ly omnes.

¶ Ex iſtis tria ſequunt̄ correlaria. Primū correlariū. tm̄ termini impertinētes ſunt termini. ꝓbatur ex ſcḋa ꝓpoſitione exponēdo eā gratia pluralitatis a ꝓpōne de ſigno collectiuo ad excluſiuā terminis trāſpoſitis nō curo ꝓ nunc ſiue inſtātiā habeat regula ſiue nō ꝛ forte etiā verū eſt capiēdo tm̄ gratia alietatis: qꝛ nulli ſunt forte termini adeo impertinētes ꝗn ſm aliquā ſignificationē coꝝ ſunt ꝑtinētes: puta vel vltimatā vel nō vltimatā vel primariā vel ſecūdariā: nec hoc repugnat p̄me ꝓpoſitiōi. qꝛ i p̄ma ꝓpoſitiōe volo dicere nō oēs terminos eē ꝑtinētes ſm ſignificationem vltimatā.

¶ Scḋo ſequit̄ ꝙ termini impertinētes ſunt termini ꝑtinētes. pꝫ ſcḋm cor-

[is?] ſuppo nētib⁹: vt albū ꝛ currēs: ſꝫ Gaſpar ꝺ lax. ſic ait. Ter. impertinētes ſunt termi. ſic ſe hñtes ꝙ nulli⁹ affirmatio infert affirmationē alteri⁹ nec negationē nec alicui⁹ negatio infert affirmationē nec negationē alterius reſpectu cuiuſcūq ſuppoſiti ꝛ in ordine ad quācūq copulā dempta copula de imaginario vt iſti duo termini albus dulce: albū nigrū hō homo qui eſt pertinētes ſunt oppoſito modo.

Termini cur ſūt impertinentes.

relariũ: q: iſti duo termini: termini impertinẽtes terminis impertinẽtes ſũt pertinẽtes. Scõo ptz de iſtis duob' terminis ſcriptis hõ aſin' q ſunt pertinẽtes ſm ſignificationẽ vltimatã: et impertinẽtes ſm ſignificationem non vltimatã.

¶ Tertio ſequit hãc eſſe verã Termini ptinẽtes ⁊ nõ pertinẽtes ſunt ptinẽtes. ptz capiẽdo partes illi' copulati materialr: ⁊ ly et cõplexiue ſicut cõtingit hic ſortes ⁊ plato ſunt nõia. Ex his ſolutio ad argumentũ ptz: q: oẽs termini ſunt pertinẽtes capiẽdo oẽs collectiue: ſed nõ capiendo diſtributiue: ſaltẽ in ordine ad ſignificata ei' ptinẽtia ⁊ vltimata.

Solutio argumẽti vltimi.

¶ Ad cõfirmationem dico ꝙ oẽs termini ibi aſſignati ſunt pertinẽtes: quia ſufficit ad terminos eſſe ptinẽtes eos repugnare ſicut repugnãt primi tres termini: q: ſicut copulatiua cui' vna ps eſt impoſſibilis eſt impoſſibilis: ita oẽs termini repugnãt quoꝝ duo termini repugnãt. Et ad pbationem nego ꝙ iſti duo binarij ſcz hõ albũ. albũ aſinus ſint termini impertinentes: tñ iſte binarius eſt termini imptinentes ⁊ iſte binari' eſt termini imptinẽtes q̃libet illoꝝ binarioꝝ demõſtrato: q: a diuiſis ad cõiuncta multotiẽs fallit argumẽtũ ⁊ pcipue includẽdo negationẽ: ⁊ q: equalenter ſic arguit nullus illoꝝ duoꝝ repugnat alteri nec alterũ infert aliquibus duob' demõſtratis illoꝝ triũ nec iſtorum aliis duobus demõſtratis: ergo nullus iſtorum triũ alteri repugnat nec alterũ infert. Et ſilr dicat de trib' vltimis ꝙ nõ ſũt imptinẽtes: q: vn' alteꝝ infert. ſ. nõ q̃lz quẽlibet nec hoc requirit.

Ad terminos eẽ ptinẽtes eos repugnare ſufficit. Oẽs termini quoꝝ duo repugnãt

¶ Tertio arguit. ſi aliq termini eſſent imptinentes maxime eſſent iſti hoc album albũ hac albedine: vel hĩ albũ hac albedine et hoc coloratũ: ſed hoc nõ: q: iſti termini ſe habẽt ſicut genus ⁊ ſpecies vel ſpecies ⁊ indiuiduũ ſm opinionẽ cõmunem q̃ ponit formaliter cõmune in diffinitione vlis: ſed omne indiuiduũ infert ſuã ſpeciem ⁊ ſuum genus. igitur.

¶ Et cõfirmat. iſti duo termini ſũt imptinẽtes nõ termini ptinentes nõ termini imptinẽtes ⁊ tñ diffinitio poſita nõ cõuenit eis igr. ꝙ ſint imptinẽtes ptz: q: nõ ſunt ptinẽtes q: nõ ſeſe inferũt vt notũ eſt. nec repugnant: q: de eiſdẽ verificãtur puta de duob' lapidib'.

¶ Pro reſpõſiõe pono triplicẽ ppõnem cũ trib' correlariis. Prima ppõ ſm opinionem allegatã in argumẽto nõ incõuenit genus et ſuã ſpeciem eſſe terminos impertinentes: q: pertinentia terminoꝝ nõ ſumit ex parte illius ſignificati ex parte cuius dicũtur gen' et ſpecies. patet ppõ ex argumẽto facto.

Gen' ⁊ ſuã ſpẽz eẽ impertinentes nõ incõuenit.

¶ Scda ppoſitio. dicti termini ſũt pertinẽtes ex parte formalis ſignificati nec ſequitur pptereã ꝙ ſint pertinentes: q: arguit a dicto ſm quid ad dictũ ſimpliciter. vel ſi vis cõſequentiã cõcedere nõ contradico.

Ter. ptinẽtes ſm qd

¶ Tertia ppõ. aliqui termini ſũt ptinẽtes ex pte formalis ſignificati tm: aliq ſunt ptinẽtes ex pte materialis ſignificati tm: ⁊ aliq ex pte vtriuſqꝫ ſignificati. exẽpla facilia ſũt.

¶ Primũ correlariũ eſt ab inferiori ad ſuperi' affirmatiue ſine diſtributione nõ ſemper valet pñã. ptz de terminus aſinus in argumento q̃ ſint impertinentes.

Ab inferiori ad ſupius ſine diſtri. nõ ſẽp valet pñã.

¶ Secũdũ correlariũ. oẽs termini pertinẽtes ex pte materialis ſignificati tm: vl' ex pte vtriuſqꝫ ſunt imptinẽtes ſimplr: nõ ſic ſi ſint imptinẽtes ex pte formalis ſigti tm.

¶ Tertio ſeqtur. terminos diſparatos eſſe ipertinẽtes ex pte formalis ſignificati tm. Ex his ptz ſolutio ad argumẽtũ factũ.

Ter. diſparati ſunt ipertinẽtes ex parte ſignificati formalis tm.

¶ Ad cõfirmationẽ cõcedo ꝙ illi duo termini aſſignati ſcz nõ termini ptinentes: nõ termini imptinẽtes ſunt impertinẽtes: vt pbat ratio. ⁊ nego ꝙ diffinitio terminoꝝ impertinentiũ nõ cõueniat illis. nec ſeqtur nõ termini ptinẽtes ⁊ nõ termini imptinẽtes ſũt impertinẽtes: ergo nõ termini impertinẽtes ſunt imptinẽtes: q: cõmittit fallacia equocationis: q: ſenſus añcedẽtis eſt ly nõ termini pertinentes: ⁊ ly nõ termini imptinẽtes ſũt termini impertinẽtes. et ſenſus cõſeqñtis eſt entia que nõ ſunt termini impertinẽtes ſunt termini imptinẽtes: q: ſubiectũ non põt materialr accipi pro pter incõgruitatẽ: ſed termini ptinẽtes ſũt quorũ vn' alteri vel aliis repugnat: vel termini quorũ vn' aliũ illoꝝ infert ⁊ nullus alteri repugnat: in ſeqñtib' diuiſionib' hec diffinitio declarabitur.

¶ Alia diuiſio.

¶ Ad ꝓbationē añcedentis q̃ tangit regulã quã dabim⁹ ad cognoſcẽdũ terminos abſolutos. Si aliq̃s terminus abſolutus eſt nõ ſtat quãlibet illaꝝ rerũ ꝑ qua vel q̃bus talis termin⁹ verificabilis ē in rerũ natura eſſe q̃n ꝑ tali vel talibus ſupponat q̃litercũq̃ res ipſe diſponãẗ. ꝓpterea nõ ſtat ſortē eſſe ſine indiuiſibiliter i loco: ſiue extrĩſice: ſiue cũ accidētib⁹: ſiue ſine accidētib⁹ q̃n ſemꝑ ſit verũ dicere hoc ē ſortes. ſec⁹ ē de terminis cõnotatiuis intellige niſi deponaẗ a ſua ſigĩone vel nõdũ ſit impoſitus.

¶ Tũc ad foꝛmã argumēti de iſto termino ſortes. nego añs ſcꝫ ꝙ iſte termin⁹ ſortes nõ ſit abſolutus: ⁊ nego ꝙ regula aſſignata ꝑ terminis abſolutis nõ cõueniat illi.

¶ Ad primã improbationem ſtat illas res eſſe ꝑ q̃bus ly ſortes ſupponit: illo termino ſortes nõ ſupponēte ꝑ illis trãſeat illa particulariter: ſed nihil ꝯ regulã: q2 nõ ſtat quãlibet illaꝝ rerũ in reꝝ natura eſſe q̃n ꝑ aliq̃ illarũ ſupponat: q2 nõ ſtat ſortē eſſe q̃n de illo verũ ſit dicere hoc eſt ſortes. vl' ſi volueris alr explicare ſic. Terminus abſolut⁹ nõ deſinit ſupponere nõ ꝓpter aliquē alicui⁹ rei defectũ ꝑ qua ſupponebat ſi ſit ſingularis nũer⁹ nõ collectiu⁹: vel ꝓpter defectus aliquaꝝ rerũ ſi ſit pl'alis nũeri. nõ ſic aũt eſt de termĩo cõnotatiuo q̃ deſinit ſupponere oĩ ſuo materiali ſignificato in rerũ natura manēte. practica de iſtis terminis albũ. nigrũ. hõ. ſortes: tũc ꝯcedo ꝙ ſtat materiã ⁊ foꝛmã ſoꝛtis eſſe in rerũ natura illo termino ſortes nõ remanēte: ꝑ illis tñ q̃cũq̃ nõ ſupponit ꝑ illis hõ eſt ꝓpter defectũ alicui⁹ rei ꝑ qua pus ſupponebat: puta ꝓpter defectũ ſortis. nec valet dicere ꝙ iſte terminus albũ nõ deſinit ſupponere ꝑ ſorte niſi ꝓpter defectũ alterius rei ſcilꝫ albedinis: q2 dato ꝙ hoc eſſet verũ nõ tamē deſinit ſupponere ꝓpter defectũ rei ꝑ qua prius ſupponebat.

¶ Ad ſecũdã improbationeꝫ diſtinguo ꝙ iſte terminus ſortes nõ ſupponebat ꝑ ſorte ante baptiſmus. vel ſi de termino vocali ſcripto vel nõ vltimato loq̃ris et ſic ꝯcedo. vel ſi de mentali vltimato puta de naturali ſimilitudine rei et ſic nego. nec ſequiẗ ꝓpterea ꝙ terminus vocalis nõ ſit abſolutus: q2 defectus impoſitionis fuit cauſa q̃re nõ ſupponebat ꝑ illa re.

¶ Ad tertiã improbationem admitto eo ꝙ ſortes hꝫ tenere aliquã ptē acq̃ret de nouo. ⁊ nego ꝙ iſte termin⁹ ſortes nõ ſupponat ꝑ illo binario ꝑ q̃ heri ſupponebat: ⁊ q̃ñ dr iſte binari⁹ eſt nũc ps ſortis ꝯcedo ꝙ ē ps alicui⁹ ſortis nũc: ſꝫ nõ eſt ps illi⁹ ſortis ꝑ q̃ heri ſupponebat. Et q̃ñ dr ps ſortis nõ eſt ſortes: ꝯcedo ꝙ ps ſortis nõ eſt iſte idē ſortes cui⁹ eſt ps ſed ē vn⁹ ali⁹. Et ſi dicas ſortes nũꝙ̃ maneret idem duob⁹

diebus cõtinuo hoc non eſt incõueniens apud multos: ſʒ nego aſſũptũ: imo quilibet ſortes manet idem: ſed bene verũ eſt φ nunc φ duobus diebus continuo manet idem totale compoſitum.

¶ Ex hoc patet φ naturalis ſſitudo q̃ hodie repñtat totũ ſortẽ die craſtina ſolũ ſortẽ ptialẽ repñtabit. Ex q̃ vltimatᵒ ꝯcep tus nõ equocatur in ſignificãdo naturaliter ꝓpꝛie. de ſilib' vide holkot ĩ vltima determĩatiõe.

Holkot.

Ter. abſoluti cõplexum ponũtur in pdi. ſubſtãtie.

¶ Ad tertiũ de iſtis tribꝰ terminis hões ens albedo trãſeat φ ſint termini abſoluti. ꝛ qñ dicit oĩs terminᵒ abſolutus ponit in pdicamẽto ſubſtãtie. dico φ nõ opʒ: ſʒ oẽs termini abſoluti incõplexi ꝛc. ponũtur in pdicamẽto entis quẽadmodũ ly ſubſtãtia met. nec valet auctoritas ariſtotelis ĩ oppoſitũ: q2 in hoc forte ẽ fidei cõtrariᵒ ex quo accidẽs p ſe exiſtit nec euidenter cõſtat hoc eẽ cõtra naturã accidẽtis. facile ẽ differẽter dicere aliter ſi volueris φ nullus terminᵒ pr accidẽtia abſolute ſignificare: ꝛ tunc ly albedo ꝛ ſimiliter ly ens in ſignificandis accidentibᵒ ſunt termini cõnotatiui: q2 aptitudinẽ inheſiõis cõnotarẽt ꝛ ſic ly ens equoce ſubſtãtiã ꝛ accidẽs ſignificabit. ſubſtãtiã mediãte cõceptu abſoluto q̃ ẽ mere pdicamẽti ſubſtãtie accidens vero mediãte ꝯceptu ꝯnotatiuo pdicamẽti qualitatis ſignificaret: ꝛ ſic dicendo: vel ly ens non eſſet trãſcendẽs: vel ly ſubſtãtia eẽt trãſcendẽs ꝛ oĩs ſubſtãtia eſſet ens ꝛ oẽ ens eſſet ſubſtantia.

¶ De tertio termino ſcʒ ly homines diſtinguo φ ly ſubſtãtia nõ predicet de eo vniuerſaliter. vel ſecũdũ ſe: ꝛ ſic concedo. vel ꝓm ſuum ſynonimũ in numero plurali: et ſic nego.

¶ Ad ſcdaʒ ꝓbationẽ iſta eſſet alicuiᵒ pdicabilis hec ſunt hões diſtinguo. vel ſi ly hec tm̃ valeat ſicut iſti hões ꝛ ſic cõcedo φ eſt pdicatio ꝯſtis. Cõſequẽter ad illa q̃ dixi ĩ pdicabilibᵒ. vel ſi ly hec tm̃ valeat ſicut hec entia: ꝛ ſic trãſeat φ nõ ſit alicuiᵒ pdicabilis pdicatio: quia nõ ẽ directa tanφ directa ĩ terminis abſolutis qͦ requirit. vel poſſis dicere φ ẽ pdicatio generis ꝛ φ nõ opʒ ſp ꝯñaʒ valere ab ĩferiori ad ſuperiᵒ ẽt in terminis abſolutis: q2 hoc nõ ĩcõuenit ĩ cõnotatiuis: vt priᵒ viſuʒ ẽ.

Additio.

¶ Diffinit ſic hʒ. G. de lax. Terminᵒ cõnotatiuᵒ ẽ q̃ vltra hoc p quo ſupponit vel ſignificat de ſignificatione pꝛĩcipali cõnotat aliquid vel reʒ taliter ſe habere. Cõnotatiuᵒ itriſece ẽ q̃ vltra hoc p q̃ ſupponit vel qͦ ſcat ꝯnotat partẽ eſſentialẽ alicuiᵒ rei: vt rationale. Cõnotatiuᵒ vero extriſece ſcat aliquid quod nõ eſt pars talis rei aut taliter ſe habẽtis.

¶ Terminꝰ ꝯnotatiuꝰ ẽ terminus q̃ vltra materiale ſignificatũ aliq̃d ĩportat vel ĩ ſʒ materiale ſignificatũ aliq̃liter ſe habere denotat. Pria ps ponit ꝓpt tales terminos calidum: albũ. Scda ꝓpter iſtos pedale currens.

¶ Et duplex ẽ terminꝰ cõnotatiuᵒ. ſ. ꝯnotatiuᵒ itriſece ꝛ ꝯnotatiuᵒ extriſece.

¶ Terminꝰ cõnotatiuꝰ intrinſece ẽ terminᵒ q̃ diſtincte partẽ eẽntialẽ vel ptes eſſentiales vltra materiale ſignificatuʒ ĩportat nihil aliene denotãs niſi forte ſub diſiũctione. Dicit diſtincte ꝓpter iſtos terminos ideʒ diuerſum q̃ partẽ eſſentialẽ cõnotãt: ſʒ nõ adequate. Dicit vltra materiale ſignificatũ ꝓpter tales terminos materia forma ps eẽntialis q̃ partẽ eẽntialẽ ĩportãt ſʒ non vltra materiale. Dicit nihil aliene ꝓpter iſtos terminos riſibile flebile qui bñ partes eẽntiales cõnotãt: ſed vltra copulati fletũ vel riſum aliene deſignãt. Dicitur niſi ſub diſiunctione ꝓpter iſtũ terminũ quale q̃ ẽ cõnotatiuus intrinſece: vt poſtea dicet: q2 oẽm ſuam cõnotationẽ ſub diſiũctiõe ad partes eẽntiales ĩportat. Dicit ptẽ vel ptes ꝓpt iſtũ terminũ. a. ſi imponat ad ſignificãdũ oẽs hões ꝯnotãdo materiã ꝛ formã ſiue copulati ſiue diſiũcti: qm̃ ſiue ſic ſiue ſic ꝯnotat ẽ ſp ꝯnotatiuᵒ intrinſece.

¶ Terminꝰ cõnotatiuꝰ extriſece ẽ terminᵒ non adeq̃te partẽ eſſentialẽ vltra materiale ſignificatũ ĩportãs ꝛc. ſed aliq̃d aliud vel aliquẽ modũ ſe habẽdi. Exẽpla darẽt ỏ iſtis terminis rubeũ pr ſtãs: q2 pmi duo aliq̃d vltra materiale adducũt tertiᵒ vero modᵒ ſe ſe hñdi ſui materialis ſignificati denotat. Et terminᵒ dicit extriſece ꝯnotatiuᵒ: q2 aliq̃d formali ĩportat qͦ nõ ẽ ĩtra materiale ſignificatũ: ſʒ extra. Oppoſito mõ tminᵒ dr̃ connotatiuus intriſece.

Cõnotare ẽ vltra ſignificatũ pꝛĩcipale aliq̃d aliqua vl aliqualiter ſibi cõuenire denotare.

¶ Et adhuc bifariã ſe habet terminᵒ ꝯnotatiuᵒ extriſece. q̃dã ẽ minᵒ ꝯnotatiuus. Aliᵒ vero magis cõnotatiuus extrinſece.

¶ Terminꝰ magis connotatiuus extriſece ẽ ille q̃ pluribᵒ ꝯnotationibᵒ copulati ꝯnotat φ ille cui ꝯparat. Exẽpliũ peculiare ẽ de iſtis duobᵒ terminis vle ꝛ pdicabile quoꝝ ly pdicabile magis ꝯnotatiuᵒ ẽ: q2 duas connotationes copulati ĩportat copulatim intelligo, formaliter vel equiualẽter quarum connotationũ vna duntaxat participat ly vniuerſale.

¶ Ex hoc patet φ licet genus plura φ ſua ſpẽs ꝯnotet. nõ dr̃ tñ magis ꝯnotatiuũ φ ſpẽs: q2 nõ pluribᵒ φ ſua ſpẽs ꝯnotatiõibus ꝯnotat: ſʒ oẽs ſuas ꝯnotatiões ſub diſiũctione ad cõnotationẽ ſpẽi ĩportat. Seq̃tur ẽt nullum tminũ eẽ magis ꝯnotatiuũ φ alteꝝ loquẽdo ꝓpꝛie niſi connotationem alterius includat aliquid ſuperaddendo.

¶ Tertio ſequit non ideʒ eſſe extrinſecũ connotare ꝛ extrinſece: q2 extrinſece eſt aliq̃d vel aliqualiter reſpectu alterius denotare qualiter alter nõ denotat nõ admodũ ſuperiorum ꝛ inferiorũ. Sed extrinſecũ cõnotare eſt aliquam rem quam non importat alter ſiue ad modum ſuperiorum ſiue non importare: vt ly coloratum in ordine ad ly album.

Quid ſit extriſece cõnotare. Quid extrinſecũ.

¶ Contra dicta arguit. Pꝛio ſcdm dicta ſequeret iſtum terminum quale vel iſtũ terminũ a pꝛemiſſo caſu eſſe cõnotatiuum intrinſece: ꝛ iſtum terminum ſortes rationalis non eſſe connotatiuum intrinſece. conſequens eſt falſum pro vtraq; parte. igitur. Falſitas conſequentis probatur. Pꝛimo de iſto termino ſortes rationalis: quia iſta eſt pdicatio directa ſortes eſt ſortes rationalis et non eſt accidentalis vt notum eſt nec eſſentialis quidditatiua: q2 pdicatum eſt cõnotatiuum: ergo eſt eſſentialis nõ quidditatiua ꝛ vltra: ergo vnum extremorum eſt cõnotatiuum intrinſece: ꝛ non ſubiectum: ergo predicatum. Sed pꝛimũ conſequens probatur: quia ly ſortes rationalis nõ connotat diſtincte

partem eſſentiales rei pro qua ſupponit immo omnem animã rationalem connotat ſicut ly rationale per regulam cõmunem. Quicquid ſignificat pars complexi ꝛc. probatur falſitas conſequentis pro prima parte ꝙ ly quale eſſet cõnotatiuum intrinſece: quia ſi ſic iſtud diſiunctũ rationale vel album eſſet cõnotatiuum intriſece quia nihil cõnotat niſi ſub diſiunctione ad partem eſſentialem: ⁊ illa ratio prius aſſignabitur ſi concedas illatum ſequeretur arguendo per primam regulam antepredicamentalem hanc eẽ eſſentialem ſortes eſt coloratus: quia pro parte iſta eſt eſſentialis ſortes eſt rationale vel album ⁊ iſta eſt eſſentialis rationale vel album eſt coloratum. ꝙ ly. a. non ſit cõnotatiuum intrinſece caſu premiſſo patet: qꝛ ly. a. eſt magis cõnotatiuus ꝙ̃ ly rationale: ⁊ omnis termin⁹ magis cõnotatiuus eſt extrinſece cõnotatiuus. igitur. Probatur maior: qꝛ ly. a. duabus cõnotationib⁹ cõnotat vnam materiam alteram formã: ſecus ẽ de ly rõnale cũ ſolũ vnã cõnotationem habeat.

Regula cõmunis.

¶ Ad hanc rationem reſpondetur concedendo conſequens illatum pro prima parte: ſed negatur pro vltima. Ad probationem vltime partis de iſto termino ſortes rationalis concedo ꝙ non diſtincte connotat partes eſſentialem rei pro qua ſupponit nec hoc requiritur: ſed ſufficit ꝙ nihil connotet niſi ſub diſiunctione ad partẽ eſſentialẽ rei pro qua ſupponit.

Quid requirit ad terminũ cõnotatiuum intrinſece.

¶ Ad improbationẽ priẽ partis. Et primo ad illud quo probatur ꝙ iſte terminus quale non ſit cõnotatiuus intrinſece qꝛ ſi ſic ſequeretur ꝙ illud diſiunctum rationale vel album eſſet connotatiuum intrinſece tranſeat hoc quãdo inferes. ex hoc ſequitur iſtã eſſe eſſentialem ſortes eſt coloratus arguendo per primã regulam antepredicamentalem. nego ꝙ hoc ſequatur ⁊ dico ꝙ argumentum factum non procedit contra intentionem regule: quia ad arguendum per regulam oportet ſemper arguere in predicatiõe directa tanꝙ̃ directa: modo iſta nõ eſt directa tanꝙ̃ directa rationale vel album eſt coloratum. dato ꝙ eſſet eſſentialis. ⁊ ratio eſt qꝛ ſtat ſubiectum pro aliquo ſupponere abſq; hoc ꝙ predicatum pro illo ſupponat patet intuenti Quid requiritur ad predicationem directam tãꝙ̃ directam dixi in predicabilibus. ¶ Ad aliud quod tangitur de illo termino a caſu premiſſo nego quin ſit terminus cõnotatiuus intrinſece Et quando dicis eſt magis cõnotatiuus ꝙ̃ ly rationale concedo: vt probat ratio. ſed nego minorem ꝙ omnis terminus magis cõnotatiuus ꝙ̃ alter ſit cõnotatiuus extrinſece: ſed ſolũ omnis terminus magis cõnotatiuus extrinſece ꝙ̃ alter eſt connotatiuus extrinſece: ſicut omnis terminus magis connotatiuus intrinſece ꝙ̃ alter eſt connotatiuus intrinſece.

Solũ alter. magis cõnota. extrinſece ꝙ̃ alt ẽ ꝯnotati. extriſece ⁊ ita de intrinſeco.

¶ Secundo arguitur ſic ſecũdum dicta iſti termini ſunt cõnotatiui. idem ꝙ̃ ritas diſcreta. conſequens eſt falſum. igitur falſitas conſequentis probatur: quia non ſtat res pro quibus ſupponũt permanere in rerum natura qualitercunq; diſponantur quin illi termini ſint pro illis rebus verificabiles: vt non conſtat ſortem eſſe quin ſit idem: ⁊ ſimiliter ꝙ̃ritas diſcreta: ſed prius dictum eſt omnes terminos ſic ſe habentes eſſe abſolutos. igitur.

¶ Ad hanc rationem reſpondeo concedendo ꝙ ſecundum dicta dicti duo termini ſunt cõnotatiui. ⁊ quando dicis ſic ſupponunt pro rebus ꝙ nõ ſtat res eſſe quin pro illis verificabiles ſint cõcedo. ⁊ nego ꝙ prius dictum ſit oẽs terminos ſic ſe hñtes eſſe abſolutos. ſed ſolũ dictũ ẽ oẽs tmĩos abſolutos ſic ſe habere ꝛc.

¶ Si vis regulã pro cõnotatiuis inquirere hanc do. ſoli termini cõnotatiui ſic ſe habent ꝙ ſtat res pro quibus ſupponunt eſſe: ⁊ tales terminos pro talibus rebus nõ ſupponere dato ꝙ ſint in propoſitione ⁊ non cadãt a ſignificatione ꝛc. Sed non omnes termini cõnotatiui ſic ſe habent ꝛc. Secũda pars probata eſt per argumentum et prima pars ſufficienter eſt oſtenſa ſoluendo argumenta ꝙ termini abſoluti non ſic ſe habent ꝛc. Sed aliquos connotatiuos ſic ſe habere dubitat nemo: imo vt plurimum patet de iſtis terminis album ſedens ꝙ̃ pro ſorte ſupponunt: tamen ſtat ſortes eſſe illis terminis non ſupponentibus pro eo: puta ſi ſortes eſſet ſtans ⁊ niger.

Regula pro connotatiuis.

¶ Tertio arguitur ſic. Iſti ſter mini ſunt cõnotatiui in lapide hominis: naturalis ſimilitudo ſortis: cõceptus non vltimatus cui ſubordinatur ly album: tamen diffinitio nõ cõuenit eis. igitur de primis duobus patet: quia appellant ſignificata formalia dicendo noticia in lapide corpus hominis. etiam reſpondet ad queſitiua predicamentorum accidentium: vt ſi queratur vbi eſt albedo. dicitur in lapide. De naturali ſimilitudine ſortis patet: qꝛ res que ẽ ſortes non cadit ſub ſenſu: ſed ſolũ accidens eius per conſequens noticia ſenſualis ſortis non eſt abſoluta: quia nullius rei abſentis poteſt haberi noticia abſoluta: ſaltem ſingularum ⁊ incompleta ⁊ vltra. Noticia ſenſualis non eſt abſoluta ergo nec noticia itellectiua q̃ cauſatur ab illa.

¶ De vltimo termino patet puta ꝙ conceptui vltimato huius termini albũ non conueniat diffinitio: quia ſi ſic maxime haberet ſignificatum formale diſtinctum a materiali. quod non eſt intelligibile: quia conceptus huius termini album eſt adeo bene naturalis ſimilitudo omnium albedinũ ſicut naturalis ſimilitudo rerum albarũ. quod ſi neges ſequeretur ꝙ conceptus huius termini album non ſignificaret albedines naturaliter proprie. et notum eſt ꝙ non ſignificat albedines ad placitũ igitur nullo modo ſignificat albedines. per conſequens non connotat albedinem de formali.

¶ Si dicas ꝙ conceptus huius termini albũ eſt naturalis ſimilitudo albedinum ſicut rerum albarum libenter ſcirẽ quare potius cõnotat albedinem ꝙ̃ rem albam: et quare potius pro re alba ꝙ pro albedine ſupponit. nec poſſis dicere ꝙ ſignificat albedinem in obliquo ⁊ rem albam in recto: quia ſuppono tecum ꝙ eſt terminus incomplexus et vniuerſale ſicut tenet communis opinio.

¶ Ad hãc rõnem quo ad primos duos terminos ſcꝫ i lapide hõis in ꝓcedẽtibus dixi ꝙ ſunt termini cõnotatiui ⁊ ꝙ nõ in conuenit rectum eſſe abſolutum ⁊ obliquos cõnotatiuos: imo ille terminus hominis ſuppo-

Nõ inconuenit rectũ eſſe ab

nit pro re poſſeſſa ab homine connotando hominem alias dicendo hoc eſt hominis albi ly albi non appellaret albedinem adiacere homini: ſed ſolum rei poſſeſſe. Sed quia non eſt facile recedendum a communi vſu nego quod iſte terminus hominis ſit connotatiuus: immo eſt ſinonimus cum illo termino homo quo ad vnum ſignificatum vltimatum ſcilicet. et nego conſequentiam facit appellationes formalis ſignificati: ergo eſt connotatiuus: quia hic ſecundum multos eſt talis appellatio ſortes neceſſario eſt ens: ſortes contingenter eſt homo: et tamen illi termini ens homo non ſunt connotatiui.

Solutum tobliquos connotatiuos. Opinio ſecundum dicere contraria concordans communi vſui. Obliquus eſt recto ſinonimus quo ad vnum ſig. vlti.

¶ Secundo dico quod dicenda corpus hominis ibi non eſt appellatio. Sed modus ſignificandi grammaticalis per modum vt cuius ex parte de ly hominis.

¶ De iſto termino in lapide non eſt inconueniens totum eſſe connotatiuum et nullam ſuam partem connotatiuam quemadmodum plerumque in logica contingit totum aliquid ſignificare et nullam ſuam partem illud ſignificare patet de iſtis complexis ſortes ſi eſt ſortes non ſortes: et lapidem ſignificant: tamen nulla pars illum repreſentat. vlterius nego quod diffinitio non conuenit illi termino in lapide: quia ſupponit pro aliqua re connotando lapidem tanquam locum ſubiectum vel totum illius rei. De his plene dicam in predicamentis.

Totius connotatiui nulla pars eſt connotatiua. Totum aliquid ſignificat quod nulla eius pars.

¶ Quo ad tertium terminum puta de naturali ſimilitudine ſortis nego quod ſit terminus connotatiuus. et concedo quod diffinitio non conuenit ei. Forte tamen quod magna apparentia eſt nullum terminum eſſe abſolutum ſicut in materia conceptuum propter varias rationes pluries deſitaui.

¶ Ad probationem qua dicitur quod res que eſt ſortes non cadit ſenſu: per conſequens noticia ſenſualis ſortis non eſt abſoluta. concedo totum. immo nullam noticiam ſenſualem de ſorte habemus: nec de aliqua ſubſtantia clarum eſt: quia ſortes non eſt obiectum ſenſus: vt patebit in libris de anima: et per conſequens iſte non ſunt de rigore concedende. video ſortem: audio ſortem vel tango: quia nullam viſionem de eo habeo: ſed ſolum de colore ſuo. Sed ex his non ſequitur quin conceptus intellectualis ſit abſolutus: quia ille eſt abſtractiuus ex noticiis ſenſitiuis aliarum rerum elicitus tales ſubſtantiam repreſentans nihil aliene denotans.

Sortes non eſt obiectum ſenſus. Negari poſſunt iſte video audio vel tango ſortem. Conceptus intellectiualis quare eſt abſolutus.

¶ De vltimo termino ſcilicet conceptu vltimato huius termini album concedo quod eſt connotatiuus etiam habens ſignificatum formale diſtinctum a materiali. Et quando dicitur hoc non eſt intelligibile nego: quia dato quod eſſet impoſſibile hoc non ſequitur.

¶ Ad probationem vel eſt naturalis ſimilitudo albedinis etc. Dico quod ſic: quia alias non ſignificaret albedinem: vt probat ratio. ſed mihi videtur pro nunc pariter dicendum conceptum huius termini album eſſe hoc totum ens habens albedinem. et hoc eſt rationabile: quia diffinitum et diffinitio quid nominis eidem conceptui ſubordinantur: vt in pluribus antea habes concedere. Et quando dicis non erit vniuerſale: vt dicit communis opinio nego. et dato quod ſit complexum dico quod vniuerſale non excludit niſi complexionem diſtantem. et forte non omnem talem: ſed ſolum complexionem propoſitionalem: quia in predicamentis dixi hoc conditionatum ſortes ſi eſt ſortes eſſe vniuerſale et predicamentum: immo tali complexione plura complexa ſecundum ariſtotelem in predicamentis vbi et quando habes reponere. patet conſideranti.


Conceptus de ly album eſt hoc totum ens habens albedinem. Diffinitum et diffinitio quid nominis eidem conceptui ſubordinantur. Vniuerſale ſolum complexiones diſtantem et propoſitionalem excludit.

¶ Finis huius libri.

Sequitur reductio diuiſionum ſuperius poſitarum.

Terminorum quidam

logicus: quidam phiſicus. cuiuſlibet rei extremitas dicitur terminus phiſice. Logicalium quidam vocalis: vt hec vox homo. quidam mentalis vt conceptus huius vocis vel ſcripture homo. quidam ſcriptus: vt hec ſcriptura homo. de his fo. ii. et iii. Mentalium alius vltimatus vt conceptus rei ſignificate per vocem vel ſcripturam. Alius non vltimatus quemadmodum conceptus vocis vel ſcripture. Item terminorum alius cathegoreumaticus: vt homo populus. Alius ſincathegoreumaticus: vt omnis quilibet aliquis. Item cathegoreumaticorum alius officio tantum: vt illud verbum eſt tertium adiacens. Alius ſignificatione tantum: vt obliqui caſus. Alius officio et ſignificatione ſimul: vt chimera homo animal. Item ſincathegoreumaticorum alius officio tantum et coincidit cum cathegoreumatico ſignificatione tantum. quidam ſignificatione tantum et coincidit cum cathegoreumatico officio tantum. quidam ſincathegoreumaticus officio et ſignificatione ſimul: vt omnis. Preter hos eſt terminus mixtus: vt aliquid nihil quolibet. Item terminorum quidam complexus: vt homo animal. quidam incomplexus: vt homo. Item terminorum quidam prime intentionis ſiue impoſitionis: vt homo vel animal. quidam ſecunde: vt nomen verbum terminus. de his omnibus vide fo. iiii. et v. Item terminorum alius eſt ſignificatiuus. vt homo. Alius non ſignificatiuus: vt buf. de quibus fo. viii. Item terminorum alius tranſcendens. alius non tranſcendens. Exemplum primi vt ens. Exemplum ſecundi vt homo. de his fo. viii. Item terminorum alius communis: vt homo. Alius ſingularis: vt ſortes. de his fo. ix. Item alii pertinentes: vt homo animal. Alii impertinentes: vt homo aſinus. Pertinentium alii pertinentes ſequela: alii repugnantes. Repugnantium alii ſeparati. vt homo aſinus. Alii oppoſiti. Oppoſitorum. Alii relatiui: vt pater et filius. Alii contrarii. Alii contradictorii. vt homo non homo. Pertinentium ſequela quidam ſunt conuertibiles. quidam non. Conuertibilium quidam ſecundum vnam ſignificationem tantum. vt tulius marcus. quidam ſecundum duas. vt mucro gladius. quidam ſecundum omnem. vt homo homo de his omnibus vide fo. x. et xi. Item terminorum alius abſolutus. vt homo. Alius connotatiuus. vt album. Alius abſtractus. vt albedo. Connotatiuorum quidam connotant extrinſece. quidam intrinſece. Connotatiuum quidam connotant magis. quidam connotant minus. de his vide folio. xii. et xiii. Hec omnia patent in arbore ſequenti.


Terminoꝝ alij ſunt ſuo ghe diuiſi.
Cōuertibiles ſm oēm ſigtionem.
Cōuertibiles ſm vnā ſigtionem
Cōuertibiles ſʒ duas vel tres ſig.
Terminí.
Contradictorij.
Relatiue oppoſiti.
Contrarij.
Cōuertibiles.
Nō cōuertibiles.
Oppoſiti.
Diſparati.
Terminí.
Pertinētes ſequela.
ptinētes repugnātes.
Extrinſece cōnotatiu'.
Intrinſece cōnotatiu'.
Terminus
Connotatiuus.
Abſolutus.
Terminoꝝ.
Pertinentes.
Jmptinētes.
Terminoꝝ arboꝛ

¶ Incipit ſecūdus liber magiſtri Johis maior, i q̄ tractat̄ de pūis logicalib'

Auctoritas.

Cōmuniorib' ad minus cōia p̄cedēdo inchoandū ē, vt Ariſto. teleſ in phiſico auditu exiſtiat: ꝗcirca a terminis tanꝗ̄ a cōiorib' i hac doctrīa opinionē vulgarē inſequentes exordiamur: etiam qui ignorant terminorū ſignificantias de facili paralogizantur.

Ter. pme vel ſcde intētionaliter ſūpt'.

¶ Termin' pma ſui partitiōe bifariā ſumit̄. Prime intētionaliter ⁊ ſcde. Prie intētionalr rei extremitatē importat queadmodū dicim' dan ⁊ berſabee ſūt termini iudee. Interptat̄ termin' q̄ſi terre meta. Scdo mō capit̄ ſcde intētionalr ⁊ hoc triplr. vt p̄ treu diffinitiones notū euadet. Primo ſic. Termin' ē ſignum ſigtiuū ponibile in ppōne. Scdo ſic. Terminus eſt ſignū ſignificatiuū in ppōne locabile. Tertio ſic. Terminus eſt ſignū ſignificatiue ſumptū potens eſſe extremū ppoſitionis.

Tres diffi. ter. ſcde intētionalr capti.

¶ Inter haſce acceptiōes talis depēdet ordo. Ois termin' tertio mō eſt termin' alijs duob' modis: eodē mō de ſcdo in ordine ad pmū. Ecōuerſo pticularis ē verificatio p̄ eodē. ¶ Termin' pme intētionalr capt' ē q̄ ſignt res q̄ nō ſunt ſigna lȝ nōnulli vltra h̄ ſignificēt ſigna: vt ſon' q̄litas ens. ⁊ dr̄ als p̄ie intētionis vel impōnis. Ter. ſcde intentionalr capt' ē q̄ ſoliū ſigt ſigna doctrinalia. hoc ē voces ſcripturas cōcept'. ⁊ ſunt duplex. ſ. logica. vt verū falſum affirmatiuū negatiuū ⁊ ſilēs. et nō logica: vt adiec. ſubſtātiuū ſup. appo. ⁊c. als dicit̄ ſcde intētionis vel impoſitionis. hec fabu. Contra p̄dicta.

Ecōuerſo vt aliās pmi eſt ſcdi et tertiū et aliās ſcdi eſt tertij. Additio.

¶ Ar̄ ſic. ſupi' dictū ē q̄ a termino inchoādū eſt q: cōiox. ſȝ ens ē cōius terminorergo p̄ illā rōnē ab ente inchoādū eſt.

¶ Reſpōdetur diſtinguendo. vel ens ē cōius in predicādo: ⁊ ſic cōcedit̄. vel in ſꝑſupponēdo. et ſic negatur: doctrina entis huic materie eſt impertinens.

¶ Cōtra hoc ar̄ ſic. termin' eſt cōior in ſꝑſupponēdo ergo ⁊ ens. ꝯña tenet ab inferiore ad ſupius. aſis patet ex p̄miſſis.

¶ Rn̄r diſtiguēdo q̄ ens ē cōius vel ſigtiue: ⁊ ſic ego cōcedo. materialr negat̄.

¶ Secūdo arguit̄ ad idem q: ex diffinitiōe ſeq̄ret̄ q̄ ligni extremitas nō eſſet terminus: ſed cōſequens eſt falſum ergo ⁊ aſis. Probo cōſequentiā: q: nō eſt terre meta.

Nō ois interptatio cum interptato cōuertitur.

¶ Reſpōdet̄ negādo cōſequētiam: q: nō ois interptatio cū interptato cōuertitur ledēs pedē de hannibale verificat̄ in ordine ad romanos et nō eſt lapis.

¶ Tertio ar̄ ſic. ſeq̄ret̄ p̄ iſtam diffinitionē q̄ albedo inter ſubiectū ⁊ copulam eēt termin'. Cōſequens eſt falſum. ergo et aſis. Falſitas ꝯñtis apparet. et pbo ꝯñam q: ē ſignum ponibile in ppōne q̄lȝ res mūdi ſignū dici pōt.

¶ Reſpōdet̄ negādo ꝯñam in diffinitione dicit̄ modū eſſendi ptis in toto: ſed illa tn̄ non erat incōueniēs. vt pȝ in vna hoſtia ꝯſecrata: ſed hoc nō p̄tēdebat argumentū.

¶ Quarto arguit̄ ſic. p̄ iſtā diffinitionē ſeq̄ret̄ q̄ attramētū in calamo eēt termin'. ꝯñs ē falſuȝ. ergo ⁊ aſis. pbo ꝯñam. Currēdo p̄ oēs pticulas diffinitiōis eſt ſignū ⁊ ponetur in ppoſitiōe: ergo in ea eſt ponibile.

¶ Rn̄r prio inductū argumenti tacēdo. Scdo nego q̄ ſequat̄ etiā ꝯñs inficiādo. ⁊ ad argumētū diſtinguo q̄ ē ſignū ponibile in ppōne. vel talr ſe h̄ns ſm modū quo nos vtimur. et h̄ nego. vl' p̄ ſegregationē ei' in characteres. ⁊ ſic ego ꝯcedo. Equiter argumētū eſt applicabile ad oē illud qd̄ ſculpi pōt: ſed h̄ intelligatis: q: ex ſolutiōe vob videret̄ q̄ Ariſt. extra ppōnē poſit' nō eēt termin': q: taliter ſe h̄ns nō eſt in ppōne ponibilis h̄ vos nō moueat. Prio nego illam taliter ſe h̄ns nō eſt i ppōne ponibilis queadmodū negabit̄ i caſu pncipalis argumēti ſȝ intētio erat dicere nō ē ponibile in ppōne taliter ſe h̄ns hoc ē dato iſto termio Ariſtoteles p̄ aliox terminox additionē ipo nō aliter variato ps ppōnis ptin' ouit. Secus ē de attramēto in calamo vel lagena. pbat̄ tn̄ illa ppō. Attramētū in calamo talr ſe h̄ns ē ponibile in ppōne: h̄ attramētū ē ponibile i ppōne: et h̄ attramētū ē hoc attramētū taliter ſe h̄ns. q̄ ⁊c. ex poſitorie.

Attramētū in calamo eſt ter. ſm trab. i ſup attramentū ad huc in dovenū dantis.

¶ Quīto ar̄ p̄ iſtā diffinitionē vox ab antixpo pferēda eſſet terminus. ꝯñs liq̄do eſt falſum. Probo ꝯñam pp̄ter ampliationē hui' termini ponibilis. Rn̄det̄ negādo q̄ ſequatur ponibile nō ampliat de materiali: ſed de formali queadmodū paſſiōes exiſtes in bile.

Paſſiones in bile ſolū āpliant ꝯ formalis.

¶ Sexto ar̄. tria mēbra diuiſiōis coincidūt. q̄ diuiſio nulla. pbat̄ aſis. hō eſt termin' trib' modis. Rn̄r nō coincidūt cōuertibiliter nec quo ad rōnes. Termin' ſolet ſic diffiniri. Termin' ē ps ppinqua ppōnis.

¶ Contra quā diffinitionē ar̄ ſic: q: p̄ eā termin' extra ppōnē nō eēt termin'. ꝯñs ē falſum. ergo et aſis. Probo ꝯñam. nō ē ps ppōnis: ergo nō eſt ps ppinqua ppōnis a ſuperiori ad infer' negatiue cū diſtributiōe ſupioris.

¶ Rn̄r. frequēter in vſu venit q̄ v̄ba i diffinitiōib' inſerta aptitudinē ⁊ nō actū importāt h̄ tibi exēplo erit manifeſtū. Dicim' de milone dormiēte. Milo cōedit vnū bouē in vno prādio. Milo impetu ſue frōt rupit vnū funē. ⁊ in hyeme dicim'. Iſte apes mellificāt qd̄ extra tp̄s rōis nō cōtingit. Forte petis documētū ad cognoſcēdū q̄n termi actūāmportāt et q̄n aptitudinē. Rn̄det̄ regla neq̄t dari: ſed ſermōes ſunt accipiendi ſm materiā ſubiectam.

Verba in diffinitionib' ſepe aptitudinē importāt.

Milo.

Sermōes ſunt capiēdi ſm materiā ſubiectam.

¶ Scdo ar̄. q: p̄ illā diffinitionē Aaron habuit vnā barbā: p̄dicatū illi' ppōis eēt termin'. ꝯñs ē falſū. imo ē termi. pbo ꝯñaȝ q: ē ps ppinq̄ illi' ppōnis. ps collectiue capit̄. et pȝ de pte exercit'. capit̄ diuiſiue: vt pȝ de pte cōtinui. ergo demōſtratis duob' terminis vex eſt dicere. iſti ſunt pars ppinqua ppōnis.

¶ Rn̄r diffinitioneȝ ſuſtinēdo q̄ p̄ partē ppinquā vn' ſimplex termin' intelligit̄ vel cōcedat̄: quia eſt terminus cōplexus.

¶ Tertio arḡ ſic. qꝛ ꝑ illaȝ diffinitionē an: in hoc carmine. Ante mare ꝛ terras ꝛ qḋ regit oīa celū. eēt termin᷒. ꝛ ſilr te in ante ꝛ in regit. ꝯñs ē falſum. igiṫ. patet ꝯña eſt ꝑs propinqua ꝓpoſitionis. Pro quo argumento.

Pars ꝓpoſitionis ꝓpinqua remota ꝛ remotiſſima.

¶ Notādū eſt ꝙ triplex eſt ꝑs ꝓpōnis. vna ꝓpinqua: vt dictio. alia remota: vt vox. alia remotiſſima: vt lr̄a inquantū hmōi. ex quo pꝫ ꝙ an ꝛ te in carmine ꝑfato nō ſunt ꝑtes ꝓpinque ꝓpōnis: ſed remote. nōnunꝙ̄ vna lr̄a eſt ꝑs ꝓpinqua: vtputa vocalis. vt. a. ꝛ. e. ꝓpōnes id ē in ſcḋa ꝑſona de eo is. ¶ Pꝛīa diuiſio ter.

¶ Viſa qdditate termini eueſtigio in ei᷒ ꝑtes diuidēdas deſcēdamus. Terminorū quidā vocalis. qdā ſcript᷒. Termin᷒ vocalis eſt termin᷒ q̄ ab auditu corporali ꝑcipi pōt: non obſtat ſiue vox fuerit ab hoīe imediate vel mediate: vt in fiſtula: vel angelo in Aue gr̄a plena: vel a quouis alio aīali. vt patuit de aſino balaā.

Angelus ꝛ aſinus balaā terminū ꝓtulerunt.

Termin᷒ ſcript᷒ eſt termin᷒ q̄ oculo corꝑali ꝑcipi pōt ſub q̄ termini inſculpti ꝛ impſſi ꝛ huiuſcemodi ꝯꝑhēdunṫ. Termin᷒ mētalis ē animi ꝯcept᷒.

¶ Cōtra iſtā diuiſionē arguiṫ Nullus termin᷒ l vocalē mētalē vel ſcriptū diuidiṫ: ḡ diuiſio mala. ꝓbo añs. qꝛ nec termin᷒ vocalis diuidiṫ nec mētalis nec ſcript᷒. Alioq̄n idem eſſet diuiſum ꝛ membrū diuidens. Huius argumēti ſolutionē ad ꝑores terminos remitto.

¶ Scḋo arguiṫ. termin᷒ diuiditur: ergo in ei᷒ ꝑtes ſciūgiṫ. Cōſequēs ē falſū ergo ꝛ añs. ꝓbo ꝯñam ex terminis. Reſpondeṫ diſtinguēdo añs vel ꝑme intētionalr̄. ꝛ ſic nego. Cōſequētia nō valet in mēbro cōceſſo diuiſionē realē logicalis ꝑtitio imitaṫ qñ vnū integrū rūpitur in ꝑtes ille ꝑtes ante totū cōſtituebāt: ſic membra diuidētia totū ambitū diuiſi euacuāt. et iſtō omnifariā in vſu eſt ꝙ termini ſcḋe ſignificationis ſunt ſimꝰ terminoꝝ prime.

Ter. ſcḋe ſignificationis ſūt ſimꝰ ter. prime

¶ Tertio arḡ. ſi de᷒ caperet conceptum quē ego habeo de ſorte et poneret in lapide iā ille ē terminus ꝛ nō mētalis: qꝛ nō eſt in mente: nec vocalis: nec ſcriptus: vt palam eſt. ꝙ ſit terminus patet: qꝛ eſt naturalis ſimilitudo rei cui᷒ ante erat: ergo ē terminus vt antea.

¶ Et confirmaṫ ſi ille cōcept᷒ ponereṫ in aīa in qua ꝑus erat inciperet eē termin᷒: ergo aptitudo actualis repñtatiōis ad terminū ſufficit: vt pꝫ de termino ſcripto in libro clauſo: ꝛ vocali in media regione aeris.

Cōcept᷒ i lapide eſt ter. mētalis.

¶ Rñr concedēdo ꝙ eſt terminus etiā ē mētalis nec req̄riṫ ꝙ actualr̄ ſit l mēte: ſꝫ ſufficit ꝙ ſit eiuſdē nature cū termino mētali. Si dicas nō eſt noticia: qꝛ ſubiectū ei᷒ ꝑ illā qualitatē nihil cognoſcit. Reſpōdeṫ ꝙ hoc ē verꝫ actu aptitudine negatur: nec michi in aliīs terminis aduerſoꝛ poſtꝙ̄ ad contradictionē req̄riṫ eadē diſputatio. Ex quo ſeq̄tur ꝙ termin᷒ mētalis ē eſſentialr̄ ꝛ intrinſece termin᷒ mētalis.

¶ Contra hoc arḡ ſic. termin᷒ ſcṗt᷒ ē accidētalr̄ ꝛ extriſece ſcript᷒: ḡ et mētalis. Rurſus ex ſolutiōe ſeq̄ṫ ꝙ termin᷒ vocalis eſſet termin᷒ mētalis: ſed h̄ ē falſum: ergo male dictū eſt. Probo cōſequentiā. qꝛ terminus vocalis poteſt poni in mēte ꝑ potentiā abſolutā dei.

¶ Rñr concedēdo añs. qꝛ hoc qḋ nūc eſt terminus ſcript᷒ pōt deſinere eſſe terminus ſcript᷒ queadmodū pōt incipere. Non eſt rōni cōſentaneū ꝙ attramētū in calamo dicaṫ terminus ſcript᷒: qꝛ petatur an eſt termin᷒ ꝑme intentiōis vl̄ ſcḋe. Et ita de aliīs ſpeciebꝰ terminorū: ꝫ cauillatoꝛ poteſt ſuſtinere: ꝛ nego ꝯñam argumētū a ſili freq̄nter ꝗrto pede claudicat.

Oppoſitū tenet crab in termi.

Argumentum a ſili claudicat ꝗrto pede

¶ Ad aliud nego ſeq̄lā. tū primo accñs corporeū ꝑ nullā potētiā l ſubiecto impartibili locari pōt: vt cōiter exiſtimāt doctores. Tū ſcḋo. dato ꝙ pōt aīe inherere non ſeq̄ṫ ꝙ eſt apt᷒ nat᷒. ſicut pōt moueri ſurſū: ꝛ tñ nō ē aptuꝫ natū. Si q̄s velit tenere oppoſitū dicat ꝙ noticia quā ego hēo ḋ ſorte ſi ponaṫ l lapide nō ē termin᷒: vl̄ ꝙ dato ꝙ ponaṫ l aīa illa albedo nō eēt termin᷒ mētalis: qꝛ nō ſignet naturalr̄ ꝓprie.

Accñs corporeū per nullā potētia l ſubiecto ipartibili locari poteſt.

¶ Arḡ cōtra hoc vbi dicitꝙ termin᷒ mentalis eſt in lapide. ꝛ hoc ſic. terminus mentalis eſt indiuiſibilis extenſiue: ergo req̄rit tale ſubiectū adequatū: ſed nulla ꝑs lapidis eſt indiuiſibilis: ergo in lapide ſtabiliri neq̄t.

¶ Reſpōdeṫ cōcedēdo. ꝙ ille ter. mētalis ē indiuiſibilis ſaltē extēſiue. ſꝫ ꝯña eſt nulla. dico ꝙ iplicat ꝙ ſit i lapide ꝛ nō in pluribꝰ ꝑtibꝰ ei᷒ queadmodū ē de aīa itellectiua reſpectu corꝑis informati: ꝛ āgeli reſpectu ſui loci.

¶ Quarto arguiṫ ſic. membra diuidētia excedūt diuiſuꝫ: ḡ diuiſio nulla. añs pꝫ Johānes baptiſta erat vox ꝛ nō fuit vox nō termin᷒: ergo fuit ter. vocalis. ꝛ tñ nō erat termin᷒ vt notū ē. igiṫ ꝙ iohānes fuerit vox ꝓbaṫ marci j. Ego vox clamātis in deſerto. igitur ꝛc.

¶ Rñr negādo añs. ꝛ ad ꝓbationē iohānes erat vox. diſtiguo: vel capiēdo illā ꝓpōnē ꝑ ſenſu quē facit nō habēdo reſpectuꝫ ad ꝓpōnes ꝑcedētes ꝛ ſequētes ꝛ ſic ipſa ē falſa. vel capiēdo eaꝫ in ſenſu intēto a ſpūſctō q̄ ex ꝓceſſu a lr̄a cognoſcaṫ. ꝛ ſic illa eſt ꝟa. anteꝙ̄ ꝟbum cognoſcaṫ opꝫ ꝙ vox audiaṫ. ſed de᷒ erat ꝟbum. vt pꝫ Johānis. j. c. ꝛ Johānes baptiſta erat ei᷒ nūcius: ergo accōmodatiſſime dicebaṫ vox.

Intellect᷒ huius ego vox clamātis in deſerto.

¶ Quinto arḡ ſic. nullus eſt termin᷒ vocalis: ergo diuiſio ꝑſupponit falſuꝫ. ꝓbaṫ añs. Aſſumpto iſto termio dñs qñ ꝑma ſyllaba ſcꝫ do eſt: alie due ſyllabe nō ſūt: ꝛ qñ vltia ſylla eſt due ꝑme nō ſūt ꝛ nullū ē totū ſine ſuis ꝑtibꝰ: ergo nūꝙ̄ iſte termin᷒ vocalis dñs ē. ꝛ eadē ē rō de aliīs terminis vocalibꝰ: ergo nūꝙ̄ aliq̄s termin᷒ vocalis eſt qḋ erat ꝑmū aſſumptū.

Qḋ ſemel dictū ē amplꝰ reſumi nō poteſt.

¶ Reſpōdetur negādo añs. et ad ꝓbationē cōcediṫ ꝙ i tꝑe adequate ꝓlatiōis ꝑme ſyllabe due ſcḋe nō ſunt: ſed nō ꝓptera ſeq̄ṫ ꝙ in nullo tꝑe ꝑſenti termin᷒ vocalis ē: imo eſt in tꝑe toti ꝓlatiōi reſpōdēti pōt fieri argumētū de termino cui᷒ vna ꝑs ē vocalis ꝛ altera ſcripta forte dicit nō ē bona ꝯnexio reſpectu vni᷒ termi. Cōtra. h̄ nō euacuat argutū. de termio cōplexo cui᷒ vna ꝑs ē vocalis ꝛ altera ſcṗta. ꝓptera ſupadaṫ ꝗrtū mēbrū. ſ. termin᷒ mixt᷒. Preterea illa res q̄ eſt de᷒ videṫ eē termin᷒ ꝛ ſub nullo mēbroꝝ cōtineri. di ꝙ termini mētalis naturā inuoluit.

De᷒ ihc termini mentalis naturā inuoluit

¶ Sequitur ſcḋa diuiſio terminoꝝ.

¶ Terminoꝝ qdā cathegoreumatic⁹: qdā ſincathegoreumatic⁹ mixt⁹. ⁊ cathegoreumaticoꝝ qdā termin⁹ cathegoreumaticus officio tm̄: qdā cathegoreumatic⁹ ſignificatiōe tm̄: qdā cathegoreumatic⁹ officio ⁊ ſignificatiōe ſil'. Officiū habere ī ppōne ē poſſe eſſe ſuppoſitū vel appoſitū. Per appoſitū ꝟbū itelligas: vt hō ē aīal. Subiectū ⁊ copula habēt officia: ſed nō pdicatū actu. Termin⁹ ſincathegoreumatic⁹ totidē diuidit̃ caſdē denolationes vſurpādo ꝑ additionē ſyllabe.

Officium habere in ppoſitiōe ē poſſe eē ſuppoſitū vel appoſitum.

Sincathegoreuma officio tm̄ ē termin⁹ hñs officiū ī ppōne ⁊ nullā rē vl' res ſignificās. Exēplū vt plato ē diſputās ptȝ ibi de copula. Cathegoreuma ſignificatiōe tm̄ ē termin⁹ aliqd vl' aliq̄ ſignificās nō hñs officiū in ppōne: vt hoꝝ terminoꝝ obliq̄ caſus hō ppls. Tales termini n̄ oreddunt ſuppoſitū ꝟbo ſignificatiue ſumpti. Cathegoreuma officio ⁊ ſignificatiōe ſil' ē termin⁹ aliqd vl' aliq̄ ſignificās ⁊ hñs officiū in ppōne: vt ſubiectū hui⁹ frōs lata ſtolidū ſigt. Sincathegoreuma officio tm̄ coincidit cū cathegoreumate ſignificatiōe tm̄. Sincathegoreuma ſignificatiōe tm̄ cū cathegoreumate officio tm̄ coincidit. Sincathegoreuma officio ⁊ ſignificatiōe ſil' ē termin⁹ nō hñs officiū in ppōne nihil nec aliq̄ ſignificās: vt ois nō ē vl'e: ſȝ vniuerſalit' ſignificat inq̄t Ariſtoteles. ⁊ lȝ nihil nec aliq̄ ſignificet. facit tm̄ terminū cathegoreumaticū cui adiūgit̃ aliter ⁊ aliter accipi: vt ꝑ has duas ppōnes enūciat̃. Elephātes ḡnerāt̃ in idia: ⁊ oēs elephātes generāt̃ in india. ⁊ dr̄ a ſin grece qḋ ē cū latie q̄ſi cū cathegoreumate ſil' ſignificās. Accipe analogiā in cifra q̄ multiuariat alias figuras ſequētes quo ad nūerū q̄q̄ reſpectu ſui nihil ſigt. Ex his ptȝ q̄ mēbra aduerſant̃ q̄ꝟo nō. inſup aduerte ꝙ cathegoreuma officio tm̄ apud artiſtas nō reputat̃ cathegoreuma ſimpliciter: ſed bene cathegoreuma ſignificatione tm̄. cathegoreuma et ſincathegoreuma cū eiſdē denolationib⁹ repugnāt.

Sincathego. officio. Cathegoreuma officio et ſignificatione. Sincathego. officio ⁊ ſignificatione.

¶ Cōtra dicta ar̄ ſic. Cathegoreuma officio tm̄ ē cathegoreuma ſimpl'r: ḡ male dictū eſt pbat̃ aſſumptū ē cathegoreuma officio tm̄: ḡ eſt cathegoreuma. tenet cōſequētia ab īferiore ad ſuperi⁹: ⁊a mēbro diuidēte ad diuiſuȝ.

An. Co. Iter. Analogus eſt terminus q̄ ſignificat aliqd ꝑ pri⁹: ⁊ aliqd ꝑ poſteri⁹.

¶ Rñdet̃ negādo añs. ⁊ ad ꝓbationē negat̃ ꝯña: nō arguit̃ ab inferiore ad ſuperi⁹: ſȝ a dicto ſm qd ad dictū ſimpl'r quēadmodū dicim⁹ nō ſeq̄tur ſortes ē alb⁹ ſm dētes: ḡ ſortes ē alb⁹. Probatio ſcḋa ē inutilis: q2 diuiſuȝ in diuiſiōe analogi nō verificat̃ de mēbro min⁹ pncipali ſi petas rōnē q̄re cathegoreuma ſignificatiōe tm̄ eſt cathegoreuma ſimpliciter ⁊ nō officio tm̄. reſpōdet̃ a poſteriori cū oṙit̃ ab artiſtarū ꝯſuetudine q̄ ppterea emanauit: q2 raro de cathegoreumate officio tm̄ loquūt̃: ſȝ de terminoꝝ ſignificationibus nō eſt multū inſiſtēdū. Pōt eē argumētuȝ de illo termino ſetās an ſit cathegoreuma ī hac cū ſ. tō ſetās erit cū hñ ſubſtātiuat̃ in maſculino genere poſtq̄ certū ſubſtātiuū dat intelligere et nō alb⁹ ſil'r regule refert ⁊c. ſed hec peruia ſunt.

Utrū adiectiua ſubſtātiuata ſint cathegoreumata.

¶ Scḋo ar̄. diſputat in hac ppōne. plato diſputat ē termin⁹ ⁊ nec cathegoreumatic⁹ nec ſincathegoreumatic⁹: ḡ diuiſio mala. Probatiōe añtis p̄tit̃ q̄s termin⁹ ē. Reſpōdet̃ ſi ꝟba adiectiua teneāt̃ incōplexa ē cathegoreuma officio ⁊ ſignificatiōe ſimul. ſi teneāt̃ cōplexa ē termin⁹ mixt⁹ ſed nota ꝙ mixtuȝ eq̄uoce capiat̃ in terminis aīal hō in hac diuiſione nō eſt termin⁹ mixt⁹: q2 nō miſcet̃ ex cathegoreumate et ſincathegoreumate. ſȝ in diuiſione termini in cōplexū ⁊ incōplexū vocat̃ termin⁹ mixt⁹ hō ē cathegoreuma officio. ſȝ nō ē cathegoreuma officio tm̄. ſȝ circa h' pōt eē argumētū poſtq̄ ppō de excluſo extrema ſue placēti equalet: ſȝ vt ſufficiat ī ppoſito dȝ ſic expōi. Cathegoreuma ſignificatiōe ⁊ officio

De ꝟbis ppſuis pticipiis poſitis Mixtū in ter. capit̃ equiuoce.

¶ Tertia diuiſio.

¶ Seq̄t̃ diuiſio. Terminoꝝ qdā cōplexus: qdā incōplex⁹. Termin⁹ incōplexus eſt ꝯcept⁹ ſimplex vel aliqd ei ſubordinatū. Termin⁹ cōplexus eſt ꝯcept⁹ mixt⁹ vel aliqd ei ſubordinatū. Nota ad h' ꝙ aliq̄s termin⁹ dicat̃ cōplex⁹ opȝ iter ptes eē debitā vnionē: vt aīal hō: hō alb⁹ currēs velociter: ⁊ ſic de talib⁹. Quocirca hō aīal hō aſin⁹ nō ſunt termini cōplexi quāq̄ hō exiſtens aſin⁹ eſt termin⁹ cōplexus: hō exiſtēs aīal non eſt terminus.

Ad ter. eē complexū qd requiritur.

¶ Quarta diuiſio.

¶ Preterea terminoꝝ cōplexoꝝ qdā ē cōplex⁹ cōplexiōe diſtāte: vt qñ vn⁹ termin⁹ iter duos iterſerit̃: vt hō vel aſin⁹ ſortes ſi ē plato. Termin⁹ cōplex⁹ cōplexiōe indiſtāte ē qñ extrema per meduȝ nō diſtant: vt homo albus.

Termi. cōplexus cōplexione diſtante.

¶ Cōtra iſtā diuiſionē arguit̃ ſic. quilibet termin⁹ habet partes ex quibus cōponitur; ergo quilibet eſt complexus.

¶ Reſpōdet̃ ꝑ ppōnes. Pria quilibet terminus ſiue mentalis ſiue vocalis eſt compoſitus. patet inductiue.

¶ Secunda ppoſitio. nō eſt propterea conſequens ꝙ quilibet ſit complexus loquendo vt plures.

¶ Tertia ppō. termin⁹ ad placitū ſignificās eo ē cōplex⁹: q2 ptib⁹ diuerſarū rōnū ſubordinat̃: ⁊ ꝑ locū a cōtrario ſenſu termin⁹ ad placitū ſignificās eo eſt incōplexus: quia conceptui eiuſdem rationis ſubordinatur.

Termi. ad placitū ſignificat q̄ modo ſit cōplexus ⁊ q̄ño incōplexus.

¶ Cōtra hoc ar̄ ſic. ſeq̄ret̃ ꝙ cōceptus nō vltimatus huius vocis aīal eſſet cōplexus Cōſequēs eſt falſum vt notū eſt. igit̃. ⁊ ꝓbo cōſequētiam: quia partes ſunt diuerſarū rōnū ⁊ ſpecie differentes. Et confirmatur: quia per ſolutionem homo geminatum dicendo ſic hō hō erit terminus incōplexus: q2 vtriuſq̄ vocis cōceptus vltimat⁹ oīno cōponit̃ ex ptib⁹ equalibus.

¶ Ad primū reſpōdet̃ ꝙ argumētū eſt nullū poſtq̄ cōcept⁹ nō vltimat⁹ ſignificat ad placitū. Ad cōfirmationē cōcedit̃ ꝙ hō geminatū eſt termin⁹ incōplex⁹. Sed ſi diceret̃ hō hō eſt: ē dubitādū poſtq̄ eſt ppoſitio ⁊ inter terminos ſinonimos aliqd iterſerit̃ formal'r vl' eq̄ualēter pura ip̄a copula: ſȝ vtrobiq̄ duo termini ſinonimi circūſcripta copula ſunt termin⁹ icōplexus. Ex qua ſolutione ſequitur ꝙ viginti termini ſinonimi ſunt terminus incomplexus: an geminatio eiuſdē de eadē locutiōe impropriā reddat nō inſiſto: q2 hoc nō eniceratt difficultatem.

Utrū termini ſinonimi ſunt ter. incōplexi.

¶ Cōtra hoc arguit̃. captis viginti terminis ſinonimis arguitur ſic. Hec ſunt viginti termini quoꝝ quilibet eſt ſignificatiuus ergo tota multitudo eſt terminus complexus.

¶ Et confirmatur homo homo pꝛe eſt terminus incōplexus ꝛ cōceptui ſimplici ſubordinatꝰ. Addatur copula eſt: iā erit ꝓpoſitio: et p ꝯñs aliqua ꝓpoſitio ṗaſe ex duobus terminis cōponitur. vel duo termini ſinonimi nō ſunt terminꝰ icōplexus ꝑmū iplicat: ergo dabis ſecūdū.

¶ Rñdetur cōcedēdo antecedēs ꝛ negādo ꝯſequentiā oportet plus ſumere in antecedēte puta ꝙ nō ſunt ſinonimi.

¶ Ad ꝯfirmationē q̄ ꝓteruioꝛ eſt rñdet ꝙ nō addit copula niſi includat trāſcēdēs cū eſt: q2 nō eſt copula de q̄ nūc loquoꝛ niſi in ꝓpoſitiōe. Simile argumētū pōt fieri capta hac hō ē aial. vel intellectꝰ pōt reſcindere p̄dicatū tenēdo verbū vel ſubiectū in aīa nullū terminum aliū actualē habēdo vel nō. ſcōm videt eē cōtra libertatē voluntatis et potentiam intellectus.

¶ Rñdetur duplicit. Pꝛio dico ꝙ nō ē poſſibile habere ꝯceptū ſubiecti ꝛ actū copule abſq ꝯceptu p̄dicati: ſ3 illaꝝ reꝝ q̄ nūc ſunt extrema ꝯceptus p̄t hr̄e ſine copula: ſ3 tūc non erūt ſubiectū ꝛ p̄dicatū: ſ3 neq actū copule nec illius rei q̄ ē copula p̄t hr̄e ſine extremis. ꝛ iſtō q̄drat cū dicto ariſtotelis pꝛio ꝑyarmenias caplo de ꝟbo. q̄ ꝟbū ē: ſi purū dixeris ipm q̄dē nihil eſt cōſigt: quādā ꝯpoſitionē quā ſiñ extremis nō ē intelligere q̄ ē actꝰ ꝟbi nō pōt eē ſine extremis. ſcūdo dico ꝙ ſic ꝛ ꝯcedo ꝙ ē aliū mētalis ꝓpō ſine p̄dicato ꝛ ſufficit ꝙ ſit p̄dicatū equalēs. et ꝯſter dico ꝙ ſubiectū nō dr̄ relatiue ad p̄dicatū in foꝛma: ſ3 ad p̄dicatū equiualēs hn̄ itelligēti nō dꝫ eē extraneū ꝙ idē actus eſt copula ꝛ predicatū quēadmodū aliq̄ habēt dicere de verbis adiectiuis.

Conceptꝰ ſubiecti nō poteſt hr̄i ſine cōceptu p̄dicati rei tñ ſubiecti ſine ꝯceptu rei p̄dicati cōceptus haberi poteſt.

Actus verbi nō pōt eē ſine extremis.

¶ Tertio ſeqt̄ ꝙ alicuiꝰ ꝓpōnis p̄dicatū nihil nec aliū ſigt̄ q̄ ex ſola ꝓpōne ꝓcedēte ſeqt̄ cū oībꝰ iſtis ſtat: imo ſeqt̄ ꝙ hō vel hō eſt terminꝰ cōplexꝰ. Ex ſcōa ſolutiōe ſeqt̄ q̄ñ intellectꝰ hꝫ cōceptū termini geminati vt hō hō ꝑ additionē ē ꝑtinꝰ ꝓpoſitio ſine addito emergit. Me mouit dicere duos terminos ſinonimos facere terminum incōplexū: q2 ſunt duo accidētia eiuſdē rōnis i eodē ſubiecto adeq̄to: q̄ ſeſe itēdūt ꝛ vnā foꝛmā conſtituūt ꝑ p̄bm. v. methaphiſice.

Duo accidētia i eodē ſubiecto adeq̄to ſeſe intēdunt: et vnam foꝛmā conſtituunt.

¶ Cōtra hoc ar̄. poſito ꝙ habeā noticiā ituitiuā ſoꝛtis ꝛ poſtea habeā vnā abſtractiuā d̄ eodē iā iſte due noticie ſunt diuerſaꝝ rōnū. q̄ nō ſe foꝛmalr̄ intēdūt ꝛ ꝑ ꝯñs duo termini ſinonimi ſine addito ſunt terminꝰ cōplexus.

¶ Rñdetur q̄cq̄d ſit argumētum nō ꝯcedit cōtra intētionē ſolutionis: ꝓpterea ē ſophiſma ad intētionem. ſolitum argumētum contra intentionem procedere debet ꝛ nō cōtra ꝟba: vt patet. ꝑ. q. ꝑ. marchio. Scōo principalr̄.

Solidum argumētū cōtra intētionē ꝛ nō cōtra ꝟba debet ꝓcedere.

¶ Arguit ad idē. nullꝰ ē terminus incōplexꝰ: q̄ diuiſio ꝓſupponit falſū. Probatur añs de illo termino ſocrates q2 partiis eſt rō in oībus ꝑs illiꝰ termini eſt terminꝰ qō p3 abſciſſa ꝑte littere reſiduū eſt terminus: ꝛ ꝑ conſequens ꝑs termini erit terminus ſcriptus. ꝛ ſi illa de futuro ſit vera vna de ineſſe erit. ſ. ꝑs termini eſt terminus: ꝛ oīs multitudo terminoꝝ ſinonimoꝝ eſt terminus cōplexus idē patet de cōceptu vltimato ſocrates quelibet ꝑs eius ſocratē ſignificat. et eodē modo de vocali deduci poteſt et per partes intenſiuas et extenſiuas.

¶ Rñdetur negando añs. Et ad probationem pono propoſitiones. quattuoꝛ.

¶ Pꝛima eſt. ꝑs termini ſcripti erit terminus. patet in caſu argumenti.

¶ Scōa propoſitio ex hac ſequēs ē. pars termini erit terminꝰ ſꝫ d̄ icōplexo loquoꝛ extra ſinonimitatē. Alioquin nulla eſſet difficultas.

Superiꝰ dictū eſt ꝙ ſoꝛtes ꝙ rex vt ē ꝑs eius nō ſignificat regem.

¶ Tertia propoſitio non propterea ſequitur ꝙ pars termini eſt terminus.

¶ Quarta ꝓpoſitio. De ineſſe huius. pars termini erit terminꝰ eſt hec hoc eſt terminus et illud eſt verum.

¶ Ad ꝯfirmationē pono ꝓpōnes. Pꝛia ē. Quelꝫ ꝑs cōceptꝰ ſocratis totalē ſocratē repreſentat. probat hec ꝓpō. q̄lꝫ ꝑs illiꝰ ꝯceptꝰ eſt eiuſdē ſp̄ei ſpecialiſſime cū toto: ergo idem repreſentat cū toto. iſta ꝯña tenet idē inq̄ātū idē ſemꝑ natū eſt facere idē ſed ſi eſſet idēptitas ſpecifica in diuerſis obiectis hoc non opoꝛtet.

¶ Quinta ꝓpoſitio. Pars remiſſa illius cōceptus remiſſe ſoꝛtem repreſentat et intenſa intenſe. Rationabilitas huiꝰ ꝓpōnis patet de caloꝛe intēſo ꝛ remiſſo calefacientibus.

¶ Sexta ꝓpoſitio. iſtō nō cōtingit i terminis ad placitū iſtitutis: ſꝫ dubietas nō modica eſt de ꝯceptu ſocratis. Socrates habet infinitas partes propoꝛtionales eiuſdē ſpēe et: ergo totidē erūt cōceptꝰ et ex cōſequēti videt ꝙ ſocratis conceptus eſſet infinitus intenſiue. hoc alibi diſcuſſū habes ſcilicet in poſterioribꝰ.

¶ Septia ꝓpoſitio. nō q̄lꝫ ꝑs conceptus eſt terminus: immo q̄lꝫ ꝑs illius cōceptꝰ nō eſt terminꝰ cū actu ſit ꝑs termi ſimplicis.

¶ Tertio ar̄. Nullꝰ eſt terminus ꝯplexꝰ: q̄ itē diuiſio falſū ſupponit. Probatur añs. Nullus eſt terminꝰ mētalis cōplexꝰ: ergo nullꝰ eſt terminꝰ cōplexus. Cōſequētia ē hōa quāꝙ arguat ab iferioꝛe ad ſuperiꝰ cū diſtributione ſuperioꝛis: eo ꝙ terminꝰ ad placitū ſigtiuꝰ a termīo mētali ꝯplexionē accipit. Probat aſſumptū. Nullū cōplexū eſt indiuiſibile aīa eſt indiuiſibilis: ergo nullū diuiſibile poſſet ei inherere.

¶ Rñdetur negādo añs ꝛ diſtinguat illa ꝓpoſitio nullū diuiſibile poſſet indiuiſibili inherere vel diuiſibile extēſum: ꝛ ſic cōcedītur. vel intēſum: negat illud vocat diuiſibile extēſum quod partes habet loco et ſitu diſtantes.

Diuiſibile extenſum ꝛ intēſum

¶ Quarto ar̄. ſeq̄ret ex dictis ꝙ viroꝝ eſſet terminus cōplexus. Cōſequēs eſt falſum: ergo ꝛ añs. Et probo cōſequētiā. Omne aggregatū ex termino cathegoreumatico ꝛ ſincathegoreumatico eſt terminus cōplexus viroꝝ ē hmōi: q̄ ē terminꝰ cōplexꝰ. Cōſequētia tꝫ cū maioꝛe declarat minoꝛ viroꝝ ē ex ſincathegoreumate officio ꝛ cathegoreumate ſigtiōe copulatim.

¶ Rñdetur cōceſſis ꝯña cū maiore. Negat minoꝛ cū ꝯñte. Ad hoc ꝙ terminꝰ dicat mixtꝰ opꝫ qō componatur ex cathegoreumate ꝛ ſincathegoreumate ſignificatiōe: vel ex cathego

Ad termini mixtū q̄d req̄rit.

reumatico officio et ſignificati ſe: et ſic et ſinca thegoreumatice. Exēpluʒ primi. vt hō eſt in hac. hō e t aial. Exemplū ſecūdi: vt omnis hō.

¶ Quito arguit. diffinitio termini incōplexi nō conuenit cuilibet cōtēto ſub diffinito: ergo diffinitio ē mala. Cōſequētia tenet p vnā cōditionē bone diffinitiōis. pbat añs non conuenit huic ſincathegoreumati cuilibet poſtq̄ ſubordinat actui ꝛ nō cōceptui. Rñdet q̄ iſte terminꝰ cōceptus apud artiſtas bifariā ſumit. Uno mō extēſo termino et ſic quēlibet terminū mentalē ſignificat et ſic actꝰ eſt cōceptus. Scđo mō capit ꝓprie prout diſtinguit cōtra actū. Primo modo capit in diffinitiōe prefata.

¶ Sexto arguit. imponatur hoc aggregatū hō animal ad ſignificandū adequate cū hoc termino ſortes iam illud aggregatū eſt terminus incōplexus: vt patet per ſinonimū eius ſortes. incōueniens eīn eſt fateri duos terminos ſinonimos quoꝝ vnus eſt cōplexus: ꝛ alter incōplexus ſi dicas eē terminū incōplexū.

¶ Cōtra hoc arguitur. homo ſubordinatur vni conceptui et animal alteri: et illi non ſunt ſinonimi: ergo illud aggregatū eſt terminus complexus.

¶ Reſpōdet q̄ i illo caſu illud aggregatū homo eſt animal: eſt terminus incōplexus. ſed ſi partiales termini nō fuiſſent ante impoſiti nullo pacto fuiſſent ſubordinati conceptibus. et accipe analogiā ex duobus terminis grecis impoſitis ad inſtar huiꝰ termini homo.

¶ Contra hoc arguit ſic. Iſti duo termini non ſunt ſignificatiui ꝛ iſti duo termini ſunt iſtud aggregatū ergo iſtud aggregatū nō eſt ſigtiuū. ꝯña ē bona et ꝯcluſio falſa: ergo aliq̄ ꝑmiſſarū et nō minor nominaliʒādo: ergo maior: ergo ſua cōtradictoria eſt vera ſi ſit: et ꝑ ꝯſequēs ſi aggregatū pluriū terminoꝝ imponatur eius partes imponere neceſſe eſt.

¶ Et cōfirmetur apparētius Remaneant ſignificatiōes partiales ꝛ imponatur totū cōpoſitum ſinonime cum hoc termino ſortes: caſus eſt poſſibilis poſtq̄ ſignificatio totius a cuiuſlibet ꝑtis ſignificatiōe differt.

¶ Rñdet q̄ ꝯña eſt paralogiſmus: ꝛ male ꝯcludit. debes eīn ſic inferre hoc aggregatū nō eſt termini ſignificatiui: et illa cōcluſio nō eſt falſa ad intentionē caſus argumenti. Ad ꝯfirmationē materiā prius tāgendo iſte terminus ſignificatio quēadmodū reliqua v̄balia in io deſinētia trifariā accipi ſolet. Significatio paſſiue eſt res ſignificata. Actiue ē terminus ſignificās: ꝛ ſic capimus et nō primo modo nec abſtractiue. Tūc reſpōdet q̄ illud aggregatū eſt terminus incōplexus et cōcedo q̄ ꝑtes eius ſubordināntur pluribus cōceptibus non ſinonimis. nec ex illo eſt cōſequēs q̄ aggregatū eſt terminꝰ cōplexus: ſed opꝫ plus addere in añcedente: ſcilꝫ hāc ꝓpoſitionē ſignificatio totiꝰ a partiū ſignificatiōe differt modo eſt hoc falſum in illo caſu.

¶ Septio arguit. aial hō nō eſt orō. ergo male dictū eſt q̄ ſit terminꝰ cōplexꝰ Cōſequētia tenet. q2 orō et terminꝰ cōplexꝰ conuertuntur. pbat añs. Semp loco diffiniti licꝫ ponere diffinitionē eius. tollat iſte terminus hō ꝛ ponat aial rōnale ſuo in loco iſta eſt inepta aial rōnale: ergo et altera animal homo.

¶ Preterea aial hō: eſt terminus ꝯplexꝰ. q2 hō aial. tenet ꝯña ꝑ regulam pōi. Nō ꝛ et verba tranſpoſita idē ſignificāt.

¶ Rñdet negādo añs. et negatur q̄ ſp loco diffiniti liceat ponere diffinitionē eius primo in ſuppoſitiōe materiali: hoc nō eſt verū: etiā oportet locutiōis aptitudinē ſeruare. Ad aliud eodē mō reſpōdet in caſibus ſuperiꝰ inferius ſequit cū vtrobiq̄ ꝑſupponant: ſecꝰ eſt de inferiori ad ſuperiꝰ ſequēti cū eū reſtringat. — Non ſemp loco diffiniti eſt ponēda diffinitio.

¶ Secũda conditio cõtradictoriarũ eſt. ſi diſtribuat̃ terminus in vno extremo reſpectu termini in altero extremo ſtãtis cõfuſe tm̃ in cõtradictorio: terminus diſtribut' non ſtabit cõfuſe tm̃ ſed determinate. quare iſte nõ cõtradicũt. oĩs hõ eſt aĩal: ⁊ .a. hõ nõ eſt aĩal. Sʒ ſemꝑ intellige qñ addit̃ .a. ꝙ faciat ſtare terminũ immediatũ cõfuſe tm̃ niſi ꝑpediat̃ ꝑ ſignum maioris vigoris. ⁊ .b. facit terminũ immediatũ ſtare determinate. Q̄ illa cõditio ſit addẽda ꝓbat̃: qꝛ niſi ſic: iſte cõtradicerẽt. oĩs hõ eſt aĩal: ⁊ .a. hõ nõ eſt aĩal. Sed ꝓbo ꝙ nõ ſunt ſimul vere ergo nõ ↄtradicũt. ↄ̃ña nõ eſt dubia. ⁊ an̄cedẽs ꝓbo. de affirmatiua notũ eſt: ⁊ negatiuã ſic ꝓbo equalet vni vere: ergo eſt vera. Iſta ↄ̃ña eſt infallibilis extra inſolubilia: ꝓbatur antecedẽs equiualet iſti. omne animal hõ nõ eſt. ⁊ illa eſt vera ergo equiualet vni vere. minor patet per eius cõtradictoriã que eſt hec. aĩal oĩs hõ eſt. cui' falſitas eſt nota. Iã probat̃ maior ꝙ equalcat illi. Quãdocũq̄ ſunt due ꝓpoſitiones eiuſdẽ qualitatis cõpoſite ex terminis eodẽ modo ſupponẽtibus proprietatibus logicalib' ſeruatis ille equalẽt: iſte due ſunt eiuſmodi. om̄e aĩal hõ nõ eſt ⁊ .a. hõ nõ eſt aĩal: ergo equiualẽt: ↄ̃ña eſt nota in darij. ⁊ maior fundata ſuper illo verbo philoſophi ſecundo peryarmenias. Nomina ⁊ verba trãſpoſita idẽ ſignificant. probat̃ minor. ꝙ ſunt eiuſdẽ qualitatis nõ eſt dubiũ: ⁊ hõ in vtraq͂ ſupponit cõfuſe tm̃ ⁊ animal diſtributiue ⁊ nulla eſt ampliatio reſtrictio vel appellatio impediens: ergo non valet tergiuerſari ꝙ hõ confundit̃ in vna parte ſigni precedentis immediate ⁊ mediate a ſigno vniuerſali: qꝛ hoc nõ tollit: vt ꝑ3 in iſtis. tm̃ animal eſt homo et omnis hõ eſt aĩal. qꝛ cõuertibilitas iſtarũ duaru3 propoſitionum ex iſta maiore aſſumpta dependet.

Nomina ⁊ verba trãſpoſita idẽ ſignificãt.

¶ Tertia conditio. quãdo diſtribuit̃ termin' in ordine ad terminũ ſtantẽ determinate ille termin' diſtributus in cõtradictorio d3 ſtare cõfuſe tm̃ ⁊ nõ determinate reſpectu totalis cõtradictorie. Probat̃ cõditio: qꝛ niſi ſic duo cõtradictoria eſſent falſa quod nõ eſt dicẽdum. Probatur captis iſtis duabus quili3 homo eſt .b. animal: quidã homo nõ eſt aĩal. falſitas negatiue eſt nota. falſitatẽ affirmatiue ꝓbo equiualet vni falſe: ergo eſt falſa. inſolubilia ſꝑ excipio et loquor ſm̃ materiã ſubiectã. an̄s ꝓbo equiualet iſti. aĩal quilibet hõ eſt. qꝛ ſunt due ꝓpoſitiones eiuſdẽ qualitatis compoſite ex terminis eodẽ modo ſupponẽtibus: in vtraq͂ hõ diſtribuitur: et aĩal ſtat determinate: ergo per regulã in cõditione precedenti aſſumptã: iſte equiualebũt. ⁊ iſta eſt falſa. aĩal quilibet hõ eſt: ergo ⁊ altera. Hic dictũ eſt reſpectu totalis contradictorie. qꝛ veraciter due propoſitiones contradicunt in quibus terminus diſtributus in vna: in alia ſtat determinate. hoc patet. iſte due contradicũt quilibet hõ eſt .b. animal: ⁊ aliquis homo nõ eſt animal. ⁊ iſte oĩs homo eſt .b. aĩal: ⁊ .a. hõ nõ eſt animal. ⁊ tamen ſubiectu3 hui' .a. homo nõ eſt animal ſtat determinate. hoc patet tenẽdo partẽ propoſitionis eſſe propoſitionẽ qđ ante tenuim': accepta preiacẽte ei'. Et in iſtis duabus cõditionibus dictũ eſt reſpectu terminorũ

Due cõtradicũt in quibus ter. diſtribut' in vna ſtat determiate in alia.

diſtributorũ: qꝛ aliꝰ idẽ eſſet addere .a. ⁊ .b. ⁊ nõ addere. Iſte equiualent formaliter. a. homo eſt aĩal: ⁊ homo eſt aĩal. a. hõ nõ eſt ſortes: ⁊ hõ nõ eſt ſortes: ⁊ ſic in alijs. ⁊ non dictum eſt in eis ꝙ termin' ſtãs cõfuſe tm̃ ⁊ determinate debẽt in ↄtradictorijs diſtribui: qꝛ hꝰ ſeq̄t̃ ex ꝓxia ↄditiõe.

¶ Quarta cõditio. ꝙ determinatio accepta vnica acceptione cũ ſuo determinabili talem ſuppoſitionẽ in negatiua habebit qualẽ in affirmatiua. Sed de determinabili nõ oportet: immo ſuppoſitionẽ oppoſitã ſortit̃ in cõtradictorijs: vt ſortes nõ portat lapidẽ. lapidẽ ſtat determinate quẽadmodũ in iſta. ſortes portat lapidẽ: ſortes nõ eſt fortior omni aĩali. animali ſtat determinate: quia ſic ſterit in affirmatiua. ⁊ illa eſt cauſa quare tales termini fortior ⁊ differt nõ poſſunt impediri per aliqđ precedẽs ad eorũ diſtributionẽ: ſed bene per ſequẽs: vt ſortes eſt fortior omni aĩali. animali ſtat determinate: ⁊ cõparatiuus impeditur per ſignũ vniuerſale ſequẽs: ſ3 hic ſortes non eſt fortior animali fortior nõ impedit̃: immo aĩali ſtat diſtributiue ⁊ ita vniuerſaliter vbi cõtingit determinatio accepta vnica quo ad ſuppoſitionẽ in affirmatiua ꝑ quã regulabit̃ ſuppõ determinationis accepte vnice ĩ negatiua. Iſta ↄditio arguẽdo colorabit̃.

¶ Notandũ eſt ſecũdo ꝙ oppoſitio contradictoria apud antiquos vocatur maior ceteris oppoſitionib' extẽſiue ⁊ intenſiue qđ ſic intelligo. Et eſt maior extenſiue: qꝛ extẽditur ad oĩa genera ꝓpoſitionũ: ad ypoteticas ad cathegoricas. cetere oppoſitiões cathegoricis competunt ⁊ adhuc paucis earũ. Intẽſiue: quia hic ẽ repugnãtia in veritate ⁊ ĩ falſitate: ſic .ſ. ꝙ nũꝙ̃ ↄdictorie poſſũt eſſe vere nec poſſunt eẽ falſe ſec' ẽ in ceteris oppoſitionib': patebit in legib'.

Oppoſitiõ ↄdictoria. apud antiquos qđ vocetur.

¶ Ex his oĩbus põt inferri diffinitio ↄtradictoriarũ que prolixa eſſet cũ debeat componi ex cõditionibus dictis ſic dicẽdo cõtradictorie ſunt vniuerſalis affirmatiua cum tota diffinitione Petri hiſpani oportet cõditionaliter addere tres vltimas cõditiones ↄdictoriarũ: ⁊ hoc diffiniẽdo a poſteriori per cõditiones. Sed ſummopere cauendum eſt in hñ dar-nidis extremis qñ determinatio accipitur vnica quod cognoſcitur ex dictis in ꝓprietatibus. quare iſte nõ cõtradicũt. aſinus nulliuſ hoĩs currit ⁊ quilibet aſinus hominis currit. cũ ſint ambe affirmatiue nõ cõpoſite ex eiſdẽ ſubiectis. Sed contradictoria prioris eſt. quilibet aſinus nulli' hominis nõ currit. ⁊ cõtradictoria ſecũde. eſt aſinus hominis nõ currit. nec iſte contradicũt aſinus cuiuſlibet hoĩs nõ currit: ⁊ quilibet aſinus hominis currit. Sed contradictoria ſecũde eſt. aſinus hoĩs nõ currit. ⁊ ↄdictoria prioris. quilibet aſinus cuiuſlibet hoĩs currit. ſortes videns oẽ aſtrũ eſt in curia ↄdictoria eſt ſortes vidẽs oẽ aſtrũ nõ eſt in curia. vt practica iſtarũ cõditionũ intelligat̃, multiplici argumẽto iſtabo ↄ ↄditiões.

Diffinitio cõpleta ꝓpoſitionũ ↄdictoriarum.

¶ Et arguitur primo ſic. Iſta propoſitio. q̄libet aſinus hominis currit habet hãc pro cõtradictorio. aſinus hoĩs nõ currit. vt patet ex quarta cõditione: ⁊ tñ ly hoĩs in neutra diſtribuit̃: ergo prima cõditio repugnat q̄rte. Forte dicis ſicut dicendũ eſt ꝙ prima cõditio intẽdit loqui de terminis nõ ante exceptis quẽadmodũ eſt de

admodū eſt determinatio: q2 a principio oppoſitionū dictū eſt ꝙ talis determinatio eodē mō ſupponit in cōtradictorijs ⁊ i oib' oppoſitionib'. Et iā non reputaꝛ termin': ſ3 aggregatū ex determinabili ⁊ determinatiōe vn' termin' reputaꝛ.

¶ Cōtra hoc arguiꝛ. illud repugnat quarte ꝯditioni cōtradictionis: quia in iſta. aſinus hoīs nō currit. hoīs ſtat determinate. ⁊ in iſta. quilibet aſin' hominis currit. vl' ſtat confuſe tm̄ vel diſtributiue quocunqꝫ iſtorū dato ſequiꝛ ꝙ determinatio diſformiter ſuppōit in cōtradictorijs. Forte dicis ſicut dicēdū eſt ꝙ nō eſt incōueniēs terminos ſtare vniformiter q̄ ad ſuppoſitionē confuſam tm̄ vel determinatam: ſed incōueniens eſt quo ad diſtributionem ⁊ nō diſtributionē: q2 in illa. quilibet aſinus hominis currit. hominis ſtat confuſe tm̄ eo ꝙ mediate ſequitur ſignum vniuerſale affirmatiuum.

Iſtud eſt xxxv. ſophiſma alberti de ſaxonia.

¶ Cōtra hoc arguiꝛ. Iſte contradicūt quilꝫ hō videt ſe: ⁊ aliquis hō nō videt ſe. ⁊ illud relatiuū reciprocū ſe eſt determinatio accepta vnica et in affirmatiua diſtribuitur: q2 relatiuum reciprocum ſupponit ſicut ſuum antecedens. ⁊ in negatiua ſtat determinate quēadmodū ſuum antecedēs: ergo determinatio ſtat diſformiter quoad diſtribui ⁊ non diſtribui.

¶ Rn̄deꝛ ſicut argumētū probat ꝙ ſtat diſformiter in relatiuis reciprocis. Sed forte cōtra hoc argueres. In iſta. aliqs hō nō videt ſe. relatiuū eſt terminus cōis ſequens negationē: ergo diſtribuiꝛ. ¶ Rn̄deꝛ ꝙ cōſequētia eſt nulla: ⁊ potiſſimū qn̄ ſuppoſitio termini ſequentis depēdet ex ſuppoſitiōe alterius quēadmodum eſt de relatiuo reciproco: ⁊ ſermē: ſilr potes diſſoluere argumentum quo probaretur ꝙ hominis in iſta. quilibet aſinus hoīs currit. diſtribuitur eo ꝙ ſequitur negationem negantem: ſed illa determinatio quoad ſuppoſitionē3 dependet ex affirmatiua.

Vide f. viij ſophiſmate Alberti de ſaxonia

¶ Cōtra hoc arguiꝛ. Iſte contradicūt. aſinus hoīs currit: ⁊ nullus aſinus hominis currit. ⁊ tn̄ hoīs ſupponit diſtributiue in negatiua cū negatio diſtribuat terminuꝫ remotū. Et ſi dicas nihil agit in determinationē.

¶ Cōtra hoc arguiꝛ. dicebas ꝙ in iſta. q̄libet aſin' hoīs currit. hominis ſtat cōfuſe tm̄ eo ꝙ mediate ſequitur ſignū vniuerſale affirmatiuū: ergo hic habes dicere ꝙ diſtribuiꝛ eo ꝙ ſequiꝛ mediate ſignum vl'e negatiuū. Si neges ꝯñam ſp recurrendo ad affirmatiuā: tūc q̄ro a te ad quā affirmatiuā cūdū ē cuꝫ iſta. nullus aſin' hoīs currit. habet vnā ꝯtradictoriā ⁊ vnā cōtrariā. Forte iterū dicis ꝙ redit in ideꝫ ire ad contrariā vel ad cōtradictoriā: q2 nō eſt incōueniens ꝙ determinatio in vna eſt confuſe tm̄: ⁊ in altera determinate: ſed citius habendus ē reſpect' ad cōtradictoriā ꝓpter maiorē repugnātiā ⁊ vniuerſaliorē quā habet etiā hic nullus aſinus hoīs currit non eſt dicendum ꝙ hominis ſtat confuſe tm̄ ſed determinate.

¶ Cōtra iſtud totū arguiꝛ ſic. Iſte pn̄t eſſe vere ſimul. quilibet aſinus hominis currit: ⁊ aliquis aſinus hoīs nō currit: ergo non contradicūt. antecedens patet. poſito ꝙ q̄libet aſinus poſſeſſus ab hoīe currat: ⁊ plato nō habeat aſinum: tūc affirmatiua eſt vera ⁊ negatiua probatur. aſinus platonis nō currit: ergo aſinus hoīs nō currit. tenet cōſequētia ab inferiori ad ſuperius ſine diſtributione ſuperioris ⁊ ſi dicas requiritur cōſtātia inferioris: q2 nō ſequiꝛ. homo non currit. ergo animal non currit. ſed oportet addere hō eſt in antecedēte. ¶ Cōtra. tūc bene ſequitur. aſinus platonis non currit: et plato eſt: ergo aſinus hoīs non currit. et antecedens eſt verū: ergo ⁊ conſequens.

¶ Rn̄detur ꝙ male poniꝛ conſtātia: ſed opꝫ eā ſic ponere. plato habēs aſinuꝫ eſt. que eſt falſa. ⁊ ita vſqꝫ quaqꝫ qn̄ ponitur determinatio accepta vnica. ⁊ eodem mō in aliis dicatur. poſito ꝙ ſortes portet vnum lapidem. iſta eſt vera. ſortes portat lapidē. ⁊ iſta falſa. ſortes non portat lapidem. in qua lapidem ſtat determinate ⁊ ſi dicas. ſortes nō portat hunc lapidem. demonſtrando vnū lapidem quē non portat. et hic lapis eſt: ergo ſortes non portat lapidem. negatur conſequentia: q2 male ponis conſtātiā in q̄ debebas ſic dicere. ſortes portās hunc lapidem: eſt ⁊ eodē mō hic. ſi ſortes videat ſolū vnū aſinū iſta eſt falſa. ſortes vidēs aſinū nō eſt hō. ꝙ iſta ſit vera. ſortes vidēs hūc aſinū nō ē hō. demōſtrādo vnū aſinū quē non videt.

Qn̄ ponitur determinatio accepta vnica quē ꝓponēda ē cōſtantia.

¶ Cōtra iſtud fundamentum arguitur: q2 tūc iſte contradicūt. ſortes vidēs oē aſtrum eſt homo: ⁊ ſortes vidēs oē aſtrū nō eſt homo. ſed cōſequēs eſt falſum: ergo ⁊ antecedēs cōſequētia patet ex dictis. falſitas cōſequentis probatur: poſito ꝙ ſortes p̄ciſe videat polū articū: tūc iſta eſt falſa. ſortes videns oē aſtrū eſt homo. eo ꝙ eſt vna affirmatiua cuius ſubiectū nō ſupponit. ſuadetur falſitas negatiue deſcēdēdo ſub illo termino aſtrum. ſortes vidēs hoc aſtrum nō eſt homo: ⁊ ſortes videns hoc aſtrū nō eſt homo ⁊ ſic de ſingulis. modo vna ſingularis erit falſa in qua demōſtras polū articū. immo ſua cōtradictoria eſt vera. ſortes vidēs hoc aſtrū eſt hō.

Quotienſcūqꝫ ſubiectū alicui' ꝓpōnis cō poniꝛ ex recto et obliq̄ recto p̄cedēte obliquū imediate ſignū vl'e ꝓpoſitū diſtribuit aggregatum ex recto ⁊ obliquo: nec rectuꝫ ſoluꝫ: nec obliquum ſolū vt hic oīs aſin' hoīs currit. hec Alber. de ſaxo.

¶ Rn̄det negando ꝙ ille ſunt ſimul' falſe: imo negatiua eſt vā ꝓpter nō ſuppōnē ſubiecti. ⁊ nego ꝙ ex ea ſeq̄ꝛ falſuꝫ p deſcēſuꝫ.

¶ Unde aduertendū eſt circa deſcēſuꝫ determinationis accepte vnica acceptione cū ſuo determinabili varia eſt opinatio: vt dicer in paruis logicalibus. multis antiquorum dicentibus ꝙ nō poſſumus deſcendere ſub parte extremi: ⁊ hoc eſt bene dictū qn̄ pars extremi eſt determinatio accepta vnica: ſed ibi deſcēdaꝛ ſub determinabili vel ſub totali aggregato qđ ideꝫ eſt vl' diſiūctim deſcēdas ſeruādo cetera paria: vt in ꝓpoſito. ſortes videns omne aſtrum non eſt homo: ergo ſortes videns omne hoc aſtruꝫ: vel hoc aſtrū: vel hoc aſtrum nō eſt homo. vbi ꝯñs eſt verum ſicut ⁊ antecedens. nec deleatur ſignū vniuerſale: q2 tūc non remanebit idē extremū in antecedēte ⁊ conſequente. ⁊ etiam ſubiectuꝫ conſequētis ſupponeret ſubiecto antecedentis non ſupponente: ⁊ parū diſcriminis realiter eſt in his duobus dictis: immo ꝓpoſito de diſiuncto reddit veritatem obſcuriorē q̄ terminus ſuperior ad diſiunctum: ⁊ deſcenſus debet eſſe veritatis manifeſtatiuus: propterea ſatius eſt non deſcendere ſub determinatione accepta vnica. Si replices de predicato huius omnis homo eſt

In determinatione accepta vnica non poſſum' deſcendere ſub pte extremi qn̄ pars extremi ē determinatio accepta vnica: ſ3 ibi deſcendatur ſub determinabili vl' ſub totali aggregato qđ ideꝫ eſt vl' diſiūctim ſeruādo cetera paria.

animal. ſub quo diſiunctim deſcẽdimus hoc ad materiam deſcenſus ſpectat: ſed bene verũ eſt ꝙ in aliquibus formaliter poteſt deſcendere.

¶ Cõtra ſolutionẽ principalẽ arguit̃ ſic ꝓbãdo illã falſam. ſortes videns oẽ aſtrũ non eſt hõ. ⁊ hoc ſic. bene ſequit̃. ſortes videns omne aſtrũ nõ eſt. hõ ergo oẽ aſtrũ ſortes vidẽs nõ eſt hõ. ꝯñs eſt falſum: q꜠ ſuum ꝯdictoriũ eſt verũ. aliqͦd aſtrũ ſortes vidẽs eſt hõ: q꜠ hͦ aſtrũ ſortes vidẽs eſt hõ: ꝗ aliqͦd aſtrũ ſortes vidẽs eſt hõ. ꝯña tenet ab iferiori ad ſupius affirmatiue deducto impedimẽto. ⁊ ꝯña patꝫ: q꜠ ille equalent. ſortes vidẽs omne aſtrum nõ eſt hõ: ⁊ omne aſtrum ſortes vidẽs nõ ẽ hõ. ꝑ regulã philoſophi. Nomina ⁊ ꝟba trãſpoſita idẽ ſignificãt.

Regula philoſophi.

¶ Rñdet negãdo ꝯñam quia ꝯñs ẽ falſuꝫ: vt ꝓbat ſua ꝯdictoria. ⁊ ad ꝓbationẽ ꝯñe dꝫ ꝙ nõ remanẽt ꝓprietates logicales: q꜠ in vna eſt determiatio accepta nõ vnica ſubiectũ non ſuppõit: in altera ꝟo ẽ determiatio accepta vnica ⁊ ſubiectũ ſuppõit: ⁊ poſſum' deſcẽdere ſub illo termino aſtrũ ac ſi eſſet totale extremũ.

¶ Scḋo arguit̃. Q꜠ ꝑ oẽs ꝯditiones datas iſte ꝯdicerẽt. ois chimera ꝗ currit mouet̃: ⁊ aliq̃ chimera ꝗ currit nõ mouet̃: vt ptꝫ diſcurrẽdo ꝑ oẽs cõditiones. ſꝫ patet ꝙ nõ ſunt ambe falſe. de affirmatiua notũ eſt: q꜠ ſubiectũ non ſupponit: et negatiua equiualet iſti. chimera currit et illa non mouetur. poſtꝙ illud relatiuum que non negatur.

¶ Ad hoc argumentũ reſpondet Entiſber ꝙ iſte propõnes non cõtradicunt ſed ſunt ſimul falſe propter cauſam aſſignatã: ⁊ ita conſequenter negaret iſtas cõtradicere. iſta chimera que currit mouetur: iſta chimera ꝗ currit nõ mouetur. Sed vtriuſqꝫ cõtradictoria dabit̃ per propoſitionẽ negationis ⁊ equiualẽt vni diſiunctiue propoſitioni ꝓpter negationem relatiui. Illud mihi non apparet rationabile: licet proteruiendo poſſet defendi: q꜠ in ꝓpõnib' ſingularibus ſicut dicit Ariſto. non refert preponere vel poſtponere negationẽ: ꝓpterea cõcedo ꝓpões datas contradicere: ⁊ nego hãc eſſe falſam. chimera que currit non mouetur. Et vlterius negatur ꝙ equiualet copulatiue: immo in concedendo vni diſiunctiue negatio relatiui in ſenſu cathegorico nihil facit ceteris ꝑibus. idest: dictu de iſta chimera que currit non mouet̃: ⁊ non iſta chimera que currit mouetur.

Reprobat Entiſberi opinionẽ. In ꝓpõnibus ſingularib' nõ refert ꝓponere ⁊ poſtponere negationẽ. ⁊ negatio relatiui nihil facit i ſenſu cathegorico ceteris ꝑibus.

¶ Ex iſtis ptꝫ oẽs has negatiuas eſſe veras chimera ꝗ currit non mouet̃: chimera que non currit nõ mouetur. iohãnes qui vixit centum annos non vixit tres annos ſortes qui diſputauit athenis nõ diſputauit in grecia. De ſorte qui nũꝙ fuit athenis intellige. Antichriſtus qui neceſſario eſt nõ neceſſario eſt. Nihil ⁊ chimera ſunt fratres: nihil ⁊ chimera ſunt fratres ex parte patris. Nihil ⁊ chimera ſunt ſorores: nihil ⁊ chimera ſunt ſorores ex parte matris ⁊ ex parte patris. Oia iſta patent per falſitates affirmatiuarũ eis contradicentium. Sed ſeruandum eſt ꝙ in iſtis teneantur eadem extrema ⁊ ꝙ pricipent naturas determinationũ acceptarum vnicis acceptionibus. vt nullus homo qui currit mouet̃: aliq̇s hõ ꝗ currit mouet̃ ei cõtradicit. ⁊ nõ iſta. aliq̇s hõ ꝗ nõ currit mouet̃. ⁊ eodẽ mõ hic. ſortes eſt ens quod eſt ois hõ: ſortes nõ eſt ens qͦd eſt ois hõ: in q̃b' hõ ſtabit inſtar determinationis accepte vnica acceptione. Et eodẽ mõ hic. hoc ẽ tal qͦd nõ eſt hõ eſt irrationale. ⁊ hoc ẽ tal qͦd nõ eſt hõ non eſt irrationale: ita ꝙ ille termin' hõ teneat̃ vniformiter.

Sophiſmata ꝟa Albertus.

Qñõ l iſti ꝯdictio ſit danda.

¶ Tertio arguit̃. Q꜠ ſcḋm dicta iſte cõtradicerẽt. quilibet aſin' cuiuſlibet hominis currit: et aliq̇s aſinus cuiuſlibet hoīs nõ currit. ſed hoc eſt falſuꝫ: q꜠ poſſunt eẽ falſe in aliquo caſu: vt poſito ꝙ ſint tres hoīes ſortes: plato: ⁊ cicero: quorũ q̇libet habet aſinũ pricularem quieſcẽtẽ: ⁊ ſint duo aſini cões ab eis poſſeſſi currentes ⁊ nõ plures hoīes in mundo: tũ negatiua eſt falſa: vt ptꝫ ex cõi logica. ⁊ affirmatiua falſa: q꜠ ſubiectum eius nõ ſupponit: qͦd ꝓbat̃ Q꜠ñcũqꝫ eſt aliqͦd aggregatũ ex determinatiõe ⁊ determinabili ſic ſe hñs ꝙ determinatio nõ ſupponit totũ aggregatũ nõ ſupponit: ſed ſic eſt in ꝓpoſito: q꜠ hec determinatio cuiuſlibet hoīs nõ ſupponit: q꜠ de nullo homine verũ eſt dicere hoc eſt quilibet homo: nec de q̇buſcũqꝫ hominib': q꜠ nõ aliqs iſta eſt negãda. aſin' antichriſti currit.

Aggregatum ex determinatione ⁊ determinabili nõ ſupponit qñ determinatio nõ ſupponit.

¶ Pro materia argumẽti notandũ eſt ꝙ aſinus duobus modis põt dici cõis. Uno modo copulatim ⁊ copulatiue queadmodũ cõtingit de bonis in religionib' hñ reformatis. Alio modo copulatim cõis ſic ſcꝫ ꝙ vnus aſinus poſſidet̃ a trib' ⁊ a nullo illorũ ⁊ ſic cõiter hͦ capit̃ ⁊ a pleriſqꝫ locis qñ capit̃ cathegorematice collectiue capi dꝫ. patebit in ſuppoſitionibus.

Duob' modis terminus põt dici cõis.

¶ Rñdeo ad formã argumẽti concedendo iſtas ꝓpoſitiones ꝯdicere negãdo eas eſſe falſas: immo affirmatiua eſt ꝟa: et qñ improbas determinatio nõ ſupponit: ergo nec aggregatũ. nego ꝯñam. Inſtãtia multiplex eſt tũ primo. aſinus non chimere currit: cuius ſubiectum ſupponit et non quelibet pars. Similr aſinus ſortis vel chimere currit. tũ ſecundo. aſinus hominis albi currit vbi adiectiuũ non ſupponit. tum tertio. hec pars et hec pars ⁊ hec ꝑs ſunt hec hora. totum ſubiectum ſupponit in inſtanti medio huius hore: ⁊ tamen hec pars demonſtrans vnam quartam huius hore nõ ſupponit. et ita de omnibus talibus terminis hec pars: immo ſi centies demonſtrares centum centeſimas ſic dicendo hec centeſima ⁊ hec centeſima ⁊ hec centeſima ſunt iſta hora. totum ſubiectum ſupponit: ⁊ tamen nullus iſtorum terminorum hec centeſima ſupponit: nec eſt ſimile in hoc ꝙ aſſumit̃ aſinus antixp̄i currit: vbi determinatio eſt ſubſtantiuum ſimplex nõ ſupponẽs ſed in iſtis aggregatis. aſinus cuiuſlibet hominis currit. ſufficit ſuppoſitio principalis partis ſcꝫ hoīs qñ totũ eſt ꝟificabile. Dico qñ totũ ẽ ꝟificabile ꝓpter ꝑdicatũ hui'. ſortes ẽ ois hõ. qͦd nõ ſupponit. eſto ꝙ hͦ cathegorema homo ſupponat. ⁊ cã eſt: quia totum predicatum non eſt verificabile in potentia ꝓpinqua: ⁊ propterea hoc ſubiectum non ſupponit. aſinus alicui' entis quod eſt ois homo currit nec ſubiectum huius. equus ariſtotelis currit. ⁊ iſta ſufficiunt pro argumẽto. eſto ꝙ cuiuſlibet capiatur diſtributiue: ſed poſtꝙ capiatur collectiue dico ꝙ determinatio ſupponit ſm rectum pluralẽ cũ ſigno collectiuo ſic. verificando hec ſunt omnes hoīes vel quilibet ꝙ raro capitur in recto plurali.

Inſtãtia contra regulaꝫ de aggregato ex determinatiõe ⁊ determinabili ſequẽte nõ ſuppoſitionẽ determinationis.

In determinatione accepta vnica ſufficit ſuppõ partis pricipalis.

Qñ determinatio cũ ſigno collectiuo verificatur.

¶ Sed cõtra iſtã ꝓpõem arĩ.

bene ſequit̃ q̄libet aſinus cuiuſlibet hoīs currit ergo quilibet aſin' alicui' hoīs currit. ꝯña ē falſum: q2 illi duo aſini empti ſex ſolidis ab illis tribus hoībus non ſunt aſini ſortis neq; platonis neq; ciceronis: ⁊ nō ſunt plures hoīes in mūdo: ergo nulli' hoīs ſūt. ꝯña tenet. q2 ceſto ꝙ cuiuſlibet capiat̃ collectiue infert totū reſiduū depro ſigno. ¶ Rñdet̃ negādo hanc ꝯñam. q̄libet aſinus cuiuſlibet hoīs currit: ergo q̄libet aſin' alicui' hoīs currit. imo cū toto añcedēte cōcedo ꝙ aſin' nullius hoīs currit: nec aliquoꝝ hoīm nec aliquarū hoīm: ponēdo ꝙ vn' aſin' poſſideat̃ a ſorte ⁊ berta ⁊ currat nō exiſtētib' plurib' hoīb' i mūdo: nec hic reſpicio ad cōceptionē generū.

Quō deſcēdendum ſit ſub termino ſigno collectiuo ſubiacēti.

¶ Ex iſto patet ꝙ non ſequit̃ quilibet aſin' cuiuſlibet hoīs currit. et iſti hoīes ſunt oēs hoīes: ergo q̄libet aſinus iſti' hoīs currit. ſed oportet inferre quilibet aſinus iſtius et iſtius et iſtius hominis currit. tot capiendo copulatim quot ponis in bona conſtātia.

Senſus ꝓpōnis i q̄ diſtributo ter. cōi additur obliqu' diſtributus.

¶ Ultio ſequit̃ ꝙ ſenſus hui' quilibet aſinus cuiuſlibet hoīs currit. nō ē iſte. cuiuſlibet hoīs habētis aſin' aſinū currit. ſed eſt iſte. q̄libet aſin' a quolibet hoīe poſſeſſus currit ſed iſta ē falſa in caſu argumēti. cuiuſlibet hoīs quilibet aſinus currit. patet de ſe.

¶ Circa materiā iſtoꝝ triū argumentorū querit̃ quare addita eſt quarta conditio in cōtradictorijs et in alijs oppoſitionibus et in quot caſibus contingit terminū in vtraq; cōtradictoriarū diſtribui vel nō diſtribui.

Prima cōditio ꝯdictoriarum quō coloratur

¶ Ad primū dicit̃ ꝙ ē modus recentioꝝ logicoꝝ cōis ponere iſtā conditionē q̄ coloratur ſic: quia al's termini nō ſtarēt eque reſtricti in cōtradictorijs. hoc patet captꝭ iſtis duabus. arnoldus eſt aliud a ſummuliſta: arnoldus non eſt aliud a ſummuliſta. ꝑdicatum pme ſupponit pro logicis et phiſicis et pro quolibet alio a ſummuliſta. et ꝓ nullo ſummuliſta ſupponit. Tūc ſic arguo. vel in negatiua ꝯtradicēte ei ſummuliſta diſtribuit̃ vel non. ſi primū habeo intentū. ſi ſcðm tūc ſtabit determinate. et per ꝯñs ꝓ quolibet ente mūdi ſupponit: q2 plato ſummuliſta ē a ſummuliſta aliud. ⁊ ſic de quolibet ſummuliſta dicat̃. et tūc hoc complexū ſm talē acceptionem pro qualibet re mūdi ſupponit: et predicatū diſtribuit̃ ⁊ negatur de termino diſcreto ſimplici. ergo iſta negatiua eſt falſa. et ſua cōtradictoria ē falſa. ergo duo cōtradictoria ſunt falſa. vel quarta cōditio eſt bene poſita.

¶ Forte dicis ꝙ ſuppoſitio termini in negatiua inſpiciēda eſt ex affirmatiua ſic. ſ. ꝙ ꝓ quo ſupponit i affirmatiua ꝓ eodē adequate ſupponit i negatiua: q2 hoc req̄rit̃ ad oppoſitionē: lꝫ nō eadē ſpecie ſuppoſitiōis: hoc ē ſatis voluntarie dictū rōnabiliter. ergo ponit̃ cōditio. Sed hō verū eſt ꝙ lōge facili' ē aſcēdere ⁊ deſcēdere ⁊ dare equalentes in multis ꝓpōnib' tenēdo ꝙ determinatio accepta vnica ſupponit oppoſito mō in ꝯdictorijs. vt pꝫ in iſtis. ſortes nō differt ab aīali. ſortes nō ē fortior hoīe: in q̄bus ſub determinatiōib' poſſum' diſiūctiue aſcēdere ⁊ deſcēdere. hoc ꝯſtat cū copulatiue in earū oppoſitis ꝓcedim'. idē pꝫ de equalentib'. ſortes nō ē fortior hoīe. equiualet iſti. ſortes alicq̄ hoīe nō eſt fortior. ſortes non eſt fortior omni hoīe. gratia forme equiualet iſti. ſortes quolibet homine non eſt fortior.

¶ Ad ſcðm rñdeo ꝑ ꝓpōnes. Prima eſt. due ꝓpōnes ꝯdicūt: et in illis. nullus termin' diſtribuibilis diſtribuit̃. hoc pꝫ acceptis iſtis. ſortes ē plato. ſortes non ē plato. ¶ Scða ꝓpō. due ꝓpōnes oīno cōpoſite ex terminis cōibus ꝯdicūt. ⁊ tñ in eis nec ſubiecta diſtribuuntur nec ꝑdicata. hoc patet captꝭ iſtis duab'. quilibet homo eſt animal. quidā homo nō ē aīal. Arguit̃ ſic. iſta ſubiecta nō diſtribuunt̃ demōſtrando earū ſubiecta. hoc patet ꝑ ei' cōtradictoriā: ⁊ eodē modo ꝓbat̃ ꝙ earum ꝑdicata non diſtribuunt̃.

In q̄t caſibus ꝯtigit terminū i vtraq; ꝯdictoriaꝝ diſtribui vel non diſtribui.

¶ Tertia propoſitio. due ꝓpōnes oīno cōpoſite ex terminis cōibus cōtradicūt in q̄b' ē aliq̄s terminus cōis in neutra diſtribut'. hec ꝓpō pōt verificari de ſubiecto hui'. quidā hō nō eſt aīal. aſſumēdo ei' cōtradictoriā. iſte termin' hō in negatiua nō diſtribuit̃ ⁊ nō ponit̃ in affirmatiua: ergo nō diſtribuitur in affirmatiua: ſed verifico ꝓpōnē de determinatione accepta vnica: eſto ꝙ duo termini ſinonimi reputant̃ vn'. idē contingit hic. oīs hōīz aſinus currūt. in qua aſin' non diſtribuit̃ nec in eis cōtradictorio. ¶ Quarta ꝓpoſitio. due ꝓpōnes ꝯtradicūt cōpoſite oīno ex terminis cōibus. ⁊ tñ neutrius ſubiectum diſtribuit̃. Probat̃ cōcluſio de iſtis duab'. oēs apli dei ſunt duodecim. non oēs apoſtoli dei ſunt duodecim. neutrius ſubiectum diſtribuit̃ ⁊ hoc eſt ſatis opinabile. patebit ex argumento ſequenti. Probatur tamē aliter propoſitio de iſtis duab'. omnes apoſtoli dei ſunt duodecim: non oēs apli dei ſunt duodecim. vtrobiq; capiēdo oēs collectiue. de hoc amplius dicet̃ in legibus.

In ꝓpoſitione accepta vnica terminus diſtribuibilis i neutra diſtribuitur.

¶ Quo ad ſecūdam partē dubij pono ꝓpōnes. Prima ē. In vtraq; ꝯdictoriarū ē vn' termin' diſtributus. hoc ꝓbat̃ datꝭ iſtis duab'. q̄libet hō ē aīal. quidā homo nō eſt aīal. Arguit̃ ſic. In iſta cōtradictoriarū eſt vn' terminus diſtributus demōſtrando affirmatiuā: ⁊ in iſta cōtradictoriarū ē vnus terminus diſtribut' demōſtrādo negatiuā: ergo in vtraq; cōtradictoriarū eſt terminus diſtribut'. ¶ Scða ꝓpoſitio eſt. vnus termin' diſtribut' in vtraq; cōtradictoriarū. hoc ꝓbat̃. nō q̄libet hō currit. contradicit̃ hic cui ſue. et tamē homo in vtraq; illarum diſtribuitur. hoc patet ex dictis circa ꝓpoſitiones vniuerſalem. ¶ Tertia ꝓpoſitio. reputādo terminos ſinonimos pro eodem eſt vnus termin' diſtributus non tenēdo ꝙ pars propoſitionis ē propoſitio in vtraq; contradictoriarum. hoc pꝫ de determinatione accepta vnica.

Ter. cōmunis ſub ſigno collectiuo i neutra ꝯdict. diſtribuit̃.

¶ Quarto arguit̃ ſic. Iſte contradicūt. oēs apoſtoli dei ſunt duodecim: et non oēs apli dei ſunt duodecim. tenēdo oēs collectiue. tñ apoſtoli dei in neutra diſtribuit̃ ⁊ nō ē determinatio accepta vnica: ergo male dictum eſt ꝯña tenet cū maiore. ⁊ ꝓbatur minor. qð nō diſtribuat̃ in affirmatiua notū eſt. et qð nō diſtribuatur in negatiua arguitur ſic. q2 da oppoſitū diſtribuitur. tunc valebit deſcenſus copulatiuus poſtq̄ non eſt determinatio accepta vnica acceptione: ſed probatur ꝙ non: quia tunc ſequeret̃ ꝙ iſta eſſet vera. nō oēs apoſtoli dei ſunt duodecim. q2 iſti apli non ſunt duodecim demōſtrādo petrū ⁊ paulū: nec iſti ſunt duodecim demōſtrādo iacobū ⁊ andream. ⁊ ſic de ſingulis. Forte di-

Iſtud ē ꝗ̄rtū ſophiſma ab alberto d ſaxonia deductum et a hieronymo de angeſt tractati de ſignis collectiuis .iꝫ. pblema.

cis ſicut apparet ꝙ vna ſingularis erit falſa: in qua demonſtrãtur duodecim.

¶ Cõtra hoc arguo. ſeq̃retur ꝙ duo cõtradictoria eſſent falſa. ſ̃ns nõ eſt dicẽdum: ergo nec añs. ꝓbat̃ ↄ̃ña. Iſta eſt falſa. oẽs apoſtoli dei ſunt decẽ. et etiã iſta. nõ oẽs apoſtoli dei ſunt duodecim. deſcẽdo copulatiue: q: dabit̃ vna ſingularis falſa. ſ. hec. iſti apl'i dei nõ ſunt decẽ. demõſtrando decẽ apoſtolos.

Opinio Georgij

¶ Ad hoc argumẽtũ. notãdũ eſt ꝙ Georgius tenet in ſuppoſitionibus ꝙ terminus ſequẽs ſignũ collectiuũ nõ põt diſtribui: ſed rõnẽ nõ affert nõ arbitror eũ poſſe h̃re aliã argumentũ ꝙ illud ꝓpoſitũ ex pte deſcẽſus.

¶ Cõtra hoc arguitur ſic. illo dato ſequit̃ ꝙ due indefinite cõtradicerẽt. ↄ̃ns eſt inconueniẽs. ergo et añcedens. declaratur cõſequẽtia de iſtis duab' ꝓpoſitionib' propoſitis. Forte dicis ꝙ nõ eſt ↄ̃ns: quia totale ſubiectum diſtribuit̃ in iſta. nõ oẽs apl'i dei ſunt duodecim eſto ꝙ apl'i dei ſtet confuſe tm̃.

¶ Cõtra hoc arguit̃. Georgi9 tenet in ſignis collectiuis eſſe ꝓbabile ꝙ ſignuꝫ collectiuum nõ eſt pars ſubiecti ergo habet̃ concluſio illata. malo dicere ꝙ apl'i dei diſtribuit̃ in iſta. nõ omnes apl'i dei ſunt duodecim. nõ propter argumẽtum adductũ: q: ſimilem concluſionem cõcedo. vt patet in legibus. ſed ꝓpterea q: cõis vſus eſt in oppoſitũ: nec valet illud de deſcẽſu. multi ſunt termini diſtributi in quib' copulatiue nõ poſſumus deſcẽdere. hoc patet de determinatione accepta vnica: etiã de nõ determinatione: vt patꝫ de ſubiecto huius. nõ tm̃ ſubſtãtia nõ eſt accidens. que eſt vniuerſalis: et tamẽ ſub ſubiecto nõ potes deſcẽdere copulatiue: ſed ſolũ diſiunctiue. nec ꝓpterea dicit̃ ꝙ ſubſtantia ſupponit cõfuſe tm̃. Dico ergo ꝙ in iſta. nõ omnes apoſtoli dei ſunt duodecim. ꝙ apoſtoli dei diſtribuitur copulatim: hoc eſt copulatim debem' deſcendere ſub iſto termino apoſtoli dei: et in vna cõtradictoriarum diſtribuitur.

Quõ intelligẽdũ ꝙ i hac. oẽs apl'i dĩ ſũt duodecim apl'i dei diſtribuit̃.

¶ Et aduerte vlterius ꝙ propoſitio de oẽs diſtributiue nõ ſemper infert propoſitionem de oẽs collectiue: q: non ſeq̃tur. oẽs anime cauſabiles poſſunt eſſe cauſate: ergo oẽs anime cauſabiles ꝑñt eſſe cauſate. capiendo oẽs diſtributiue in antecedẽte: ⁊ collectiue in conſequẽte. nec ſeq̃tur. oẽs apl'i dei pauciores duodecim ſunt pauciores duodecim: ergo omnes apl'i dei pauciores duodecim ſunt pauciores duodecim. ſed frequenter gratia materie tenet vt oẽs apl'i dei currunt: ergo oẽs apl'i dei currũt.

Propõ de oẽs diſtributiue nõ ſemp̃ iffert ꝓpõnẽ de oẽs collectiue.

¶ Quinto arguit̃. iſte cõtradicunt. ad eq̃tandũ req̃ritur equus: ⁊ nullus equ' req̃ritur ad equitandũ. per cõditiones datas et ſunt ſimul vere: ergo cõditiones nõ ſunt ſufficiẽtes. maior patet diſcurrẽdo per oẽs cõditiones. et ptꝫ minor: de affirmatiua ex cõi cõceſſione logicoꝝ. et negatiua ptꝫ per aſcẽſum. nec iſte equ' req̃ritur ad equitandũ. demonſtrando brunellum. nec iſte equus req̃ritur ad equitandum. demonſtrãdo fauellum. ⁊ ſic de ſingulis equis. ergo nullus req̃ritur ad equitandum.

Ad equitãdũ requiritur equus

¶ Notandũ eſt hic ꝙ iſta propoſitio ab antiquis ſophiſtis cõcedit̃. ad eq̃tandum req̃ritur equus. hac negata. equus requiritur ad equitandũ. ꝓpterea neceſſariũ erat dare eis duas cõtradictorias nõ equalentes. Quocirca Iohãnes dorp Georgius et cõtra loq̃ntes ad diderunt vnã conditionẽ in cõtradictorijs que eſt hec. ꝙ qñ terminus ſeq̃tur ſpeciale ſignũ ſuppoſitionis ⁊ ſtat cõfuſe tm̃ a ſigno oportet illuꝫ terminũ diſtribui in cõtradictorio poſt idẽ ſpeciale ſignũ. ꝓpterea cõtradictoria huius. ad eq̃tandũ requiritur equus. eſt hec. nõ ad equitandũ req̃ritur equus. et nullus equus req̃ritur ad equitandũ. cõtradicit iſti. equus requirit̃ ad eq̃tandum. In prima ſub termino diſtributo op3 ſic deſcẽdere. non ad eq̃tandũ requiritur iſte vel iſte equus: ⁊ ſic de ſingulis. In alia copulatiue: ⁊ ex cõſeq̃nti dicit̃ ꝙ duplex eſt diſtributio.

Cõditio i ↄ̃dictorijs a Iohãne dorp ⁊ Georgio addita

Diſtributio duplex

¶ Quedam oppoſita ſuppoſitioni determinate. i. quãdo remoto ſigno diſtributiuo talis terminus ſtat determinate. Vel cõfuſe tm̃ nõ per ſpeciale ſignũ. exẽplũ capta iſta. non oĩs homo eſt animal. aĩal diſtribuit̃. et remoto ſigno diſtributiuo ſtat confuſe tm̃: ſed talis diſtributio nõ vocatur oppoſita ſuppoſitioni confuſe tm̃: ſed oppoſita determinate eo ꝙ non ſtat confuſe tm̃ ꝑ ſpeciale ſignũ. et eodẽ mõ hic. non hõ eſt animal. homo diſtribuit̃ diſtributiõe oppoſita ſuppoſitioni determinate: q: ſublato ſigno diſtributiuo: iſte termin' hõ ſtat determinate. ¶ Diſtributio oppoſita ſuppoſitiõi cõfuſe tm̃ eſt qñ ſublato ſigno diſtributiuo talis terminus ſtat cõfuſe tm̃ per ſpeciale ſignũ. vt hic non ad equitandum req̃ritur equus. ¶ Speciale ſignũ eſt terminus aliq̃d ſignificãs cõfundẽs preciſe cõfuſe tm̃: vt ꝓmitto requiritur ⁊ ſilia.

Signum ſpãle q̃d ſit.

¶ Sed cõtra hoc arguitur ſic ad equitãdũ requiritur equus eſt falſa. ergo totus iſte proceſſus eſt nullus. cõſequentia tenet. q: non al's iſta dicũtur niſi ad defenſandã hanc veram et ſimiles. añcedens patet. q: eſt vna affirmatiua cuius predicatu non ſupponit vel ſaltẽ cuius vnũ extremuꝫ non ſupponit: ergo ipſa eſt falſa. conſequẽtia tenet ꝑ illam regulã cõmunẽ. In affirmatiuis nõ pregnantibus. ꝓbat̃ añcedens. vnum extremũ eſt hoc totũ ad eq̃tandum ens requiſitũ quod pro nullo ſupponit. hoc ptꝫ iſtam reſoluẽdo. Preterea diceret ꝙ verbũ adiectiuũ nõ eſt reſolubile in ſubſtantiuũ ⁊ ſuũ participium: ſed hoc nõ iuuat. q: teneatur verbũ adiectiuũ: et fac ſic verificationem. hoc requiritur ad eq̃tandũ. quero q̃d demonſtras vel aliquem equũ: vel nullum equũ. Si primũ ſignetur ille: tũc ille requirit̃ ad eq̃tãdũ. ſi ſcðm: nõ ſupponit ꝓpt' qð argumẽtũ teneo idẽ dicere. ad equitãdũ req̃rit̃ equ': ⁊ equ' req̃rit̃ ad eq̃tãdũ. ⁊ vna ꝓpõ vtriq3 cõtradicit: ⁊ ſic vel vtraq3 eſt falſa: q: vnũ extremũ vel vtraq3 ẽ vẽa qð ego teneo. ⁊ dĩ: ꝙ extrema huius ſupponũt. ens req̃ſitũ ad eq̃tãduꝫ eſt equus: q̃libet equus eſt ens req̃ſitũ ad equitandũ. q: in iſta. ad equitandũ req̃ritur equus. eq̃randum ſtat determinate. ⁊ ſenſus eſt. ad aliquam equitationẽ requiritur equus. et ille ſenſus eſt verus: quia ad hanc equitationem demõſtrando brunellum equitatũ requirit̃ iſte equus quia equitatio equi nihil aliud eſt ꝙ̃ equus eq̃tatus paſſiue capiendo verbale quemadmoduꝫ in propoſito capi debet.

De h' in de cõplexo ſignificabili

¶ Notandũ eſt hic ꝙ iſta pro

¶ Cõtra hoc arguit. Nihil requirit ad equitãdũ ſine quo põt fieri eqtatio: ſz ſine hoc eq̃ (brunello demõſtrato) põt fieri eqtatio: ergo iſte equ' nõ reqrit ad eqtãdũ. minor pꝫ q2 equitatio ſtat determinate: mõ equitatio aliqua põt fieri ſine hoc equo demonſtrato.

¶ Rñdetur negãdo maiorẽ. ⁊ do eius contradictoriũ. aliquid requirit ad equitandum ſine quo poteſt fieri aliqua eqtatio. ſed iſtam conceſſiſſem nihil reqritur ad equitãdum ſine quo quelibet equitatio poteſt fieri: etiaꝫ ex priori argumento debebas concludere: ergo iſte equus ad equitandum nõ requiritur ad equitãdum. Sed iſte propoſitiones ſunt concedẽde. ad oẽm eqtationem equus nõ requirit: iſte equus põt fieri ſine hac equitatiõe: per ly iſte ⁊ hac eqtatiõe demõſtrãdo eundem equũ: q2 iſte equus poteſt fieri ſine hoc equo equitato. Sed iſta eſt negãda: hec equitatio poteſt fieri ſine hoc equo: ꝫ põt fieri ſine hoc equo equitato. Veritas huius. ad omnem equitationẽ equus nõ requirit patet per aſcenſum ⁊ eius contradictorium.

Sophiſmata cõcedenda.

¶ Cõtra iſtã ſolutionẽ ar. ſic. Iſte ſunt concedende. Ad ſcribendum requirit calam'. ad delendum pctm̃ requiritur penitẽtia ad ſalutẽ baptiſmus. ad tranſeundũ romã neceſſe eſt tranſire per aliquod ſpacium. et tñ omnes iſte ſunt negande. calamus requirit ad ſcribẽdum penitentia requiritur ad delendũ peccatũ baptiſmus requiritur ad ſalutem. ad tranſeundum romam per aliquod ſpaciũ neceſſe eſt trãſire. vt patet per eãrum contradictorias. de prima. nullus calamus requiritur ad ſcribendum: quia nec iſte calamus requiritur ad ſcribẽdũ: immo iſte calamus non requiritur ad ſcribendum ſcripturam que fit per iſtum calamũ: q2 ſi idẽ atramentum fuiſſet in alio calamo fuiſſet eadeꝫ ſcriptura. ¶ Ad iſtas obiectiones reſpondetur ꝙ iſta gerundia includunt equiualenter iſtũ terminum aliquo modo: itaꝙ ſenſus huius ad ſcribendum requiritur calamus eſt iſte. hoc modo vel illo ad ſcribendum requiritur calam'. ⁊ hoc eſt verum. ⁊ eodem modo concedatur. Iſte calamus requiritur ad ſcribendum: immo iſte calamus demonſtrato calamo ſortis requiritur ad ſcribendũ ſcripturã aliquo modo: puta hoc modo vel illo demõſtrãdo modũ quo ipſemet calamus ſcribit. ⁊ ꝫ eadẽ ſcriptura per aliũ calamũ fieri põt: nõ tamẽ eodẽ modo. eſto ꝙ caracteres perabant eodẽ modo. Scḋa eſt cõcedẽda. ad delendũ peccatũ requirit penitẽtia que capit loco ad hoc modo delendũ peccatũ requiritur penitẽtia. verbi cauſa. ſortes dormit vſ ad ſeptimã: ⁊ ei iniũgitur ꝓ penitentia dicere ſeptẽ pſalmos: tũc dico ꝙ ad delendũ peccatũ iſto modo delẽdi requiritur hec penitẽtia iniũcta. Et eodẽ modo de tertia ꝓpoſitione dicatur. Ad ſalutẽ hoc modo habẽdã requiritur iſte baptiſmus. ſi baptizetur baptiſmo fluminis vel ſi baptiſmo flaminis vel ſanguinis eodem modo dicatur. Licꝫ in illa nõ ponatur gerũdiũ: tamẽ capitur loco vni' in qua ponitur gerundium: puta loco huius ad habẽdã ſalutem requiritur baptiſmus. De quarta ꝓpoſitione in qua ponit neceſſe multi aberrãt põderãtes maiorẽ difficultatẽ cũ neceſſe ꝙ cum reqrit. qḋ ſic arguit. q2 vel neceſſe capit vt tantũ valet ſicut requirit: et tũc redit eadẽ difficultas. vel capit ſcḋe intẽtionaliter: ⁊ tũc facit modalẽ

De gerundiis ꝙ in ſe includũt equiualẽter iſtũ terminũ aliquo modo.

☞

In hac ad trãſeũdũ romaꝫ neceſſe eſt tranſire ꝑ aliqḋ ſpacium ly neceſſe capit dupliciter

compoſita. ⁊ idẽ eſt ponere in capite ꝓpõnis vel in fergo eiuſdẽ ⁊ ſemꝑ iſta ẽ falſa. ⁊ ſenſus ẽ. talis ꝓpõ eſt neceſſaria. trãſeundũ eſt vſ romã ꝑ aliquod ſpaciũ. modo hoc eſt falſum q2 nõ eſt neceſſe trãſire romam. Vel neceſſe capitur prime intentionaliter: ⁊ hoc dupliciter. vel cathegoreumatice: ⁊ tũc nihil eſt neceſſariũ niſi deus: vel ſincathegoreumatice: ⁊ tũc facit modalẽ diuiſaꝫ falſamꝫ ꝓpõis hãc cõcedẽs cã capit loco illius ꝯditionalis. ſi quis trãſit romã traſit ꝑ aliqḋ ſpaciũ ⁊ talis cõditionalis eſt neceſſaria. ꝓpterea additur neceſſe totam cõditionalẽ modificans.

Dicta ꝓpõ quõ cõiter intelligat

¶ Cõtra ſolutionẽ principalẽ arguit ſic. hec ꝯña eſt nulla. talis eſt affirmatiua de extremo nõ ſupponẽte: ergo ipa eſt falſa. ſed ꝑ talẽ ꝯſequẽtiã conati ſumus deſtruere hãc conditionẽ: ergo male ꝓceſſimus. Aſſumptũ arguit. iſta eſt va. incipit calor ꝓduci in hac aqua poſito ꝙ incipiat per vltimũ inſtãs nõ eſſe caloris qḋ aſſigno. b. in quo nos ſumus: ⁊ tamen extrema pro nullo eodem ſupponãt determinate ſed pro aliquo ſub diſiunctione.

Caſus Incipiẽte calor eſſe.

¶ Rñdetur ꝙ nõ ſolũ ſtetim' in illa ꝯña: vt pꝫ de veritate hui'. nõ tñ chimera nõ eſt chimera. cui' ſubiectũ nõ ſupponit: ſed in hoc ꝙ ꝓpoſitio data fuit affirmatiua nõ pregnãs cuius vnũ extremũ ꝓ nullo accipit nec aliquibus et ad aliud. incipit albedo ꝓduci in hoc ſubiecto ſtante caſu argumenti: ⁊ ꝙ albedo partibiliter ꝓducat ſm ſe totã extrema illius non ſupponũt: q2 albedo nõ ſupponit: poſito ꝙ in inſtãti dato nulla eſſet albedo in reꝝ natura: ⁊ de virtute ſermonis dico eam falſam eo ꝙ nec hoc incipiẽs eſſe in hoc ſubiecto eſt albedo: vl immediate poſt hoc erit albedo: nec illud incipiẽs eẽ: ⁊ ſic de ſingulis. ⁊ qñ illa foret vera incipit albedo ꝓduci in hoc ſubiecto: ſecus eſt extra exponibilia. In cõfirmatione ſexti argumenti de incipit ⁊ deſinit locutus ſumus plures. ſed iſte mod' arguẽdi nihil valet cõtra aduerſarios. ad equitãdũ requi it equus: ꝗ. a. equus requirit ad eqtandum. ꝙꝙ in vtraꝙ equus ſupponat confuſe tñ ⁊ diſiũctim ꝫ q2 nõ eſt idẽ. Dicerẽt aduerſarij de ſuppoſitiõe cõfuſa tñ per ſpãle ſignum et non per ſpãle ſignum ſuppoſitionis.

In exponibilibus aliũ affirmatiua cuius ſubiectũ ꝓ nullo ſuppõit eſt vera.

¶ Sexto arguit ſcḋm dicta. Iſte ꝯtradicũt. cuiuſꝫ hoīs qꝫ aſin' eſt aſin' ; et alicui' hoīs aſin' nõ eſt aſin'. Sꝫ ꝓbo ꝙ nõ ſunt ambe vere; ergo nõ ꝯdicunt. aña arguo de affirmatiua. ipa eſt vna vniuerſalis ſic ſe habens ꝙ cuilibet ſuppoſito ſubiecti reſpõdet vnũ ſuppoſitũ ꝑdicati ſtãtis cõfuſe tñ: ergo ipſa eſt vera: q2 nõ aliis ꝓbabis hanc verã. omnis hõ eſt aial. Q2 negatiua ſit vera arguit ſic. q2 bñ ſequit. platonis aſin' nõ eſt aſin': ⁊ plato eſt: ergo hoīs aſinus nõ eſt aſinus. aña eſt verum poſito ꝙ plato nõ habeat aſinum: ergo ⁊ conſequens.

Vt dr̃ ſrñſiõe opꝫ ꝙ cõueniat cuiꝫ ſubiecto tali qḋ eſt falſuꝫ ideo ẽ falſa.

¶ Pro materia argumẽti notandũ eſt ꝙ qñ determinatio accipit vnica acceptione cum ſuo determinabili ſe mutuo reſtringunt: vt cõiter dicitur: ita ꝙ in iſta. quilibet aſinus hoīs currit. aſin' nõ pro quolibet aſino ſtat ſed ꝓ aſino ab hoīe poſſeſſo. ⁊ hoīs non ꝓ quolꝫ hoīe: ſed ꝓ hoīe habente aſinũ: ſꝫ in iſta. cuiuſꝫ hoīs aſin' ẽ aſin'. hoīs ſtat abſolute: ⁊ aſin' reſtricte ſolũ pro aſino ab hoīe poſſeſſo. ꝑma ps ꝑſuadet. Admittit iſte mod' ſillogiſandi in darij.

Vbi eſt determinatio accepta vnica cũ ſuo determinabili mutuo ſe reſtringunt

cuiuſlibet hoīs aſin⁹ currit: plato eſt hō: ḡ plato nis aſin⁹ currit. ⁊ termini debēt ſtare vniformiter. et hō ꝓ ɋ̄lʒ hoīe in minore ſtat: ḡ ꝓ quolʒ in maiore ⁊c. Scḋa ps ſuadeť. ꝓcedim⁹ tales: platonis ɋ̄lʒ aſin⁹ currit. poſito ꝙ plato habeat duos aſinos currētes ⁊ nō plures omnibus aliis aſinis quieſcentibus: et hoc non foret dicendum ſi aſin⁹ ꝓ quolʒ aſino ſtat. ſed videť mihi prima fronte ꝙ in iſta quilibet aſin⁹ hominis currit. ꝙ hominis ſtat abſolute ꝓ quolibet hoīe. credo ꝙ hoc mouet antiquos: qꝛ dixerūt iſtas ꝯdicere ɋ̄libet aſin⁹ hominis currit. ⁊ aliq̄s aſin⁹ hominis nō currit. mō hominis in negatiua nō diſtribuiť: ꝑ ꝯñs in affirmatiua diſtribuebať. ⁊ poſtea ꝯſiter dixerūt ſub quolʒ termīo diſtributo valet deſcēſus copulatiuus: ⁊ ꝑ ꝯñs nō poterāt defendere propoſitiones concedendas niſi ſeruando illam reſtrictionem in obliquo. quare dixerunt ad diſtributionē recti ſequiť diſtributio obliqui nō eſt ꝙ nō debeat ſtare reſtricte: qꝛ tunc iſta eēt ɔ̄cedenda. iohānes videt omne aſtrum. poſito ꝙ nullus alius videat ⁊ iohānes videat tm̄ vnū aſtrū: qꝛ ſenſus eſſet. iohannes videt omne aſtrū viſum. ⁊ ille ſenſus ē ver⁹: ⁊ tm̄ ꝯcedere illā ꝑpōnē eſt ɔ̄tra cōem animi ɔ̄ceptionē. Sʒ meli⁹ eſt dicere ꝙ determinatio accepta vnica eodē mō ſupponit in ꝯdictorijs. et in iſta. ɋ̄libet aſinus hoīs currit. hominis ſtat ꝯfuſe tm̄ pro quolibet hoīe forte ſupponēs: ⁊ deſcēdēdū eſt diſiūctim.

Mod⁹ antiquorum ſub quolibet termino diſtributo valet deſcēſus copulatiu⁹: ⁊ ad diſtributionē recti ſequiť diſtributio obliqui.

Opīo auctoris.

Determinatio accepta vnica eodeʒ mō ſupponit in ꝯdictorijs.

Notādū ē ſcḋo ꝙ iſta. cuiuſlibet hominis ɋ̄libet aſinus eſt aſinus. requirit copulatiue duas cauſas veritatis. vna eſt ꝙ ɋ̄lʒ aſin⁹ ſit aſinus. alia ꝙ ɋ̄libet hō habeat aſinū: ⁊ ꝑ ꝯñs iſta hominis aſin⁹ nō eſt aſinus duob⁹ modis diſiūctiue pōt verificari vel ꝙ aſinus non ſit aſinus: vel ꝙ aliq̄s hō nō habeat aſinum. ⁊ iſte mod⁹ arguēdi eſt bon⁹. platonis aſin⁹ nō eſt aſinus plato eſt: ḡ hoīs aſin⁹ nō ē aſin⁹. In ɔ̄ſtātia nō opʒ dicere plato eſt hō habēs aſinū. Scḋo ſequitur ꝙ hec ꝯña eſt bona. aſinus hominis non eſt aſin⁹: ergo hoīs aſinus nō eſt aſinus. ā propoſitione habente pauciores cauſas veritatis ad ꝑpoſitionē habētē plures. Et ex illo ſubſeɋ̄ť ꝙ hec ꝯña eſt bona. cuiuſlʒ hoīs ɋ̄libet aſin⁹ ē aſin⁹ ergo ɋ̄libet aſinus hoīs eſt aſinus. hoc patet arguēdo ex oppoſito ꝯſequētis ad oppoſitū aāntis.

Cuiuſlibʒ hoīs quilʒ aſinus eſt aſin⁹ requirit copulatiue duas cās veritatis ⁊ ei⁹ ɔ̄tradictoria vnā diſiūctiue.

Nūc rñdeo ad formā argumēti ꝯcedēdo ꝑpōnes ꝑpoſitas ꝯdicere negādo eas eē ſimul veras: imo affirmatiua eſt falſa. Et ad probationē in qua dr̄ eſt vna vniuerſalis cui⁹ predicatum ſtans confuſe tm̄ conuenit cuilibet ſuppoſito ſubiecti: ergo eſt ṽa. Primo nego aſſūptū ipſa nō eſt vlis: ſed bis vlis: nec ꝯñs eſt quo ſit ſemel vlis: qꝛ ex quo ſubiectum eſt aggregatum ex determinatione et determinabili accepta non vnica duabus quātitatibus quantificať illa ꝑpō: duabus diſtributionibus ſubiectū diſtribuiť. ⁊ concedo ꝙ quodlibet ſuppoſitum predicati ɔ̄uenit totali ſubiecto: ſed nego ꝙ ꝑpterea ꝑpoſitio ſit vera. Quidā dicit ꝙ in rei veritate hoc nō ſatiſfacit cū quodlibet ſuppoſitū predicati ɔ̄ueniat vni ſuppoſito ſubiecti opʒ dicere ꝙ ꝑpoſitio ſit vera. quia nominibus pro rebus vtimur: qꝛ ſi res rei conueniat extremum extremo ɔ̄uenire neceſſe eſt. non adducit alias rationes. dedi ei aliam inſtantiam memoriter. omne falſum eſt ꝑpoſitio. poſito ꝙ iſta propoſitio ſit cum viginti ꝑpoſitionib⁹ aliīs verio uī ſic arguo. cuilʒ ſuppoſi

Propō bis vlis nō eſt dicēda vlis

Improbat opinionē vnius nō nominati.

to ſubiecti ɔ̄petit ꝑdicatū: imo ſubiectū nō hʒ niſi vnū ſuppoſitū ⁊ tm̄ ipſa eſt falſa. qḋ probať: qꝛ eius oppoſitū eſt vera: ergo ita ē ſicut ipa ſidr. ſ. ꝙ oē falſuʒ eſt ꝑpoſitio: ergo opʒ ꝙ aliq̄ ꝑpoſitio ſit falſa: ⁊ nulla alia ab iſta ꝑ caſum: ḡ iſta eſt falſa. Dixit mihi ꝙ inſtātia nō erat ad propoſitū. propterea ad rē dico ꝑdicatū non ɔ̄uenit ſubiecto taliter q̄liter requiriť: qꝛ requiritur ꝙ quilibet aſinus ſit aſin⁹: ⁊ ꝙ ɋ̄libet hō habeat aſinū: mō illud predicatū nō ɔ̄uenit ꝑtibus ſubiecti.

Cōtra hoc ar̄ ſic probando hāc falſam. hoīs aſinus non eſt aſinus. ⁊ hoc ſic. ſubiectū ſupponit ꝑ aſino ⁊ predicatū diſtributū falſe negatur de illo. ergo illa eſt falſa. Et ɔ̄firmatur. iſte propoſitiones conuertūtur. hoīs aſinus nō eſt aſinus: ⁊ aſinus hoīs nō eſt aſin⁹ ſcḋa eſt falſa: ergo ⁊ prima. ꝙ ɔ̄uertātur ꝓbať ſic. ꝑdicata ɔ̄uertuntur ⁊ copule ⁊ ſubiecta et termini ſupponunt eodē mō: ⁊ maxime tenendo hoc qḋ ego dixi opinabile ꝙ in iſta. aſinus hoīs non eſt aſinus. ꝙ hominis ſtat pro quolibet homine.

Ɔ̄ſequētia hec nō valet quādo ſubiectū diuerſis ſuppoſitionib⁹ numero ſupponit.

Ad p̄mū rñdeť ɔ̄cedēdo ꝙ ſubiectū ſupponit preciſe ꝑ aſino: ⁊ ꝑdicatū vere negatur de illo ſubiecto nō ꝑ aliquo aſino: ſʒ qꝛ aliquis homo non habet aſinū: ⁊ ſic nego ꝯñaʒ. ꝙ falſe predicatū negatur: qꝛ hoc non tenet qñ ſubiectū diuerſis ſuppoſitionib⁹ numero ſupponit queadmodū eſt in ꝑpoſito. nec hec reſpōſio videť ſophiſtica tenēdo modū ɔ̄eʒ pariſienſem. Ad ɔ̄firmationē bene verū eſt ꝙ predicata ⁊ copule vniformiter ſe habēt: ſed ſubiecta nō ɔ̄uertuntur in negatiuis: qꝛ aliqḋ vere negať de vno qḋ falſe negať de alio: ſed in affirmatiuis ɔ̄uertuntur ad hūc ſenſum ꝙ de nullo eſt verificabile hominis aſinus: quin de eodē verificetur aſin⁹ hominis: ergo ſi vna eſt falſa reliqua eſt falſa: nego ꝯñam. dicis forte ꝙ ex illo ſequiť ꝙ ſubiecta non conuertuntur: diſtinguo vt ſupra.

Quō intelligendū ꝙ ſubiecta ꝑdictaꝝ ꝑpoſitionū ɔ̄uertuntur.

Sed ꝑ iſto intelligēdo notandū eſt ꝙ duob⁹ modis termini ɔ̄uertuntur vno modo ſimpliciter alio modo ſm̄ quid. ſcḋm mēbrū reiciatur. Et rurſus. Terminoꝝ ɔ̄uertibiliū ſimpliciter ɋ̄dā ɔ̄uertunť ſm̄ ſe tota et ēt acceptiones ptiū primo mod. aſin⁹ hoīs ⁊ hoīs aſinus ɔ̄uertunť ad ſenſum datū. ꝙ de quocūꝗ verificatur vnus coꝝ verificať alter mediāte quacūꝗ copula. addo mediāte quacūꝗ copula propterea ɔ̄uertibilia ſʒ ɋ̄d: queadmodū ſunt iohes ⁊ hoc loquens: per ly hoc demōſtrando iohem: qꝛ oē qḋ eſt hoc loquēs eſt iohes: ⁊ ɔ̄uerſo. ſed iohes poteſt eē iohes qñ nō erit hoc loquēs. Secus eſt in iſtis. hominis aſinus ⁊ aſinus hoīs: qꝛ de nullo ente eſt verificabile hoc totū hoīs aſin⁹ quin de illo verificetur aſinus hominis ⁊ ɔ̄uerſo: quia ſi brunellus eſt aſinus hominis: eſt hominis aſinus ⁊ econuerſo.

Sufficiens diuiſio nis terminoꝝ ɔ̄uertibiliū ꝗ̄ patuit ſupra i arbore terminorum.

Alio modo ɔ̄uertūtur termini ſimpliciter quo ad acceptiōes qui ſunt termini ſic ſe habētes ꝙ nihil poteſt negari de vno quin illud idem negetur de alio ⁊ ɔ̄uerſo. vel nihil affirmatur de vno quin illud ideʒ affirmetur de alio ceteris omnino paribus. ⁊ hoc modo hominis aſinus ⁊ aſinus hominis non conuertuntur. Iſta eñ eſt vera. quilibet aſinus hominis eſt aſinus. Iſta eſt falſa. cuiuſlibet hominis aſinus eſt aſinus. eſto ꝙ hominis diſtribuatur in prima more antiquorum. Similiter iſta eſt

Declaratio ſufficiētie huiuſmodi.

vera. hoīs aſinus nō eſt aſinus. Et iſta falſa. aſinus hominis non eſt aſinus. ꝛ ſic non conuertūtur propriſſime. Ex iſta ſolutione innuitur triplex gradus conuertibilitatis.

Primum correlariū.
Scōm correlarium.
Mediū īfallibile
Tertiū correlariū.

¶ Ex hac ſolutiōe infero correlaria. primū correlariū. Iſte ꝓpoſitiones conuertūtur. aſinus hoīs currit: ꝛ hoīs aſinus currit. Et ex illo correlario infero ſecūdū. ꝙ iſte cōuertuntur. nullus hoīs aſin' currit: ꝛ null' aſin' hoīs currit. Hoc probaṫ per mediū infallibile. quandocunq̄ due ꝓpoſitiones equiualēt earū cōtradictorie equiualebūt. Tertio ſequitur ꝙ arguendo a termino ſtante cōfuſe tm̄ vel determinate ad terminū diſtributū valet conſequentia formaliter. bene enī ſequitur. nullus aſinus hominis currit: ergo nullus hoīs aſinus currit. et tamen hoīs ſtat confuſe tm̄ in antecedēte vl determinate: ꝛ diſtribuitur in cōſequente.

In determinatiōe accepta vnica ponēda eſt cōſtātia p relatiuū idem ꝓtatis.

¶ Cōtra veritatē negatiue adhuc arguitur. bene ſequitur. hoīs aſinus non eſt aſinus: ꝛ hoīs aſinus eſt: ergo hoīs aſinus eſt nō aſinus. concluſio eſt impoſſibilis ꝛ conſtantia vera: ergo adminus illa negatiua eſt falſa. ꝛ conſequētia patet a negatiua ad affirmatiuā poſita conſtantia pꝛedicato variato penes finitū ꝛ infinitū. Reſpōdeṫ negando conſequentiam: quia regula non tenet quādo ſubiectū eſt aggregatū ex determinatione accepta non vnica cū ſuo determinabili. vel opoꝛtet ſic ponere conſtantiā: eiuſdē hoīs aſinus eſt. Feci aliud argumētū hic qđ reperies in conuerſione per cōtrapoſitionē.

¶ Sed hic aduertēdū eſt ꝙ Petrus mātuanus dicit ꝙ in iſta. cuiuſlibet hoīs aſinus currit. homo ſtat reſtricte pro homine habente aſinū: ſed negaret iſtū ſillogiſmū. cuiuſlibet hominis aſinus currit: plato eſt hō: ergo platonis aſin' currit: eo ꝙ iſte terminus hō in minoꝛi ſtat ꝓ quolibet homine: ꝛ in maioꝛe ꝓ homine habēte aſinū: ꝛ ſic termini nō ſtant eque reſtricte: ſed opꝫ ſic ſubſumere. plato eſt hō habens aſinū. ꝛ dicit ꝙ iſte equiualēt q̄libet aſinus hominis currit: ꝛ cuiuſlibet hominis aſinus currit. hoc ſic pꝛobat indefinite illarū cōuertuntur: ergo ille vniuerſales cōuertuntur. hoc argumentū eſt nullū: quia eodē mō pꝛobaret iſtas vniuerſales ꝯuerti. omne aīal eſt riſibile: ꝛ oīs homo eſt riſibilis: qꝛ indefinite illarū conuertuntur. ſequitur enī aīal eſt riſibile: ergo hō eſt riſibilis: ꝛ econuerſo. homo eſt riſibilis: ergo animal eſt riſibile.

¶ Scđo arguiṫ. ſingulares illarū cōuertunṫ. ergo ꝛ vniuerſales. antecedēs ꝓbaṫ: qꝛ capta aliq̄ ſingulari iſti' cuiuſlibet hoīs aſin' currit: illa infert vnā ſingularē iſti'. quilꝫ hoīs aſin' currit cōtinue idē demōſtrādo: bn̄ ſequiṫ iſti' hoīs aſin' currit: ḡ aſin' iſti' hoīs currit. ꝛ ſequiṫ. hoīs iſte aſin' currit: ḡ iſte aſin' hominis currit: ꝛ ecōuerſo ſemꝑ demōſtrādo idē.

Aliq̄ vſes non ꝯuertitur q̄rū tn̄ q̄lꝫ ſingularis vni' infert vnā ſingularē alterius.

Contra hoc arguit ſic. bene ſequit. oïs homo oē aïal eſt. ergo omē aïal omīs hō eſt. gratia forme acceptionis terminoꝝ. ⁊ tñ illa eſt vniuerſalis affirmatiua. igit. Reſpondet cõcedēdo ꝙ vniuerſalis affirmatiua cõuertitur ſimpliciter nec hoc ē contra Petrū hyſpanum. quia nō dicit tñ vniuerſalis negatiua ⁊ particularis affirmatiua: mor' erat dicere vniuerſalis negatiua ⁊ non vl'is affirmatiua: q2 regulariter predicatū vniuerſalis affirmatiue ſtat cõfuſe tñ et predicatū vniuerſalis negatiue diſtribuitur⁊ ꝑdicatū particularis ſtat determinate ſicut ſubiectū. quare bene poſſunt cõuerti ſimpliciter: q2 termini eodē modo accipiunt. Et ꝓpterea Paulus venet' vocat iſtā conuerſionē ſimplicē: omīs homo ē ſortes: ergo ſortes oïs hō eſt. Et poteſt dici ꝙ remanet q̄titas: et ē ſimilis acceptio terminoꝝ. Sed q2 magiſtri pariſienſes nō ſolēt ſic legere hanc litterā: et difficultas eſt ad nomen ſubſequendo cõem modū loquendi q̄titatē intelligam' ſicut in caplo de propoſitione. Ex iſto patet ꝙ aliqua ſingularis conuertitur ſimpliciter: vt ſortes eſt plato: ergo plato eſt ſortes. ⁊ aliqua particularis negatiua conuertitur ſimpliciter. vt homo animal nō eſt: ergo animal homo non eſt. et ſic de omni genere propoſitionum cathegoricarum aliq̄ conuertūtur ſimpliciter. Eodem modo de omni genere propoſitionum aliq̄ conuertūtur per accidens. vt omnis homo eſt ſortes: ergo ſortes omnis homo eſt: vel ſortes eſt homo: quia vtraq conuerſio eſt ꝑ accidens ⁊ bona. nullum animal eſt ſortes: ergo ſortes nullum animal eſt: vel ſortes animal nō eſt homo eſt ſortes: ſortes ē homo. Tñ homo ē animal. ergo omne animal eſt homo. vel ſimpliciter ſic. ergo animal eſt homo: et ibi in cõuerſione ſimplici conuerſa et cõuertens non equiualent. animal omnis homo eſt. ſic cõuertit ꝑ accidens: ergo omnis homo eſt animal. quia nō in cõuenit arguere a termino ſtante determinate ad ipſum ſtante confuſe tñ. Reſpectu multitudinis. a. homo nō eſt animal. ſic conuertitur per accidens. omne animal homo nō eſt. homo vterq iſtorum eſt: ergo vterq iſtorum eſt homo vel ſimpliciter. alter iſtorum eſt homo. Forte dicis ꝙ quādo vniuerſalis affirmatiua cõuertitur per accidens arguitur a termino ſtante confuſe tñ ad ipſum ſtātem determinate: vt vterq iſtorum eſt aſinus: ergo aſinus eſt alter iſtorum. diſtinguitur. vel deleta multitudine: et ſic cõcedit. vel remanente ſigno diſtributiuo. negatur. ſed hic eſt bona conuerſio per accidens. omne animal eſt currens. ergo. a. currens omē animal ē. et hic. animal nō eſt homo: ergo omnis homo animal nō eſt: vel omnis homo. b. animal non eſt. Et quando dicitur ꝙ particularis negatiua nō poteſt conuerti ſimpliciter nec per accidens hoc intelligitur oblatis terminis in communi modo loquendi: quia non ſequitur. aïal nō eſt homo: ergo homo nō eſt animal.

Vlis affirmatiua cõuertitur i ſeipſam.

Circa ꝑdicta quero aliqua. Primū quomodo debēt propoſitiones conuerti de terminis ampliatiuis grā cuius quero cõuertentē iſti'. paſtilli comeſti ſunt comedendi.

Secundo queritur de conuertēte iſtius. nullum a. eſt predicatū. poſito ꝙ a. nō ſit ꝑdicatum alicuius ꝓpoſitionis.

Tertio quero conuertētem iſtius plures ſunt nō vidētes q̄ videntes.

Quarto quero cõuertētes iſtarū. omnis homo preter ſortem currit. quilibet hō habens equum equitat illum.

Quinto quero conuertentē iſtius. ego ſum iohānes.

Sexto poſito ꝙ. a. a parte ſubiecti ſignificet hominem. ⁊ a p̄te ꝑdicati aſinum quero cõuertentē iſtius. a. eſt riſibile.

Septimo quero cõuertētē iſtius. marcus ⁊ tullius ſunt. ⁊ iſtius. cõuertens huius cõuerſionis ē falſum.

Ad primū de terminis ampliationis dicitur duabus regulis preſuppoſitis Quarum prior eſt arguēdo a maius amplo ad minus amplum: vel ad nō amplum ſine diſtributione ampli nō valet argumētum. ratio eſt. quia maius amplum eſt ſuperius ad min' amplum. modo argumentum non valet a ſuperiori ad inferius ſine diſtributione. quare iſta conuerſio eſt nulla. paſtilli ſunt comedēdi: ergo paſtilli comedendi ſunt paſtilli. quia paſtilli in cõuerſa pro paſtillis qui ſunt vel erunt ſupponit ⁊ in conuertēte pro paſtillis qui ſunt vel erūt ſupponit: ⁊ in conuertēte ꝓ paſtillis qui ſunt. Secūda regula arguēdo a nō amplo ad amplū: vel a minus amplo ad maius amplum ſine diſtributione valet argumētū. vt bene ſequit. paſtilli ſunt comeſti: ergo paſtilli comeſti ſūt vel fuerūt paſtilli. Et hic intellige ceteris paribus: quare iſta ꝯña nihil valet. paſtillus eſt. ergo paſtillus fuit. q̄ꝙ ſubiectū cõſequentis amplict. et ratio eſt. q2 predicatū nō ſtat vniformiter. ſed iſta eſt bona. paſtillus ē. ergo paſtillus ē vel fuit. vbi ēt predicatū ſtat ample. iſte due multū differunt. paſtillus fuit ⁊ paſtillus eſt vel fuit. quia predicatū ampliat in ſecūda ⁊ non in prima. Iſtis ſuppoſitis ꝑ hñt ꝓpōnes de terminis ampliatiuis facile cõuerti exēpli grā. paſtillus antixp̄i eſt paſtillus comedēdus. ſic ꝯuertit: ꝗ paſtill' comedēdus ē vel erit paſtillus antixp̄i. vbi paſtillus comedēdus.

Regule ꝓ ꝯuerſionibus in terminis ampliatiuis.

paſtill' antixp̄i ē paſtillus cõmedēdus.

medēdus ampliaꝛ in conuertēte ⁊ nō in ꝯuerſa nec hoc inconueniēs: vt patet per ſecundam regulam. vel poteſt ſic conuerti: ergo paſtillus qui eſt comedendus eſt vel erit paſtillus antichriſti. Et additur qui eſt ad denotandum ꝙ paſtillus comedēdus debebit vniformiter ſtare in ꝯuertēte ⁊ in ꝯuerſa: ⁊ paſtillus antichriſti ſtat in ordine ad diſtinctionē copulatiā. vterqꝫ iſtorū modorū ſufficit. paſtilli comeſti ſunt comedendi: ergo paſtilli comedendi ſunt vel erunt paſtilli comeſti. homines occiſi ſunt occidendi: ergo homines occidendi ſunt vel erunt occiſi. candela lucēs eſt extincta: ergo cādela extincta eſt vel fuit cādela lucens. adaꝫ eſt mortuus: ergo adam mortuus eſt vel fuit adam. vel adam mortuus qui eſt: eſt vel fuit adam. ⁊ qui eſt nō ponitur tanꝗ pars extremi: ſꝫ ad limitādos terminos vniformiter accipi ⁊ ſic eſt ꝯuerſio proprie dicta: quia de preciſis extremis conuerſe conuertentis extrema reſultāt. Adā eſt prior antichriſto: ergo prior antixpo qui eſt vel erit eſt vel fuit adam. antichriſtus eſt poſterior abraham: ergo antichriſtus poſterior abraham qui eſt vel fuit eſt vel erit antichriſtus. homo fuit currens: ergo currens eſt vel fuit homo. vel ſic. quod fuit currens eſt vel fuit homo. Et ita de talibus dicatur. Ceraſa ſunt comeſta vel comedēda ceraſa erunt vel fuerunt ſm exigētiā ampliationis: vt ceraſa erunt comeſta: ergo ceraſa comeſta ſunt erunt vel fuerunt ceraſa nec opus eſt hoc verbo ſunt. creans immediate añ hoc fuit deus: ergo quod immediate ante hoc fuit deus eſt vel fuit creās. Et ita in alijs ſm exigentiam ampliationis dicatur.

¶ Sed arguit cōtra iſtā ꝯuerſionem.

Adam eſt mortuus.

Adam eſt mortuus: ergo mortuuꝫ quod eſt eſt vel fuit adam. conſequens eſt vna affirmatiua propoſitio cuius ſubiectum implicat falſuꝫ quia repugnātia eſt ꝙ aliquid ſit mortuum qđ eſt. Reſpondetur negando ꝙ conſequens ſit falſum: ⁊ nego ꝙ ſubiectum ꝯuertētis implicet falſum: ſed hec eſt diſtinguēda. mortuū qđ eſt: eſt vł fuit adam. vel quod eſt determinet iſtum terminū mortuū: ⁊ ſic eſt vera ⁊ ſenſus eſt. quod ē mortuum eſt vel fuit adam. vel quod eſt determinat iſtum terminum exiſtens: ⁊ ſic cōſequens eſt falſum: ſed nō eſt conuertēs illius conuerſe.

¶ Cōtra hoc arguiꝛ. qꝛ ſi adā e. ⁊ mortuum quod eſt adam eſt a ꝓpoſitione de eſt tertio adiacente ad propoſitionē de eſt ſcđo vbi nullus eſt terminus ampliatiuus.

Dr ꝙ cōſequētia nihil valet: qꝛ ꝗꝗ predicatū ampliꝛ habet ampliū modū ſignificādi de ſe ⁊ mediante copula de preſenti predicatur de eo quod nō eſt: ſecus eſt ſi poneretur a parte ſubiecti.

Nullū .a. eſt ꝑdicatum.

¶ A ſecūdū de iſta. nullū .a. eſt predicatum.

Poteſt dici ꝙ caſus eſt impoſſibilis qꝛ poſtꝙ vna pars ponit ꝙ nullum .a. prediceꝛ alia petit conuertentem in qua .a. predicetur: et hoc eſt facile inuenibus.

¶ Sed contra iſtud arguitur ſic.

pono tibi hāc. nullū .a. eſt predicatum. nihil aliud ponendo. vel caſus eſt poſſibilis vel non. ſcđm eſt dicendum vt cōſtat: ergo primū ⁊ omne poſſibile eſt admittendum. admitte ergo caſuꝫ quo admiſſo propono tibi hanc ꝯñam. nullum a. eſt predicatum; ergo nulluꝫ predicatum eſt .a. Si neges ꝯñam arguiꝛ ſic. cōſequentia fuit bona ante caſum: ergo neceſſariū modo ꝓpter nullū poſſibile poſitū eſt neceſſariū negandū. Rñdetur cōcedendo cōſequētiā quādocūqꝫ proponiꝛ: quia fuit neceſſaria ante caſum: ergo nō debet negari in caſu. ⁊ ſi arguas antecedens eſt verum ⁊ cōſequēs falſum: hoc nego: nō qꝛ falſum: ſꝫ qꝛ repugnat poſito cum bene conceſſo. ⁊ cauſa ē: qꝛ ſum obligatus ſuſtinere hāc. nullū .a. eſt predicatū ⁊ quodlibet ſequēs ex ea. exemplū in ſimili ſi mihi poneretꝛ ego ſuꝫ qđ eſt poſſibile debeo ipm admittere ⁊ illo admiſſo ꝯcedere ꝙ nō ſuꝫ pariſijs: qꝛ ſequiꝛ ex poſito. ⁊ negare hāc. ego ſuꝫ pariſijs. nō qꝛ falſum ſed quia repugnat poſito. Sꝫ ſi ſic ponas caſum ꝙ nullum a. eſt predicatum ⁊ ꝙ hec ꝯuertēs. ſ. nullum predicatum eſt. a. ſic nego caſum propter partium repugnantiam.

¶ Ad tertium de hac. plures ſunt nō vidētes ꝗ vidētes:

opꝫ capere extrema illꝰ ⁊ tūc ē facile tales ꝯuertere. Omnis error conuertēdi frequēter in dādis extremis latitat vnū extremū eſt nō vidētes ⁊ aliud plures ꝗ vidētes: ⁊ ſic ꝯuertitur: ergo plures ꝗ vidētes ſunt non videntes. ⁊ eodem modo hic dicere potes. ſemꝑ homo eſt animal. perpetue ſunt generationes ⁊ corruptiones. reſoluantur ſicut per primā. omni tempore homo eſt animal. vbi potes capere aliquo tempore homo pro ſubiecto: ⁊ ſic conuertitur: ergo animal eſt homo aliquo tempore: qꝛ non oportet tenere ſignum vniuerſale in ꝯuertente dicendo ſic: ergo animal ſemper eſt hō: qꝛ ibi arguitur a ſuppoſitiōe cōfuſa tm̄ ad determinatā reſpectu multitudinis pari forma reſoluatur ſecūda. Omni pti magnitudinis dabilis ē aliqua ps minor: hic aliqua ps ꝯuenientꝰ eſt ſubiectū ⁊ ꝑdicatū ex pte magnitudinis ps minor vel res minor ⁊ ſic ꝯuertitur ſm extrema data ⁊ ita de talibꝰ totꝰ ſortes eſt minor forte: infiniti holes fuerūt. ſꝫ niſi ꝯpiſti termini pñt capi ſincathegoreumatice vł cathegoreumatice ꝗ acceptiōes ad qua logicalia ſpectāt. ſꝫ ſufficit ī ꝓpoſito ꝙ rñdēs ꝯſrat naturā ſigni poſiti ī ꝯuerſa: ⁊ ſm hoc inueniet extrema cauendo ne arguat a ſuppoſitiōe confuſa tm̄ ad determinatam reſpectu multitudinis ⁊ contra regulas logicales. ⁊ ſic dicaꝛ hic. caput habet homo. ſi caput habens ſit ſubiectū ſic conuertitur: ergo homo eſt caput habens: qꝛ ſi predicatum precedat in ꝯuerſa ſequatur copulam in conuertente: alīs non eſſet conuerſio qꝛ nō oportet ꝙ ꝑdicatum conuerſe ſit ſubiectū ꝯuertētis: ⁊ h. e qñ ſequiꝛ copulā ꝯuerſe: ſed ſi precedat ſecus eſt. Sed quando communiter dicimus in omni conuerſione ſubiectum conuerſe debet eſſe ſubiectum conuertentis: hoc intelligatur quando ſubiectum conuerſe precedit copulam: ⁊ quia ita eſt regulariter dicimus in omni conuerſione ſubiectum conuerſe debet eſſe ꝑdicatum conuertentis. hoc intelligitur quando ſubiectum conuerſe precedit copulam ⁊ quia ita eſt regulariter dicimus in omni ꝯuerſione ſubiectum conuerſe debere eſſe predicatum conuertentis.

¶ Ad quartam de iſtis duabꝰ

omnis homo preter ſortem currit. omnis homo habens equum equitat illum dicitur ꝙ prima ſic conuertiꝛ: ergo currēs eſt hō nō ſortes qꝛ iſta nō eſt ꝓpria. currēs eſt hō pter ſortē. hoc pa

tuit in exceptiuis. Secunda ſic conuertitur. aliquis homo equitãs illum equum quem habet eſt homo habens equum.

¶ Ad quintũ de iſta. ego ſum iohãnes. multiplex eſt modus rñdendi aliquibus dicentibus ꝙ nõ poteſt cõuerti niſi a proferente aliquibus dicentibus ꝙ ſi ego quererẽ a ſorte conuertentẽ huius. ego ſum iohãnes. ſortes debet repetere conuerſam ſic dicendo. vos q̃ritis a me cõuertentem iſtius. ego ſum iohãnes dicitur ꝙ eſt hec iohannes eſt ego. ⁊ ſicut ꝯñs eſt falſum ita eſt antecedens: q꞉ antecedens non ẽ propoſitio ꝓbata a me ſed a ſorte hoc ſecunduꝫ dictũ realiter non differt ab illo primo: q꞉ queratur a ſic dicẽtibus cõuertens huius cõuerſe ꝓbata a me ſine reſumptione conuerſe. Si dicaꝫ ꝙ non poteſt conuerti coincidunt cũ primo dicto. Si dent cõuertentem eorũ modus non ſatiſfacit: propterea dicitur ꝙ ſortes poteſt hanc conuertere ſic. ergo iohãnes es tu. ⁊ licet vocaliter ſubiectũ cõuerſe nõ ſit predicamentũ cõuertentis: eſt tñ mentaliter qḋ ſufficit: q꞉ qñ ego ⁊ tu accipiuntur pro eadem re ſunt termini ſinonimi. Sed tunc eſt queſtio an pronomẽ tu: poſſit reddere ſuppoſitũ verbo prime perſone poſt ꝙ̃ eſt ſinonimũ cum ego: quã grãmaticis dimittimus diſcutiendam vel ſic poteſt cõuerti a ſorte ergo iohãnes eſt ego. ita ꝙ ſortes loquatur nomine iohãnis. ⁊ illud ꝯñs eſt verum ſicut ⁊ aña ꝙ liceat ſorti loqui in perſona iohãnis per pronomẽ prime patet ex pſalmo. Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. vbi hõ celebrans loquitur in perſona patris. Ideꝫ ptꝫ de ſcriptoribus vbi ſortes ſcriptor loquens nomĩe alicuius principis dicit. Nos iacobus gratia dei ⁊c. vbi ſortes ſcriptor loquitur in ꝑſona alteri᷒. Et ita de talibus dicatur. ego vel tu ſum currens: ergo currens eſt ego vel tu. ſortes eſt ego tu vel ille: ego tu vel ille ſum es vł eſt ſortes ſemper tenẽdo vniuocationem pronominum ⁊ exigentiam verbi vel verborum ad extrema.

¶ Ad ſextũ dubiũ vbi ponebať ꝙ .a. a parte ſubiecti ſignificet hoieꝫ: ⁊ a pte predicati aſinum: tunc queritur de conuertente iſtius .a. eſt riſibile. Reſpondetur ꝙ ſic conuertitur: ergo riſibile eſt hõ. ⁊ ꝙ̃ꝙ̃ vocaliter de extremo nõ ſit extremũ: ſit tamẽ ſinonime quod ſufficit: queãdmodum hic eſt bona cõuerſio. marc᷒ eſt orator: ergo orator eſt tullius.

¶ Contra hoc arguiť ponendo ꝙ .a. a parte ſubiecti ſignificet hominẽ: ⁊ a pte pdicati aſinũ: ⁊ qḋlibet ſinonimũ eius: iã ſolutio ꝓcedens nõ habet locuꝫ. Hic poteſt dici ꝙ iſte caſus non eſt admittendus in cõuerſionib᷒ q꞉ materia conuerſionũ ſuper hoc dependet ꝙ termini vniformiter teneanť: ⁊ iſtud iuuenib᷒ ẽ facile. Sed ſecundum regulas artis obligatorie non ſatiſfacit aliter reſpondendũ eſt: q꞉ iſte caſus eſt poſſibilis. A. a pte ſubiecti ſignificat hominem ⁊ a parte predicati aſinuꝫ quo admiſſo quando proponitur hec .a. eſt riſibile: ergo riſibile eſt .a. concedať: q꞉ ꝓpter nullũ poſſibile poſitum eſt neceſſariuꝫ negandum. ſed ſi ꝓponas hanc .a. eſt riſibile: eam nego: q꞉ ſenſus eſt: hec littera .a. eſt riſibilis: q꞉ non ſequitur .a. a parte ſubiecti ſignificat hominem: ergo .a. eſt riſibilis. quemadmoduꝫ non ſequitur deus eſt ſignificat hominem eſſe aſinum: ergo homo eſt aſinus vł ecõuerſo. Et ſi ꝓponas .a. eſt riſibile eſt verũ trãſeat: licet poſſim negare: ⁊ ſic infere: ergo riſibile eſt .a. eſt verũ. ego cõcedo: q꞉ ſeq̃tur ex poſito cuꝫ bene cõceſſo. ⁊ ſi inferas: ergo riſibile eſt aſinus eſt verum cõceditur. nego tñ ſemꝑ ꝙ riſibile ſit aſinus: q꞉ propter nullũ poſſibile cõceſſum ẽ impoſſibile concedendũ: mõ hominẽ eſſe aſinum eſt verum eſt poſſibile: ſit ibi analogia ꝙ ſi mihi ponas ꝙ iſte ꝯuertantur. deus eſt ⁊ hõ eſt aſin᷒ debeo admittere: q꞉ poſſibilis ẽ caſus. ⁊ ſi ꝓponas deus eſt cõcedã negãdo ſemꝑ hanc. hõ ẽ aſinus. Et ſi arguas. iſte cõuertunť ⁊ deus eſt: ẽ verum: ergo hõ eſt aſin᷒ eſt veꝝ. ego concedo ꝙ eſt verum ⁊ ꝙ eſt cõcedendũ: q꞉ ſequitur ex poſito cum bene conceſſo bene ſeq̃tur de᷒ eſt ⁊ hõ ⁊ aſinus conuertuntur: ⁊ deus eſt: eſt cõcedẽdũ: ergo homo eſt aſinus eſt cõcedendũ. quandocũq; tamen proponis ꝙ homo eſt aſin᷒ eam negabo. Hoc argumentum hic non poſuiſſem niſi q꞉ a Johanne dorp ⁊ ab aliis eſt incertum non intelligentibus obligationes.

¶ Ad ſeptimũ de iſta. marcus ⁊ tullius ſunt. videtur aliquibus ꝙ ſit impropria eo ꝙ coniunctio copulatiua debet copulare inter diuerſa iuxta illud Alexandri. Jungit diuerſa coniunctio ſignificata.

Doctrinale.

¶ Reſpõdeť ꝙ illa eſt cõgrua nec oportet ꝙ cõiunctio coniungat inter diuerſa realiter: ſed ſufficit ꝙ partes videãtur diuerſe: queãdmodum hic eſſet cõſtructio tranſitiua marcus vidit tulliũ. ⁊ per diffinitionẽ ꝯſtructionis tranſitiue ptes dñt eſſe diuerſe. iuxta illud. Signant diuerſa cõſtructio trãſeat iſta. ſed ſufficit ꝙ partes ſpectẽt ad diuerſa. toto illo ſuppoſito dicat Buridan᷒ in cõſequentiis ⁊ albert᷒ de ſaxonia in ſua logica ꝙ ad formaliter conuertẽdum oportet addere ens vel entia in conuertente: alias conſequentia non eſt formalis: cuꝫ antecedens ſit verum et conſequens falſum: q꞉ ꝙ̃ꝙ̃ ſequatur. deus eſt: ergo ens eſt deus. In ſimili non ſequitur. populus eſt: ergo ens eſt populus. Similiter licet ſequať. ſortes ⁊ plato ſũt ergo entia ſunt ſortes ⁊ plato in ſimili tamen non ſequitur. marcus ⁊ tullius ſunt: ergo entia ſunt marc᷒ ⁊ tulli᷒. Sed iſtḋ nihil valet: q꞉ ſi caperent extrema eadem vel ſinonima conuerſio eſſet optima. de iſta marcus ⁊ tullius ſunt. conuertens eſt entia ſunt marcus et tullius que eſt vera: quia due medietates tullij ſunt marcus et tullius. ſuppono tullium eſſe. Et eodem modo hic. deus ⁊ gubernans mundum ſunt: ergo entia ſunt deus ⁊ gubernans mundum. vbi cõuertens eſt verum: quia tres ſunt perſone in diuinis ſunt deus ⁊ gubernans mundum. et eodem modo hic. michael ⁊ hic angelus ſunt per pronomen demonſtrãdo michaelem: ergo entia ſunt michael ⁊ hic angelus: ⁊ quemadmodum conſequens eſt falſum: ita et antecedens. Et ex iſto ſolui poteſt argumentum hoc. populus eſt: ergo ens eſt populus. quia quero ab eis predicatum cõuerſe ſi dicãt ens vlterius querã. vel capiť ſubſtantiue vel adiectiue hñs trãſcendẽs pro ſubſtantiuo: vel hꝫ iſtũ terminũ popul᷒ pro ſubſtantiuo. Si dent vltimũ membrũ tũc male conuertunt. Sed opꝫ ſic ꝯuertere. ergo exiſtens popul᷒ eſt populus. vbi conuertẽs eſt vera ſicut ⁊ cõuerſa. Si dent prĩa

Buridan᷒

ſa. Si dent prima mēbra cōſequentia eſt bona: ꝛ quēadmodū ꝯñs eſt falſum: ita et antecedēs qꝛ iſta eſt falſa. populus eſt ens. capiēdo ens ſubſtā tiue. ꝛ eodē modo hec eſt falſa. michael ꝛ hic angelus ſunt. ꝛ nego hāc cōſequētiā. michael ꝛ hic angelus ſunt michael: ergo michael ꝛ hic angelus ſunt nec arguitur a propoſitione de eſt tertio adiacente ad eſt ſcdm adiacens eo ꝙ tranſcen dens incluſum in verbo pluralis numeri nō eſt ſuperius ad predicatum propoſitionis de eſt ter tio adiacente quod requiritur. Et hic.

Qñ ſubiectū ꝛ p̄dicatū ſunt varij nūeri opꝫ mutare copulam.

¶ Notādū eſt ꝙ qñ ſubiectū ꝛ predicatū ſunt varij nūeri oportet mutare copulā ſingularē in pluralē ꝛ ecōuerſo: vt totū eſt ſue ptes: ergo ptes ſui totius ſunt totū. De vltimo queſito: ſcꝫ cōuertēs huius cōuerſionis eſt falſuꝫ ergo falſum eſt cōuertēs huius ꝯuerſionis. Sꝫ ꝙ cōſequētia eſt bona: cōuerſa eſt vera: ꝛ cōuertēs falſa: nec hoc eſt incōueniens qñ cōſequēs ſe fal ſificat. Pro vltimo queritur quomodo iſta ꝯuer titur. nullus homo falſe eſt animal. et ſimiliter iſta. nō omnis homo non eſt currens.

¶ Ad primū dicit ꝙ ſic cōuertitur. nihil falſe aīal eſt hō. falſe debet determinare iſtū terminū aīal in cōuertente: qꝛ ipm determinabat in antecedente. pōt etiā dici ꝙ illa eſt impropria: ꝙ falſe nō poteſt determinare copulā: ſꝫ totā cōpoſitionē. Tertio ſic ꝯuertit ergo nullū aīal falſe eſt homo. ꝛ cōſequens eſt verum ſicut ꝛ antecedens. Et ſi arguas. brunellus falſe eſt homo. ergo aliquod aīal falſe eſt homo. cōceditur cōſequētia: ſed negatur antecedēs: quia brunellus nec vere nec falſe eſt homo. Sic tripliciter reſpondet Johannes dorp. ſed primū dictū eſt melius licꝫ duo vltima dicta ſufficiāt de alia ꝓpoſitione. ſ. nō oīs homo non eſt currens. capiatur ſua equipollēs. ſ. homo eſt currēs. ꝛ tunc facile eſt eā cōuertere: nō tamē nego quin ipa ē cōuertibilis in propria forma: ergo currēs non oīs homo nō eſt ita ꝙ potiſſimū in hac arte ſeruandū eſt ꝙ reperiātur extrema anteꝗ̄ inchoet cōuerſio: et rñdēs pōt eā opponēre in extremis cōuenire anteꝗ̄ cōuerſionē aggrediat: ꝛ ſic facile eſt tales conuertere nō eſt ita ꝙ homo eſt aſinus nihil eſt homo quin ipſum eſt aīal non eſt veriſimile ꝙ plato fuit doctior ariſtotele q̄tienſcūꝗ fuiſti pariſius totiēs fuiſti homo. De iſtis ꝓpoſitionibus ad equitandū requiritur equus. ad ſalutem requiritur bapriſmus. non eſt ſpālis difficultas ex parte cōuerſionis. De iſtis pariſius ꝛ rome venditur piper: ter celebraui miſſas futurus eſt ſermo in ypotheticis.

Johānes dorp.

¶ Conuerſio per contrapoſitionem ꝛc.

Conuerſio p cōtrapoſitionē eſt facere de ſubiecto predicatū ꝛ de predicato ſubiectū manēte eadem qualitate et quantitate: ſed mutatis terminis finitis in terminos infinitos: ꝛ hoc modo conuertitur vniuerſalis affirmatiua in vniuerſalē affirmatiuam: ꝛ particularis negatiua in ſeipſam: vt omnis homo eſt animal: ergo omne non animal eſt nō hō. quidā homo nō eſt lapis: ergo quidam nō lapis nō eſt homo. Unde verſus

Simpliciter feci cōuertitur eua per acci.
Aſt o per cōtra ſic fit cōuerſio tota. Aſſerit a negat e: ſunt vniuerſaliter ambe. Aſſerit i negat o: ſunt particulariter ambo.

Et ſciēdū eſt ꝙ ſignū poſitū in ſubiecto ꝓpoſitionis que dꝫ cōuerti quodcūꝗ ſit illud dꝫ poni ſupra totū predicatum ꝛ reducere ipſum ad ſubiectum in cōuertēte. Preterea eadē eſt conuerſio propoſitionis particularis indefinite et ſingularis.

¶ Circa hunc textum. Notandū eſt ꝙ cōuerſio per cōtrapoſitionē eſt facere de ſubiecto p̄dicatū ꝛ ecōuerſo: ſaltē ꝑtialr mutādo terminos finitos in infinitos: vt oīs hō eſt aīal: ergo oē non aīal eſt nō hō. et hoc mō cōuertuntur vlis affirmatiua ꝛ particularis negatiua. poſtea in littera ponunt duo carmina. Simpliciter feci cōuertitur eua p acci. Aſt o p ꝯ ſic fit ꝯuerſio tota. A. ſꝑ in logica vniuerſalē affirmatiuā ſigt. e. vniuerſalē negatiuā. i. ꝑticularē affirmatiuā. o. ꝑticularē negatiuā. tūc ſic texunt carmina ſimpliciter feci ſe. i. vniuerſalis negatiua. ci. particularis affirmatiua ſimpliciter. i. cōuertunt ſimpliciter. Cōuertit eua p acci. e. i. vlis negatiua. ua. i. vlis affirmatiua conuertitur p acci. i. p accidēs. Aſt o p cōtra. aſt. i. vlis affirmatiua. o. i. ꝑticularis negatiua cōuertit p cōtra. i. p ꝯtrapoſitionē. Ex quo ptꝫ ꝙ qñ nobis ꝓponitur vlis negatiua poſſumus eā cōuertere vel ſimpliciter vel p accidens: vt nullū mortuū eſt hō: ḡ nullus hō q̄ eſt: eſt mortuus: vel aliq̄s hō q̄ eſt nō eſt mortu⁹. ſemꝑ ſeruādo antedicta in cōuerſione ſimplici ꝛ p accidēs: qꝛ hec cōuerſio nihil valet: vt ante viſum eſt. hō eſt mortu⁹: ergo mortuū eſt hō. qꝛ arguit ab amplo ad nō ampliū affirmatiue. ꝛ ſi nō valet p regulā ꝯñalē ex oppoſito ꝯñtis nō ſequit oppoſitū añtis: qꝛ arguitur a nō amplo ad ampliū negatiue. ꝛ cum diſtributiōe ampli. Eodē mō hic. nullū diuiſum eſt cōtinuū ergo nullū cōtinuū qd̄ eſt eſt diuiſum: vel aliqd̄ cōtinuū qd̄ eſt nō eſt diuiſum. Similiter vlis affirmatiua duobus modis poteſt conuerti: vt omnis homo eſt pictus. ſic cōuertit p accidēs: ergo hō pictus eſt hō pict⁹. et p contrapoſitionem ſic. oīs non homo pictus eſt nō hō pict⁹. Et ſequit in littera. Þrerea eadē eſt cōuerſio ꝑticularis indefinite ꝛ ſingularis.

¶ Cōtra quā litterā arguunt dorp. ꝛ georgius: vel p eandem petrus hiſpa. intelligit idemptitatē numeralē: ꝛ hoc eſt falſuꝫ vt liquet. vel intelligit idēptitatē ſpecificaꝫ ſic. ſ. ꝙ eodē mō cōuertunt. Et arguūt ꝙ nō: qꝛ ſingularis negatiua pōt ꝯuerti: ꝑticularis negatiua nō pōt cōuerti: ergo nō eodē modo conuertuntur.

Dorp. Georgius.

¶ Ad hoc reſpōdent ꝙ hoc eſt oppoſitū ex vitio ſcriptorū et nō a petro hiſpa. In ſignū cui⁹ dicit Dorp. Buridanus illā particularē nō adiunxit: vel dicſt intellexit ꝙ ſingulares poſſunt conuerti ſicut particulares hoc eſt nō repugnat eis cōuerſio: nō ꝙ eodē mō cōuertentes cum ꝑticularibus iſtud nihil valet. prīa ratio quam adducunt futilis eſt dicentes ꝙ ꝑticularis negatiua non poteſt conuerti: hoc nego immo iſta. aīal non eſt homo. multiphariā con

Buridan⁹

uertitur. Tū primo: hō aīal nō eſt. Tū ſcdo: hō nō
oē aīal eſt. Tū tertio: oīs hō. b. aīal nō eſt. Tū ꝗr
to: oīs hō aīal nō ē nec valet dicere ꝙ gēntula eſt
appoſita ex vitio ſcriptoris: qꝛ idē dicā in ꝗ̄s alio
dicto ſummulaꝝ: viſo ꝙ paſſiꝰ oēs libri ſ̄ habeāt
ꝛ littera ſaltē mei buridani hꝫ: nec valet hoc vbi
dꝛ conuenit ſingularibꝰ poſſe conuerti: qꝛ ꝗ̄ro ꝗ̄
re cōparauit ſingulares cū particularibꝰ magis
ꝙ̄ cū vniuerſalibus. Propterea dicit ꝙ volebat
dicere ꝙ ſingulares regulariter conuertunt̄ ſim
pliciter quemadmodū particulares: vt ſortes eſt
plato: queadmodū iſta. homo eſt aīal. etiā nōnū
ꝙ̄ ſingulares nomine particulares appellātur.

Cōtra totā litterā arguitur
ſic. nō ſequit̄ oīs hō eſt exiſtēs: ergo oē nō exiſtēs
eſt nō hō. ꝛ tn̄ eſt ibi cōuerſio per cōtrapoſitionē
ergo cōuerſio p cōtrapoſitionē nihil valet. pbat̄
maior: qꝛ antecedens eſt verum ꝛ conſequēs fal
ſum. falſitas conſequentis patet: quia eſt vna af
firmatiua cuius ſubiectum non ſupponit.

Cōuerſio per cōtra poſitionē nihil valet qn̄ pdica tuꝫ eſt trā ſcendens.

Reſpondetur ſicut cōmuniter di
citur ꝙ cōuerſio p cōtrapoſitionē nihil valet qn̄
pdicatū vniuerſalis affirmatiue eſt trāſcendens
vt contingit in propoſito. nec tenet qn̄ ſubiectū
particularis negatiue non ſupponit. non ſequi
tur. chimera non eſt homo: ergo non homo nō
eſt non chimera aūs eſt verum: qꝛ negatiua nō
pregnans cuius ſubiectū nō ſupponit: ꝛ ꝯñs eſt
falſuꝫ: quia tranſcendēs negatur de ſuo inferio
ri ſtante determinate: etiam ſuum contradicto
rium eſt verum: qꝛ omnis nō homo eſt nō chime
ra: vt patet inductiue. etiā nō tenet in terminis
diuinis: qꝛ nō ſequit̄ oīs eſſentia diuina ē filiꝰ: ꝗ̄
oīs nō filiꝰ ē nō eſſentia diuina. aūs eſt verꝫ incō
plexe diſtribuēdo ſubiectū: ꝛ cōſequens falſuꝫ: qꝛ
patet eſt nō filiꝰ: ꝛ tn̄ nō eſt nō eſſentia diuina.

Cōtra litterā arguit̄ ſcdo ex
tra caſus iſtos nō ſequitur. bos aſinus non eſt
aſinus: ergo non aſinus nō eſt nō bos aſinꝰ. ꝛ tn̄
eſt cōuerſio per cōtrapoſitionē. igit̄. ꝙ nō ſequa
tur patet. aūs eſt verū queadmodū dictuꝫ eſt in
cōtradictorꝫ. ꝛ cōtradictoriū conſequentis eſt
verum: ſcꝫ hominis nō aſinus eſt non hominis
aſinus: vt patet per inductionem.

Reſpōdet̄ cōcedēdo ꝙ nō ſe
quit̄ qn̄ ſubiectū eſt aggregatū ex determinatiōe
nō accepta vnica acceptiōe cū ſuo determiabili.

Cōtra hoc arguit̄ ſic. extra
caſus iſtos nō ſequit̄. homo nullus hō eſt: ergo
nōnullus hō nō eſt nō hō. ꝛ tamē eſt cōuerſio p
contrapoſitionē. igitur. qꝺ non ſequat̄ patet: qꝛ
antecedens eſt verū ꝛ conſequens falſum. ꝙ an
tecedens ſit verū pbatur. Berta nullus hō eſt:
ꝛ berta eſt homo: ergo homo nullus hō eſt. ꝙ cō
ſequens ſit falſum patet: qꝛ ſuū oppoſitū eſt ve
rum. oīs non homo eſt non homo.

Reſpōdetur ꝙ hoc argumē
tum non cogit: nego ꝙ non ſequatur ſaltē pro
argumento. ꝛ conceditur ꝙ antecedens eſt verū
negata falſitate conſequentis. ꝛ nego ꝙ contra
dictorium conſequentis ſit verum. ꝯdictorium
cōſequentis nō eſt hec. oīs non hō eſt nō hō. ſed
hec oīs non aliquis homo eſt non homo. que eſt
falſa. Preterea arguitur non ſequitur. a. homo
non eſt animal: ergo non animal non eſt nō ho
mo. ꝛ tn̄ eſt cōuerſio p cōtrapoſitionē. igit̄. ꝙ nō
ſequat̄ pꝫ: qꝛ antecedens eſt verum cū cōtradi
ctorio cōſequētis. omne nō aīal eſt nō homo.

Ad hoc argumētum pōt re
ſpōderi ꝙ nō bn̄ ꝯuertit̄. ſꝫ oportet ſic cōuertere
a. nō aīal nō eſt nō homo. ꝯñs huius eſt verum.

Cōtra oīa iſta arguit̄ ſic. nō
ſequit̄. hō nō eſt lapis: ergo nō lapis nō ē nō hō.
qꝛ poſito ꝙ deꝰ deſtruat oīa alia a ſe: aūs eſt verū
ꝛ cōſequens falſum. immo poſito ꝙ illa ꝯuerſio
ſcripta maneat cū deo: ꝛ nūc iſta eſt vera. hō non
eſt lapis. qꝛ eſt negatiua de ſubiecto nō ſupponē
te. ꝛ cōſequens eſt falſum. ſ. non lapis nō eſt non
homo: vt pꝫ per eius contradictorium. oīs non
lapis eſt non homo. quia iſte. non lapis eſt non
homo demonſtrādo conuerſionem ꝛ quamlibet
partē eius. ꝛ iſte. non lapis eſt nō quamlibet per
ſonam in diuinis demonſtrando.

Reſpondetur ꝙ illa conuer
ſio nihil valet prout bene oſtendit argumentū
ſed tunc ſubiectū negatiue nō ſupponit: ſed hoc
non tollit argumentū. qꝛ nūc quando ſubiectū
ſupponit oſtēditur conſequētia mala. Et ex illo
poteſt oſtendi ꝙ hec conuerſio nihil valet. a. ho
mo non eſt animal: ergo. a. nō aīal nō eſt nō ho
mo. qꝛ poſito ꝙ deꝰ deſtruat oīa alia a ſe: ita eſt
ſicut ſignificatur p antecedēs ꝛ cōtradictorium
conſequentis. ſ. oīe nō aīal eſt. b. nō homo. qꝺ
patet: qꝛ nō homo eſt oīe non aīal. qꝛ eſſentia
diuina que eſt nō homo eſt oīe non aīal. ſed in
iſto caſu antecedens nō poteſt eſſe verū cōſequē
te exiſtēte falſo: qꝛ ſi antecedens eſt verū: antece
dēs eſt. ꝛ ſic iſta eſt falſa. non homo oīe nō aīal
eſt: ſed hoc nō arguit conſequentiā bonā: qꝛ pōt
ita eſſe in re ſicut ſignificatur p antecedēs quan
do nō ita erit ſicut ſignificatur per conſequens:
et hoc non ſufficit ad maliciam conſequentie.
Per idem medium.

Arguitur in affirmatiuis.
Non ſequitur. oīs homo eſt animal: ergo omne
non animal eſt non homo. ꝛ tamen predicatum
vniuerſalis non eſt tranſcendens. qꝺ nō ſequa
tur probatur: quia poſito ꝙ nihil eſſet in mun
do preter homines antecedens eſt verum ꝛ con
ſequens falſum. Forte dicis ſicut dicendū eſt ꝙ
hec conſequentia eſt bona eo ꝙ ſi animal eſt nō
animal eſt: ꝛ ſi homo eſt non homo eſt: qꝛ ſi ho
mo eſt ſua anima eſt: ꝛ per conſequens non ho
mo eſt. oſtendo intentum per hanc omnis ſpiri
tus eſt ſpiritus: ergo oīs non ſpiritus eſt non ſpi
ritus. Poſito ꝙ deus deſtruat omnia alia a ſe et
ab angelis: ita eſt ſicut ſignificatur per antece
dens: et tamen non ita eſt ſicut ſignificatur per
conſequens. hic poteſt dici ꝙ predicatum vniuer
ſalis eſt tranſcendens in illo caſu: quia tunc pro
quolibet ſupponit hoc non impedit argumen
tum: vt ante dictum eſt in particulari negatiua
Et ex hoc colligitur ꝙ nunc conſequentia nihil
valet: ꝛ ſic veraciter pauce ſunt conſequentie bo
ne per hanc regulam tenentes vel nulle. nec hoc
imputandum eſt auctori: vt multi faciunt: quia
boetius in tractatu de ſillogiſmis cathegoricis: Boetius.
ꝛ commentator ſeptimo phiſicorum: et pleriſqꝫ
aliis locis de hac conuerſione mentionē faciūt
vtrum auctor hoc debeat purgare vel non: non
loquor. Sed Ariſtoteles in prioribus de hac con

uerſione nihil locutus eſt: q2 nō deſeruiebat ſuo propoſito: ad reducendos ſillogiſmos imperfectos ad pfectos. Etiam eſt veriſimile ꝙ in diebus eius non erat inuenta argumentum eſt: q2 per eum examinata fuiſſet: ſed ponendo cōſtantiam conſequētia eſt bona ſic arguendo. omnis homo eſt exiſtens et non exiſtēs eſt et nō homo eſt: ergo omne non exiſtens eſt non homo. omnis homo eſt nō currens ⁊ currens eſt ⁊ non hō eſt: ergo omne currens eſt nō homo. hō non eſt animal et hō eſt ⁊ animal eſt. ergo non animal non eſt nō homo. Et particularis affirmatiua poteſt ſic cōuerti: et vniuerſalis affirmatiua in particularē affirmatiuam. exēplū primi. homo eſt animal. ergo nō animal eſt nō homo. exemplum ſcdi. vt omnis homo eſt aīal: ergo nō aīal eſt nō homo. ſed vniuerſalis negatiua nō poteſt ſic cōuerti: quia nō ſequitur. nullus homo ē currens ⁊ non currens et nō homo eſt: ergo nullū non currēs eſt non hō. Etiam iſta conuerſione nō fit de extremo ad extremū: ſed ſupadditꝰ negatio: ⁊ arguitur a non diſtributo ad diſtributū reſpectu termini infinitati.

Eadē vlis affirmatiua cōuertitur ſimpliciter p accidēs et p cōtrapoſitionem.

Ex his omnib' patet ꝙ aliqua vniuerſalis affirmatiua conuertitꝰ ſimpliciter per accidens ⁊ per cōtrapoſitionem vtputa iſta. omnis hō omne animal eſt. que poteſt bifariam conuerti ſimpliciter. Tum primo. omne animal oīs homo eſt per locum ab equiualentib'. Tum ſecūdo. omne animal eſt homo remanente conuerſione ſimplici. et ibi eſt caſus in quo conuertens non infert cōuerſam. Et tertius caſus patet ex antedictis arguendo a min' amplo ad maius amplum. non ſequitur. albus eſt vel fuit homo: ergo homo fuit albus. ⁊ tamē antecedens eſt conuertens conſequētis.

Particularis negatiua tripliciter cōuertitꝰ.

Particularis negatiua tripliciter conuertitur: vt patet de hac. animal non eſt homo per contrapoſitionem non eſt queſtio ſimpliciter et per accidens ante oſtenſum eſt. idem cōtingit de particulari affirmatiua. homo omē animal eſt. ſimpliciter ſic. animal eſt homo. per accidēs. omē animal eſt homo. per contrapoſitionem. non aīal eſt non hō. Idem dicas de hac. ſortes oē aīal eſt et de iſta. ſortes non eſt animal.

Finaliter q̄ritur an iſta concluſio ſit ſimplex. quidam homo eſt animal: ergo animal quidā homo eſt. poſtꝙ conuerſa eſt particularis et conuertens eſt indefinita.

Particularis ⁊ indefinita p eadē quantitate reputantur.

Dicitꝰ ꝙ eſt ſimplex: quia particularis et indefinita p eadem quantitate reputantur. Si quis velit dicere oppoſitum difficultas eſt ad nomen. ſimiliter videtur ꝙ iſta non eſt formalis. nullum animal eſt currens. ergo nullum currēs eſt animal. quia in ſimili forma non ſequitur. nullum mortuum eſt animal: ergo nullum animal eſt mortuum. Dicitur ꝙ pma eſt formalis nec inſtatur in ſimili forma: quia non remanet ſimilitudo copularum minus principalium virtualiter incluſarum: quia mortuum eſt terminus ampliatiuus virtualiter includens fuit. Sec' eſt in alia ſed adhuc videtur ꝙ non ſequitꝰ formaliter. animal eſt homo: ergo homo eſt animal. quia in ſimili forma eſt dabilis inſtantia. homo eſt animal: ergo lignum eſt lapis. quod ſecūda cōſtantia ſit eiuſdem forme cū prima probatur: quia antecedens eſt eiuſdem forme cum antecedente: et conſequens cum conſequente: ⁊ nota cum nota: ergo vna totalis conſequētia eſt eiuſdem forme cum alia.

Reſpondetur concedendo ꝙ antecedens vnius eſt eiuſdem forme cum antecedente alterius: et conſequens cum cōſequēte. et nota cum nota. ſed nego conſequentiā: ꝙ ille due conſequentie ſint eiuſdem forme inter ſe: et cauſa eſt: quia ſunt plures termini ſinonimi in prima conſequentia ꝙ in ſecunda: ppter habitudinem terminorum in antecedente ⁊ in conſequente poſitorum. Reputoq́ in hac materia maior difficultas eſt in dandis extremis: vt de talibus. Tedet animam meam vite mee. intereſt regis gubernare regnum. et ſic de talibus verbis imperſonalibus: que propoſitiones primo ſunt reſoluende: et poſtea facile eſt eas conuertere. Prima ſic reſoluitur. anima mea habz tedium de vita mea. Secūda ſic. ſpectat ad regē gubernare regnum: et eodem modo ſi ponātur verba accepte actionis: vt tonitruat. grandinat deus tonitruat: vel natura tonitruat. et ita de alijs dicatur.

Ad hoc ꝙ ꝯhe ſint inter ſe eiuſdem forme qd reqritꝰ.

In verbis impſonalibus quō fienda cōuerſio.

Sequitur de equipollentijs.

Equitꝰ de equipollētijs: de qb' tales dantꝰ regule. Prima rła. Si alicui ſigno vli vł pticulari pponatꝰ negatio: equipollet ſuo ꝯdictorio: vt iſte equipollēt. nō oīs hō currit: ⁊ qdā hō non currit. Scda rła. Si alicui ſigno vli poſtponatꝰ negatio: eqpollet ſuo ꝯtrario: vt iſte due equipollēt. oīs hō non currit ⁊ nullus hō nō currit. abſoluēdo oīs a gñe. Tertia rła. Si alicui ſigno vli vł pticulari pponatꝰ vel poſtponatꝰ negatio equipollet ſuo ſubalterno: vt iſte due eqpollēt. nō oīs hō nō currit ⁊ qdā hō currit. ⁊ dicte rłe in his verſib' cōtinentꝰ. Pre: ꝯtra dic. poſt cōtra. p poſtq3. ſubalter.

Rła pſualis p equipollētijs.

Ex his regulis infertur rła q̄ talis eſt. Si duo ſigna vlia negatiua ponantꝰ in eadē locutiōe: ita ꝙ vnū ſit ī ſubiecto ⁊ reliquū in pdicato: primū equipollet ſuo cōtrario p ſcdam regulā: qm̄ ei negatio poſtponitur ⁊ ſcdz ſuo cōtradictorio p pmā rłam: qm̄ ei negatio pponitur: vt nihil eſt nihil. eqpollet huic quodlibet ē aliqd. q2 p ſcdam regulā nihil nō ⁊ quodlibet equipollēt: ſicut omnis non ⁊ nullus. et per primam regulam non nihil ⁊ aliquid equipollēt: ſicut non nullus ⁊ quidam. et ſic due prime ſunt equipollentes. Verſus.

Nō oīs: quidā nō: oīs nō: quaſi nullus.
Nō nullus qdā: ſed nullus nō: valet oīs.
Nō aliqs: nullus: nō quidā nō valet oīs.
Nō alter neuter: neuter nō pſtat vterq3.

¶ Notandū eſt primo ꝙ iſte terminus equipollētia capit̄ duob⁹ modis. vno modo ꝑme intentionaliter: ⁊ ſic tm̄ valet ſicut res equalr̄ valētes. Alio modo capit̄ ſcđe intentionalr̄ et tm̄ valet ſicut ꝓpōnes equalr̄ valētes in illatione vel in ꝟitate vel falſitate extra inſolubilia. Et duob⁹ modis ꝓpōnes eq̄pollēt. vno modo materialiter vt riſibile currit ⁊ hō currit. In ſimili forma dātur due nō equipollentes. ſcʒ hō currit ⁊ rudibile currit. Alio mō ꝓpōnes eq̄pollent formaliter qn̄ mutuo ſe inferūt in cōſequētia formali. Et hoc duobus modis. Uno mō qn̄ equipollēt in ſignificando quēadmodū contingit in ꝓpōnibus ſinonimis. Alio mō in cōſequēdo tm̄: ⁊ iſtud ſolū membrū querim⁹ īpſentiarū. vn̄ ꝓpōnes equipollentes ꝑ has regulas nō ſunt ſinonime: vt datis iſtis duab⁹. nō ꝗlibet hō currit: ⁊ aliq̄s hō nō currit. in mētali ꝑme ponit̄ ſignū vl'e: in mētali alterius nullū. ſic de iſtis duab⁹ nō hō nō currit. ⁊ ois hō currit. in mētali ꝑme ponunt̄ due negatiōes: ī mētali ſcđe nulla.

¶ Notandū eſt ſcđo ꝙ ponuntur tres regule ex quib⁹ auctor quartā infert. et oēs regule dependent ſup hoc ꝙ oēs ꝓpōnes cōpoſite ex ſimilibus extremis eodē mō acceptis: quo ad ꝓprietates logicales. ſ. ad ſuppoſitionē: reſtrictionē: et ampliationē. dūmodo ſunt eiuſdē qualitatis equalēt: hoc eſt radix in oib⁹ regulis. ⁊ ſic ꝓponatur iſtō carmē. Pre cōtradic. hoc eſt demus duas ꝓpōnes ɔdictorias: ⁊ ꝓponam⁹ negationē vni ſm̄ ꝙ nobis libet: tūc aggregatū ex negatione ⁊ ꝓpōne cui addit̄ negatio eq̄pollet ꝓpōni q̄ cōtradicebat ꝓpōni cui addita ē negatio. vt ꝓbi cauſa. ꝓponamus has. ois mula ē ſterilis. mula nō eſt ſterilis. ille ɔtradicūt. addamus ꝑme negationē dicētes. nō oīa mula ē ſterilis. illa eq̄pollet iſti. mula nō eſt ſterilis. Similr̄ hec. nō mula non eſt ſterilis. equipollet iſti. ois mula eſt ſterilis. ⁊ hoc tangit̄ in illo ꝟbo pre contradic. qđ nō eſt ſic intelligēdū ꝙ aliq̄d equipolleat ſuo ɔtradictorio: ſed qđ aggregatū ex negatione ⁊ ꝓpōne cui addit̄ equipollet ꝓpōni cōtradicenti ꝓpoſitioni cui addita eſt negatio.

Intellect⁹ ꝟſuū de eq̄pollentijs

¶ Scđa regula eſt. datis duabus contrariis ſiue ſm̄ legē tm̄ ſiue ſm̄ modum enunciādi et legē ſimul addita negatione poſt terminū diſtributū imediate aggregatū ex negatione ⁊ ꝓpōne cui addit̄ negatio eq̄pollet propoſitioni q̄ cōtrariabat̄ ꝓpōni cui addita eſt negatio: ⁊ hoc tāgitur in illo ꝟbo. poſt cōtra. Dicit̄ hic imediate. q: ſi mediate ſequat̄ nō ꝓuenit eq̄pollentia. vt ꝓbi cauſa. iſte nō equipollent. quilibet hō aīal nō eſt. et nullus hō eſt aīal. eſto ꝙ deleta negatione a ꝑma remaneat ſufficiēs contrarietas. Nec iſte eq̄pollent ꝑ idē. cuiuſlibet hominis oculus nō eſt dexter: et nullus hois ocul⁹ eſt dexter. ſed eq̄pollens ſecūde eſt. cuiuſlibet hominis nō oculus eſt dexter. ſed iſte eq̄pollēt ꝑ regulā. nullus hō non currit: ⁊ quilibet hō currit. ita ꝙ hec ɔña eſt formalis. quilibet hō non currit: ergo nullus hō currit. quēadmodū cōtingit ſemꝑ formaliter arguere in eq̄pollentibus. Hic dʒ ſm̄ legē: q: iſte eq̄pollent ꝑ hāc regulā. ſortes quilibet hō nō eſt: ⁊ ſortes nullus hō eſt. ⁊ nō eſt q: ille cōtrariant̄ ſm̄ legē. ſortes quilibet hō eſt: et ſortes nullus hō eſt. Et ex illo patet hāc eſſe falſam. ſortes omne aīal nō eſt. q: infert hanc. ſortes nullū aīal eſt. ſed hec eſt ꝟa. ſortes nō oē aīal eſt. q: ſequit̄ ex hac vera ꝑ primā regulā ſortes aliqđ aīal nō eſt. et ex illo ptʒ hāc eſſe falſaʒ. oēs ſcholaſtici nō venerūt. poſito ꝙ aliq̄ venerit aliȷ̄ ꝟo nō. ⁊ hoc capiēdo oēs diſtributiue. ſed nō oēs ſcholaſtici venerūt. eſt ꝟa in caſu illo. Et cauendū eſt: q: frequenter abutimur in cōi modo loquendi cōcedendo tales ꝓpōnes falſas.

Cuiuſlibʒ hois oclīs nō ē dext.

¶ Tertia regula ē. pre. poſtq̄ʒ ſubalter. hoc eſt datis duab⁹ ꝓpoſitionib⁹ oppoſitis ſubalterne addendo geminā negationem ſubiecto vnius aggregatū ꝓpōnis cū negatiōib⁹ equipollet alteri. vt ꝓbi cauſa. nō hō nō eſt aīal equipollet iſti. ois hō eſt aīal. Et rurſus. nō ois hō nō eſt aīal. iſti. hō eſt aīal. nō nullus hō nō ē aīal. q̄dā hō nō eſt aīal. nō nullū hoiem nō videt plato. aliquem hoiem nō videt plato.

¶ Ex iſtis regulis actor īfert quartā que eſt hec. ꝙ qn̄ ſunt duo ſigna negatiua vl'ia in ꝓpoſitione primū equipollet ſigno cōtrario: ⁊ ſcđm ſigno cōtradictorio: vt nihil nihil eſt. equipollet iſti. quodlibet aliq̄d eſt. ⁊ lʒ auctor ponat vnuʒ ſignū poſt copulam opʒ intelligere verſa ante copulam: q: iſte formaliter nō equiualent. nihil ⁊ nihil. ⁊ nihil nihil eſt. dico formaliter. q: ille due naturaliter bn̄ equiualent. hoc patet. q: vtraq̄ ē neceſſaria. ꝙ iſta ſit neceſſaria nihil eſt nihil. ꝓbatur. ſua cōtradictoria eſt impoſſibilis. ſ. aliquid eſt nihil. ⁊ iſta eſt neceſſaria nihil nihil eſt. cū equipolleat iſti. quodlibet aliquid eſt. q̄ ſequit̄ ex iſta. aliquid eſt. ⁊ illa. Iterū ex iſta. deus eſt. Sʒ in ſimili forma dant̄ due nō equipollētes. ſ. nulla chimera eſt chimera: ⁊ nulla chimera nulla chimera eſt. prima eſt neceſſaria ⁊ ſcđa impoſſibilis. Ex iſto ptʒ ꝙ dabiles ſūt due ꝓpōnes equipollētes ꝑ oēs regulas. immo hoc frequētiſſime cōtingit. et hoc capiēdo iſtas. nullum aīal nulla ſubſtantia eſt: quodlibet aīal aliqua ſubſtātia eſt. ꝙ equipolleāt ꝑ primam regulam ptʒ. Sequeiret̄ ad intellectū prima negatio. iam remanebunt iſte due. quodlibet animal eſt ſubſtātia: et aliquod aīal nulla ſubſtātia eſt. que realiter cōtradicunt: ergo prepoſita negatione ꝓueniet equipollentia: ⁊ hoc ex pte prime regule. Secūdo datis eiſdem ꝓpoſitionibus ſequeiret̄ ſcđa negatio: iam remanebūt due quodlibet animal eſt ſubſtātia: et nullū animal ē ſubſtātia. que realiter cōtrariātur: poſtpoſita negatione erit equipollētia ex parte ſcđe regule. Tertio ꝓponātur eedem ꝓpōnes ſequeſtrata vtraq̄ negatiōe: iā remanebūt iſte due. quodlibet aīal eſt ſubſtātia. et aīal eſt ſubſtantia. realiter ſubalterne preponēdo et poſtponendo negationē habebit̄ equipollētia ex parte tertie regule. Quarto ꝓponātur eedem ⁊ capio illam cū duabus negatiōibus. ſcʒ nullū animal nulla ſubſtantia eſt primū ſignū equipollebit ſigno cōtrario quodlibet. ſcđm ſignū ſigno cōtrarie oppoſito. et habebitur hec. quodlibet animal aliqua ſubſtantia ē et hoc ex pte quarte regule: Et ita in aliis dicat̄ vt ex nihilo nihil fit. ſi vtraq̄ negatio capiatur neganter falſa eſt: et equipollet iſti. ex quolibet aliquid fit: quod ē manifeſte falſum. ſed iſta. ex nihilo nihil fit. in ſenſu quo conceditur a philoſopho eſt negatiua. et prima negatio capit̄ infinitanter: ita ꝙ ſit ſenſus. ex non ente nihil fit. Iterū iſta eſt falſa. ex nihilo nihil fit. vt ptʒ ꝑ eū

De eq̄pollentiis negationū.

Nichil nihil ē: nihil ē nihil de reliq̄s ꝓpōnib⁹ pluribus in negatione

contradictorijs. ex aliquo fit nihil. et hoc capiēdo negationē inclusam in nihilo negāter. Si infinitāter nota est eius falsitas: quia est una affirmatiua de neutro extremo supponente. unde ad facilē hic cōtradicendū qñ sunt plures negatiões ut nullus homo nullū aial est: vel nullus homo est nullum aial: vel nullus hō est ois homo: vel nullus homo est nōnullus homo. loco de nullus ponatur aliquis ceteris paribus.

Vide l eadez materia Albertū de saxo sophi. xix.

¶ Querit postq̄ locut' est de cōtrarijs cōtradictorijs et subalternis: quare nihil locutus est de subcōtrarijs et de eaz eq̄pollētijs.

Quare de subcōtrarijs et earū equipollētijs pe. b. obmutuit et quomodo l ipsis bāde sint equipollētie.

¶ Rñdet q͡ vl' sunt improprie vel sinonime de quib' nullus dubitat: ut ꝓ hi cau sa. homo currit: et homo nō currit. subcōtrariantur. ponat negatio post subiectū affirmatiue: iā illa erit sinonima alteri. si vos addatis negationē isti. homo nō currit. sic dicendo. homo nō nō currit. hic erit inutilis repetitio negationū: licz nō sit sinonimitas cū alia tamē artificiose tñ nō stando in negatione iste equipollēt. homo currit: et homo nō nō currit. quēadmodū iste nō q̄dā homo nō currit: et nullus homo currit. alioquī iste due. nullus homo currit: et quidā homo nō currit. nō possit pducere equipollentiā p tertiā regulā addēdo negationē particulari negatiue. et rō in oibus equipollentijs est: quia qñcunq̄ sunt due ppositiones eiusdē qualitatis cōposite ex terminis eodē modo stantibus ille equipollēt. hoc in principio assumptū est p fundamēdo. sed sic est in oibus regulis equipollentiaz patet inductiue. nō quilibet homo currit. est negatiua cuius subiectū stat determinate: et predicatū distribuit et idē contingit de hac quidam homo nō currit. nec est aliqua restrictio in una vel ampliatio: vel aliquod eiusmodi. qd̄ nō sit in alia idē pōt ostendi in oibus alijs regulis. Et ex illo principio infero qñ ponūtur tria signa negatiua ante copulā primū equipollet suo cōtrario. scdm signo cōtradictorio. tertiū ipsimet vel signo vli cū negatione postposita: ut nullus homo nullū aial nullo loco videt. equipollet isti. quilibet homo aliqd aial nullo loco videt. vel huic q̄libet homo aliqd aial quolibet loco nō videt. ratio est: sunt ambe negatiue: et primus terminus distribuitur a prima negatione. scds terminus stat cōfuse tñ. et cadunt duo signa in propositione vli se immobilitātia: et tertius terminus distribuitur a tertio signo: sz si fuerint quattuor signa negatiua primū eq̄pollet signo cōtrario. scdm cōtradictorio. tertiū cōtrario. quartū ɔdictorio. et sic in infinitū ascēdēdo per numerū parem: ut nullus hō nullū aial nullo tpe nullo loco videt. equipollet isti. quilibet homo aliquod aial quolibet tempore aliquo loco videt. sed ascendendo in infinitum per numerum imparē primū semper equipollet signo cōtrario: scdm signo cōtradictorio: de tertio dicatur sicut de primo: de quarto sicut de scdo. et semper vltimū impar eq̄pollet sibipsi vel signo vli negatione postposita: ut nullus homo nullū animal nullo tpe nullo loco disputās est: equipollet isti. quilibet hō aliqd animal quolibet tempore aliquo loco nullum disputans est vel quodlibet disputans non est. Idem de puris negationibus intellige: ut non homo non aial non tempore: non loco: nō disputans est. et istud tenet quando inter signa mediat unum cathegorema nō possunt dari certe regule pro omnibus sine magna prolixitate: sed semp respiciat ad fundamentū et ad terminorum acceptionem nec regule equipollentiarum superfluunt esto q͡ aliquibus regulis sine equipollētijs dari possint quia hoc non est adeo commode.

Regula p equipollētijs.

Alia regula eq̄pollētiarū quo ad signa negatiua.

¶ Contra oēs regulas ar͡ sic. iste nō eq̄pollēt. omne aial idem homini est substātia: et nullū animal non idem homini est substantia: cum prima sit vera et scda falsa: ergo secūda regula nulla. Forte dicis sicut dicēdū est q͡ scda regula vult q͡ negatio capiat negāter et nō infinitanter. et idem volunt omnes regule.

Cōtra eq̄pollentiarum regulas in negationib'

¶ Contra hoc ar͡. iste cōtrariantur. cuiuslibet hoīs oculus est dexter: et nullius hominis oculus est dexter: et tñ iste nō eq̄pollent nullius hoīs oculus est dexter: cuiuslibet hominis oculus nō est dexter: ergo scda regula non tz capiendo negationē negāter. Forte dicis q͡ male interseritur negatio negās. sed opz sic dicere. cuiuslz hoīs nō ocul' ē dexter ubi negatio immediate sequit terminū distributū: quia hoc sp requirit.

¶ Contra hoc ar͡. iste equipollēt. nullus hō sortes est: et quilibet homo sortes non est. et tamē negatio nō sequitur immediate terminū distributum. Forte dicis hoc nō inconuenire quando negationē sequit vel pcedit terminus discretus: quia termino discreto nō refert p ponere vel postponere negationem.

¶ Cōtra hoc arguit. iste equipollent. nullus asinus hominis currit. et quilibet asinus hominis non currit. et tamē ibi sunt termini cōes: et negatio sequitur immediate terminum non distributum: scilicet illum terminum hoīs qui stat confuse tñ. Forte dicis sicut dicendum est q͡ ille equipollent et negas q͡ negatio nō sequat immediate terminū distributū: quia sequitur hoc totū asinus hominis adeo immediate sicut illum terminū hominis: et sic cōcedit q͡ immediate seq̄tur terminū distributū et immediate sequitur terminum nō distributum.

Videatur de bāguest pfundissime hanc et alias ò obliquis tangēs probleмate decimode obliquis.

¶ Cōtra hoc arguit sic. iste cōtrariantur. ois homo omne aial est: et ois homo non est aial. et tamen nō equipollent ponendo negationē immediate post terminū distributū: ergo solutio nulla. minor patet: quia iste non equipollent. omnis homo non omne aial est: et ois homo nō est animal. quia prima est vera et secunda falsa. nec iste equipollent. nullus homo non est aial: et ois homo omne aial est. cum prima sit vera et secunda falsa. Rñdetur concedēdo q͡ iste contrariātur. omnis homo oē aial est: et omnis homo non est animal. Et ulterius cōceditur q͡ iste nō equipollent ponendo negationez immediate post subiectū distributum: quia hoc nō tenet quando predicatum distribuitur: sed dando istas contrarias nullus homo est aial: et quilibet homo quodlibet animal est. faciendo equipollētiam ponenda est negatio post predicatum distributum dicendo sic. quilibet homo quodlibet animal nō est. sed ista. nullus homo est animal non potest equipollere alteri per additionem solius negationis. Iste non equipollent. quilibet homo quodlibet animal est: et nullus homo non est animal. cum prima sit falsa et secunda vera immo dabiles sunt due contrarie sic se habētes q͡ neutra potest alteri equipollere (intelli-

gendo vt pauci ꝙ vtriuſq; addatur negatio. hoc patet de iſtis cuiuſlibet hominis aſinus non eſt aſinus: ꝛ cuiuſlibet hominis quilibet aſinus quilibet aſinus eſt. Iſte non equipollent: cuiuſlibet hominis non aſinus non eſt aſinus: ꝛ cuiuſlibet hoīs q̄libet aſinus q̄libet aſinꝰ eſt nec iſte cuiuſlibet hominis aſinus non aſinus nō eſt: ꝛ cuiuſlibet hominis q̄libet aſinus quilibet aſinus eſt: ꝛ iſte nullo pacto poſſunt equipollere p ſimplicē negationē ſitu eodē ſuato. ſed ſi iſta cuiuſlibet hominis aſinus non eſt aſinus reſoluat̄ in hāc equiualentem ei. cuiuſlibet hoīs quilibet aſinꝰ aſinus nō eſt. tūc poſſumus addere negationē ſic dicēdo. cuiuslibet hoīs quilibet aſinus nō aſinus nō eſt que equipollebit iſti. cuiuſlibet hoīs quilibet aſinꝰ quilibet aſinus eſt. Propterea ſanior ſolutio in vno verbo eſt ꝙ in oībus regulis oportet intelligere cetera paria: q2 tediosum eſſet propoſitiones reſoluere. Et lōge melius iſta intelligitur per fundamentum ante poſitum.

Intellectꝰ eq̄pollētiarū in oībꝰ regulis.

¶ Secūdo arguitur.

iſte contrariātur. oīs homo eſt aīal: et non. a. homo eſt animal. ꝛ tamē non equipollent per poſtpoſitionē negatiōis immediate poſt terminū diſtributū: ergo regula nulla. ꝙ ille contrariātur patz: q2 vna eſt vniuerſalis affirmatiua: ꝛ alia vniuerſalis negatiua oībus ſeruatis ad bonā contrarietatē: ergo contrariātur. Q; non equiualeāt hoc patet. iſta eſt vera. oīs homo eſt aīal. ꝛ iſta falſa nō. a. homo nō eſt aīal. ꝛ hoc eſt notū tenendo ꝙ nō eſt verius cōtradicere ꝙ̄ toti ppōni ꝛc. Reſpōdetur cōcedēdo ꝙ iſte cōtrariātur. non. a. homo eſt aīal: ꝛ oīs homo eſt aīal. ſed per poſtpoſitionē negationis non pueniꝛ equipollentia: vt argumentū bene oſtendit. Idē poteſt induci in ſubalternis affirmatiuis negatiuis in affirmatiuis iſte non ſunt ſubalterne. oīs homo eſt animal: ꝛ. a. homo ē aīal. ꝛ tū preponendo: ꝛ poſtponēdo negationē ſic dicendo. nō. a. homo non eſt aīal. nō reſultat equipollentia cum hac. oīs homo eſt aīal. In negatiuis iſte ſubalternantur. nullus hō eſt aīal: ꝛ. a. aliquis homo nō eſt aīal ꝛ tū iſte nō equipollent. nōnullus homo nō eſt aīal: ꝛ. a. aliquis homo non eſt aīal. q2 ſcḋa eſt vera ꝛ prima falſa: vt patz per veritatē ſue cōtradictorie. nullus homo nō eſt aīal. Idē patz de multis cōtrarijs. quo ad legē iſte cōtrariant̄. homo non eſt aīal: et oīs homo oīe aīal eſt. ſimiliter iſte. nullus homo currit: ꝛ iſte homo currit. ſaltē ſcḋm legē. ſed hec duo vltima exempla nō pcedūt cōtra cōem expoſitionē poſtꝙ̄ ſubiecta nō diſtribuūtur. etiam ꝛ iſta. homo nō eſt aīal. diſtribuēdo illum terminum homo ſiue per multa ſigna ſiue per reſolutionē in hanc. omne animal homo non eſt. tunc ſic addendo negationem. omne animal non homo non eſt.

De ſubalternis.

¶ Tertio arguit̄ cōtra regulā

iſte contrariantur. nullum aīal eſſe hominē eſt verum: ꝛ omne aīal eſſe hominem eſt verū. ꝛ tamen addendo negationem affirmatiue ſic. omne aīal eſſe hoīem nō eſt verū. nō prouenit equipollentia qḋ probatur ſic. iſta eſt falſa. nullum aīal eſſe hoīem eſt verū. ꝛ illa vera. oīe aīal eſſe hominē nō eſt verū. qḋ probatur ſic. ſequitur ex vero: ergo ipſa eſt vera. probatur antecedens bene ſequitur omne aīal eſſe hominem eſt falſum ergo omne aīal eſſe hominē eſt non verum. ꝛ ex cōſeq̄nti ſequit̄. oē aīal eē hoīez ē nō veꝝ: ḡ oīe aīal eē hoīem ē nō veꝝ. p̄ria ꝯña tenet ab inferiori ad ſuperius. oīe falſum nō ē verū. ſcḋa tenet ab affirmatiua ad negatiuam predicato variato penes finitū ꝛ infinitū ꝛ vltra: ḡ bene ſeq̄tur. oīe animal eſſe hoīez eſt falſum: ergo oīe aīal eſſe hoīem nō eſt veruz. quicquid ſequit̄ ad cōſequēs bone cōſeq̄ntie ſequitur ad eius antecedens. ¶ Reſpōdet̄ primo ad iſtas duas ꝓnullū aīal eſſe hoīem eſt verum: ꝛ omne aīal eſſe hoīez eſſe verū. eas diſtinguēdo. vel in iſta. oē aīal eſſe hoīem eſt veꝝ. hoc totū. oīe aīal eſſe hoīem. capitur materialiter. ꝛ eodē modo hoc complexuz nullū aīal eſſe hoīem. Pro eoꝝ dictis vel ppoſitionibus: ꝛ tūc nego ꝙ ſunt cōtrarie. Tū primo ſunt ambe indefinite. Tum ſecundo: ſunt ambe affirmatiue. Tum tertio: nō componūtur ex eiſdē ſubiectis. vel oīe aīal eſſe hoīem capitur materialiter p illo complexo et nullū ſignificatiue vel econuerſo: ꝛ ſic nō cōponitur ex eiſdem extremis. vel vtrunq; ſignū capitur ſignificatiue: ꝛ ſic cōcedo ꝙ cōtrariantur. ſi vniformiter fit diſtributio: q2 in iſta. nullū aīal eſſe hoīez eſt veꝝ. hoc ſignū nullū poteſt diſtribuere illū dictum p ipſomet dicto: ꝛ tūc illa eſt vera: q2 illud dictum non eſt ppoſitio. vel pōt diſtribuere dictū p ppoſitione cuꝰ eſt dictū: et tunc illa eſt falſa. vel poteſt diſtribuere p vtroq;. Si diſtribuatur primo modo ſenſus eſt. nullū tale complexū aīal eſſe hoīem eſt veruz. Si diſtribuatur ſcḋo modo. ſenſus eſt nulla talis ppoſitio aīal eſt homo eſt vera. Si tertio modo: neq; tale complexū eſt veruz: neq; talis ppoſitio eſt vera. Et eodem modo de affirmatiua dicatur. Sed procedamus in ſcḋo ſenſu cōcedēdo ꝙ iſte ꝯtrariātur: ꝛ conceditur ꝙ iſte equipollēt. oīe aīal eſſe hoīem nō eſt verū: ꝛ nullum animal eſſe hoīem eſt verum. ꝛ nego ꝙ prima ſequatur ex vero. et ad probationē qua arguitur. omne aīal eſſe hominem eſt nō verū: ergo oīe aīal eſſe hoīem non eſt verum. cōcedo cōſequentiā: ꝛ nego antecedēs ſenſus antecedētis eſt. oīs talis ppoſitio aīal eſt homo eſt nō vera. modo hoc eſt falſum. Et quādo arguis illa iterū ſequitur ex vero ſic arguēdo. omne animal eſſe hoīez eſt falſum: ergo omne aīal eſſe hominē eſt non verū. quicquid ſit de bonitate ꝯñe nego añs. ſenſus añtis eſt oīs talis propoſitio. aīal eſt hō. eſt falſa. mō hoc ſi eſt falſum hoc totū in pr̄io añte oē aīal eſſe hominē accipiatur p illa ppoſitione oē aīal eſt homo. Tunc illa eſt vera ꝛ nō pcedit̄ argumentū: q2 ex ea nunꝙ̄ infertur oē aīal eſſe hominem nō eſt verū in ſenſu quo cōtrariatur iſti. nullū aīal eſſe hominem eſt verū. Et ex illo ſolui poteſt argumentum in reliquis ſenſibus.

De his vide de ſupra ꝛ de ꝯplexo ſignificabili.

¶ Quarto. arguit̄ iſte ꝯtrariā

tur. Oīs ppō vlis in qua ponitur negatio ē falſa: ꝛ nulla ppoſitio vlis in qua ponitur negatio eſt falſa. ꝛ tū iſte nō equipollent. nulla ppoſitio vlis in qua ponitur negatio nō eſt falſa: ꝛ oīs ppoſitio vlis in qua ponit̄ negatio ē falſa: ḡ ſcḋa regula nulla. ꝙ nō equipolleāt patz. poſito ꝙ nulle ſint alie ppoſitiones in mūdo ab iſtis et earū ꝯdictorijs prima eſt vera ꝛ vlis cū duabꝰ negationibus eſt falſa vlis equipollet iſti. oīs propoſitio vlis in qua ponitur negatio eſt falſa: ꝛ tūc ſic. vł ita ē ſicut ipſa ſignificat: vł nō ita eſt. Si ſcḋz ipſa ē falſa. Si primū ita eſt ſicut ipſa ſignificat ipſa ſignificat ꝙ oīs propoſitio vlis in qua ponit̄ negatio eſt falſa. ꝛ ita ē per te. ſeq̄tur ꝙ ipſa eſt falſa ꝛ pꝰ

ma est falsa. q2 ita est sicut ipsa signi: sed ipsa signi-
ficat q omis vlis affirmatiua in qua ponit nega-
tio est falsa. z ita est. vt patet ex casu. z nō se falsi
ficat. vt patz intelligēti. ¶ Rūdetur q ppōnes
date bene cōtrariabant z postponēdo negatio-
nem producebat equipollētia: z cōcedit q vna ē
vera z alia falsa: q2 se falsificans. sed ita est in re
sicut p vtrāq significat qd ad equipollentiā suf-
ficit: q2 in insolubilibus non inconuenit dare duas
sinonimas quarū vna ē vera alia falsa: ergo nec
a fortiori duas equipollētes: sed extra insolubi-
lia nō est possibile dare duas equipollētes quaz
vna ē vera et alia falsa. ¶ Potest hic fieri argu-
mentū ex istis: quilibet asinus cuiuslibet homi-
nis nō currit: et quilibet asinus nullius homis
currit. sed solui potest ex dictis in quātitatibus z
qualitatibus ppositionū respiciēdo semper ad
eadem extrema. Plura recipiūtur argumēta cō
tra secūdam regulam q contra primam. et hoc
cause est: quia vna propositio cōtrariatur valde
multis nō equipollentibus. vt patet de hac. nul
lius hominis asinus currit. que cōtrariat omni
bus his. cuiuslibet hois quilibet asinus quodli-
bet currēs est. cuiuslibet hois quilibet asinus est
currens. cuiuslibet hois asinus est currens. ali-
cuius hominis quilibet asin' quodlibet currēs
est: alicuius hominis asinus quodlibet currens
est. z multis alijs modis p variationem suppo
sitionis cōfuse tm̄ indeterminatā. Et iste contra
riatur. nullius hominis asinus currit: et alicui'
hominis asinus quodlibet currens est: saltē ſm
legem qd sufficit nobis. Probatur. eis nō repu-
gnat falsitas de forma: sed eis formaliter repu-
gnat veritas. qd probatur sic. nam da oppositū
sunt simul vere et tunc sic arguo. bene sequitur
nullius hominis asinus est currens: et alicuius
hois asinus quodlibet currens est: ergo alicui'
hominis asinus est currēs. cōsequentia est bona
quia vna pars copulatiue infert cōsequēs: ergo
tota copulatiua idem infert. et antecedens est ve
rum per aduersarium: ergo consequēs stabit in
veritate cum eis: et consequēs realiter contradi
cit vni parti illius copulatiue: vt notū est. ergo
negans cōclusionem propositam dabit cōtradi-
ctoria vera. Et eodē modo probatur q iste con-
trariātur. alicuius hominis quilibet asinus est
currens. et nullius hois quilibet asinus est cur-
rēs. nullus homo ē animal. aliquis homo omē
animal est. aliquis homo nō ē animal. et quili-
bet homo quodlibet animal est. et ratio ē: quia
in eis semper plus ē de vniuersalitate q de par-
ticularitate: z ad faciendam equipollentiam in
omnibus istis preponatur terminus nō distribu-
tus negatione preposita terminis non distribu
tis. vt verbi causa. capiatur hec. hominis asinus
quodlibet currens ē. et sic resoluatur. quodlibet
currens hominis asinus ē. vel quodlibet currēs
b. hominis. b. asinus est. et addatur negatio sic.
quodlibet currens non hominis asinus est. que
equiualet isti. nullius hois asinus currit. z ita in
alijs. et sic regula satis vniuersaliter defenditur
addendo tamē q delera negatiōe posita in pn-
cipio residuum contradicat propositioni cui de
bet esse equipollentia. et contra hanc expositio
nem nō currit hoc argumētum. nō. a. homo nō
est animal. q2 delera pma negatiōe residuū non
cōtradicit vli. iste nō contradicūt. ois hō est alal
et. a. hō nō est alal. Et eodē mō soluit argumen
tū cōtra tertiā regulā. De istis. nō. a. hō non est

De hō i obligationū materia.

Vna ppō cōtrariat multis nō eqpollētib'.

Hec intelligēda sūt et in pluribus de cōtrarijs ſm legem.

alal. z ois hō est alal. esto q. a. hō est animal. sit
subalternata respectu hui'. ois hō est alal. q2 vi-
demus i alijs eqpollentib' vt patet in hac. quili
bet hō est animal. z nullus hō nō est animal. q
delero illo signo nullus residuū cōtradicat vni-
uersali tali restrictione seruata in indefinita ne
gatiua qualis seruabat in vli affirmatiua.

¶ Quinto ar. cōtra regulā ter
tia. iste sunt subalterne. tm̄ ois hō est alal. z tm̄
hō est alal. et tm̄ nō equipollēt p prepositionē et
postpositionē negatiōis. ergo tertia regula nul-
la. pña tenet cū maiore. z minor ptz. q2 iste non
equipollēt. tm̄ ois hō est alal. z nō tm̄ homo nō
est alal. qd probat sic. prima est falsa. ptz p eius
vlem in terminis trāspositis q est hec. omē alal
ois hō est. z scda est falsa. vt pz p eius cōtradictoriā
tm̄ hō non est alal. que ē falsa. z nō pcedit in in-
solubilib'. ergo equipollent. Rūdet q ppositio
nes assumpte erāt bene subalterne: z cōcedit q
ppōnes date nō equipollent: q2 cetera nō serua
tur (cetera paria) q2 in vna ē terminꝰ vlis: hoc
est signū vle. in alia signū particulare: q2 postq
tm̄ nō negat in prima ppositio exponēda est co
pulatiue: et in alia negat ppterea exponēda est
disiunctiue. sed si seruent cetera paria bona erit
equipollētia. tm̄ ois hō est alal. habet hāc eqpol
lentē. tm̄ non homo nō est animal.

Tm̄ nō negatū exponi dz copulatiue: negatū autē disiūctiue

¶ Sexto arguit cōtra primaz
regulā. iste cōtradicunt. oēs apli dei sunt duode-
cim: et aliqui apli dei nō sunt duodecim. z tamē
preponēdo negationē dicēdo. nō oēs apli dei sūt
duodecim. nō puenit equipollētia. ergo pma re
gula nulla q iste nō equipolleāt. nō oēs apli dei
sunt duodecim: et apli dei nō sunt duodecim. p-
batur. secūda est vera et prior falsa. ¶ Respon-
detur distinguēdo q iste contradicūt. omēs apli
dei sunt duodecim. et apli dei nō sunt duodecim
vel omnes capitur collectiue: et sic negatur. vel
distributiue conceditur. si primo concedit q nō
equipollent z nihil ad regulam. si secūdo modo
bene equipollent. z vtraq est vera.

Istud est quartū sophisma alberti.

¶ Contra hoc arguit capien-
do omnes distributiue iste nō equipollent. non
omēs apli dei sunt duodecim: z apli dei nō sunt
duodecim: ergo solutio nulla. añs patet. q2 ista
nō oēs apli dei sunt duodecim. equipollet huic.
nulli apli dei sunt duodecim. q2 virt' hui' signi
omis nō pōt impediri p negationē precedētem.
qd pbatur p illud dictū psalmiste. non omnes q
descēdūt in infernū laudabūt te dñe. vel illa va-
let istā. nulli q descēdūt in infernū laudabūt te
dñe. z habet intētū. vel valet hāc. aliq qui descen
dunt i infernū nō laudabūt te dñe. z hoc nō: q2
nō est maior rō de aliqbus q alijs. Item p illud
psalmiste. Timētes aūt dñm nō minuent omni
bono. equiualet isti. timētes aūt dñm nullo bo-
no minuent. z si sic habet intētū. Si dicas q eq-
ualet isti. Timētes aūt dñm aliquo bono nō mi
nuent. hoc nihil ē dictu: q2 nō timētes dñm ali-
quo bono nō minuētur. Itē p illō euāgelij. Nisi
abbreuiati fuissent dies illi nō fuisset salua ois
caro. vbi euangelista loquēs de antixpo volebat
dicere. Nisi abbreuiati fuissent dies illi nulla ca-
ro fuisset salua. q2 siue breuient siue lōgent dies
illi: aliqua caro nō erit salua. His trib' rōnibus
mot' Laurētius valla dicit q omēs distributiue
sumptū nō pōt impediri p negationē pcedētē: z

tūc per eū idem eſſet dicere. nō quilibet hō cur-rit: ⁊ quilibet hō non currit. cōtra Ariſt. ponētē diſcrimen inter has. nō oīs hō eſt ſapiens. ⁊ oīs hō non eſt ſapiens. etiā haberet has negare cō-tradicere. quilibet hō currit: ⁊ non ꝗlibet homo currit. cū poſſint ſimul eſſe falſe. ⁊ multa logica-lia ꝓpter hoc fundamentū negaret. nec ꝓ eo eſt cōis modus loquēdi: immo magis ꝙ nō oīs va-let quidā non. vt ibi. nō oīa poſſumus oēs. non oēs arbuſta iuuant ⁊c. ⁊ tūc ad illud qḋ inducit ex ſacris litteris dꝫ ꝙ in ſenſibus quib' ſūt non oēs capitur loco de nulli: ſed in ſenſib' quos fa-ciunt negat. q: in innumeris locis ſacraꝝ litte-rarū oſtendi pōt. nec hic reſpiciēdū eſt an pars ꝓpoſitiōis ſit ꝓpoſitio. q: ſic nō quilibet hō cur-rit habet ſubiectū diſtributū: vt ante dictum eſt circa ꝓpoſitionē. ſed nō ꝓpterea valet hāc. nul-lus hō currit. Etiam loquimur de ſuppoſitione que regulat veritatem vel falſitatem totius que eſt preciſe ſuppoſitio determinata.

Nō oīs in ſacra ſcri-ptura ꝗd valeat.

¶ Septimo arḡ. iſte ꝯtradicūt

Nullo cur-rente cre-ſcunt tibi cornua frō-te.

nullo currente creſcūt tibi cornua fronte: et ali-quo currente creſcūt tibi cornua fronte: tū non equipollent per ꝓpōnem negatiōis. igit. minor ptꝫ. q: iſta eſt vera. nō aliquo currente creſcūt ti-bi cornua fronte. vt patꝫ ꝑ falſitatē ſue cōtradi-ctorie: ⁊ iſta eſt falſa. nullo hoīe currente creſcūt tibi cornua fronte. q: equiualet huic. dū nullus homo currit creſcunt tibi cornua fronte. et hoc exponendo temporaliter.

¶ Rñdetur negādo iſtas con

tradicere: et hoc tenendo cōem modum ꝙ ſunt ypothetice: ⁊ eſto ꝙ ſunt cathegorice equalēt eis in conſequēdo ⁊ iudicando de earū veritatibus ac ſi eſſent ypothetice. Tunc ꝓmo ſunt ambe fal-ſe. ſenſus hui' eſt. aliquo currēte creſcūt tibi cor-nua fronte: dū aliquis hō currit creſcūt tibi cor-nua fronte. ⁊ ſenſus alterius eſt. dum nullus hō currit creſcūt tibi cornua frōte. et hoc exponēdo eas ꝑ dū. de expoſitiōe ꝑ ſi ⁊ q: poſtea patebit.

¶ Cōtra hoc arguit ſic nō iſto

hoīe currente creſcūt tibi cornua frōte: demon-ſtrato ſorte. et nō iſto hoīe currente creſcūt tibi cornua frōte: et ſic de ſingulis: ergo nullo homi-ne currēte creſcūt tibi cornua fronte. ꝯña tenet ꝑ aſcēſum: et añs eſt verū. ergo et ꝯñs. ꝙ añs ſit verū patet de prima pte. non iſto hoīe currente creſcūt tibi cornua fronte. illa hꝫ hāc cōtradicto-riā. iſto hoīe currente creſcūt tibi cornua frōte: que ē falſa: ergo alia eſt vera. ⁊ eodē mō ꝓbatur quelibet alia ꝓpoſitio añtis vera.

¶ Reſpōdeť negādo illā cōſe-

quentiā: nec eſt aſcēſus: quia añs eſt negatiuū et ꝯñs affirmatiuum: hoc eſt quelibet ꝓpoſitio de vno termino ſingularizato eſt negatiua: q: ne-gatio aduerbialis poſita in principio ypotheti-ce ꝓpoſitionē negatiuā cōſtituit: nominalis ꝓo non: ſed ex illo añte debet inferri. nō aliquo ho-mine currēte creſcunt tibi cornua frōte. que eſt ꝓpa ſicut añs. Forte dicis negatio nominalis po-ſita in principio cathegorice reddit propoſitio-nem negatiuam: ſed iſta eſt cathegorica vt ante opinatum eſt. igitur. iſta eſt negatiua nullo cur-rente creſcunt tibi cornua fronte.

Negatio aduerbia-lis ī princi-pio ypo-tetice red-dit eaꝫ ne-gatiuā: qḋ non facit negatio nōīalis.

¶ Ad hoc reſpondeť ꝙ poſſu-

mus dicere ꝙ negatio nōialis nō reddit cathe-goricā negatiuā qn̄ equiualet ypotetice quēad modū eſt in ꝓpoſito: ſed hoc nō eſt realiter rñ-dere. ꝓpterea dico tenēdo eam cathegoricam ꝙ ipſa eſt negatiua: et concedo ꝙ iſte cōtradicunt nullo currēte creſcūt tibi cornua frōte: et aliquo currēte creſcūt tibi cornua fronte. ⁊ negatiua eſt vera: q: extrema nō ſupponūt ꝓ eodē. ſubiectuꝫ eſt cornua. predicatum eſt creſcētia tibi in frōte aliquo currēte. et demōſtrando hoīem extrema non ſupponūt pro eodē. et nego ꝙ equaleat iſti. dum nullus hō currit creſcūt tibi cornua fronte immo equalet iſti. nō dum aliquis hō currit cre-ſcunt tibi cornua fronte. et ratio eſt: quia nega-tiua per affirmatiuā non venit explicanda ⁊ po-tiſſimum vbi nō eſt equipollentia.

Propō de abitō ab-ſolute po-ſito quo-mō ſit ex-ponenda.

¶ Ex omnibus his regulis.

¶ Notandū ꝙ ypothetice eq

pollent ſicut cathegorice: q: datis iſtis duabus. hō eſt aīal et de' eſt: oīs hō nō eſt aīal vel nullus de' eſt. iſte cōtradicūt preponatur negatio vni ⁊ aggregatū ex ꝓpoſitione ⁊ negatione cui addiť alteri eqpollet. et rō eſt. q: nunꝗ̄ due ꝓpoſitio-nes nō equipollentes vni cōtradicūt. ⁊ in moda-libus poſita oppoſitione modoꝝ non ꝓuenit eq̄-pollētia. vt dictū eſt. ⁊ ne alique equipolleāt ⁊ nō per aliquā haꝝ regularū in diffinitiōe equipollē-tie addatur ꝑ ꝓ̄poſitionē negationis vel ꝑ poſt-poſitionem negatiōis vel ꝑ prepoſitionē ⁊ poſt-poſitionē negatiōis: ⁊ tūc diffinitū nō erit equi-pollentia in cōi: ſed hoc totū equipollentia cau-ſa negationis vel negationū. Iſte equipollēt. a. hō nō eſt currēs: ⁊ oē currēs hō nō eſt q: nō im-pedit cōtrari' ordo: vt pꝫ ex reſolutiōib' multaꝝ ꝓpoſitionū de ꝗbus ante habit' eſt ſermo.

Eqpollen-tia ē ī ypo-theticis ſi-cut ī cathe-goricis.

In moda-lib' eqpol-lētia ꝓue-nit rōe ne-gationis vel nega-tionum.

¶ Et hec de equipollentijs dicta ſufficiāt.

¶ Sequitur de conditionalibus.

PRopoſitio ypothetica eſt illa que hꝫ duas ꝓpoſitio-nes cathegoricas cōiūctas tanꝗ̄ partes principales ſui: vt ſi hō currit hō mo-uet. Et diciť ypothetica ab ypos quod eſt ſub ⁊ theſis quod ē poſitio quaſi ſup-poſitio ſiue ſuppoſitiua locutio: q: vna pars eius ſupponiť alteri. Propoſitio-num ypotheticarum alia conditionalis: alia copulatiua: alia diſiunctiua. Condi-tionalis eſt illa in qua cōiunguntur due cathegorice per hanc coniunctionem ſi: vt ſi ſortes currit ſortes mouetur. Et il-la cathegorica cui immediate ꝓ̄ponitur illa coniunctio ſi dicitur antecedens: reli-qua vo conſequens. Ad veritatem cōdi-tionalis requiritur ꝙ antecedēs nō poſ-ſit eſſe verū ſine conſequente: vt ſi homo eſt animal eſt. Unde omnis conditiona-lis vera eſt neceſſaria: et omnis falſa eſt impoſſibilis. Ad falſitatem conditiona-

ve.

lis ſufficit ꝙ antecedens poſſit eſſe verū conſequente exiſtente falſo: vt ſi homo eſt album eſt.

Diuiſio tractatus pſentis.

¶ Sequitur de ypotheticis.

Que materia in quattuor ptes diuidiť. In prima de cōditionalibus determinabiť. In ſcđa de copulatiuis. In tertia de diſiunctiuis. In quarta queretur de numero ſpecierū comparādo ſpecies ypotheticarum inter ſe: quia hoc preſupponit tres primas partes.

Intellect' diffinitionis ypotheticaꝝ

¶ Circa primū notandū eſt ꝙ ppoſitio ypothetica eſt illa ꝗ habet duas cathegoricas tanꝗ ptes pncipales ſui. Que diffinitio ſic intelligiť. propoſitio ypothetica ē illa ppō ꝗ hꝫ plures ppōnes tanꝗ ptes pncipales ſui: vel ſaltē duas cathegoricas: vel aliq̄d eq̄ualens per aliquā notā cōiunctam. Diciť vel aliq̄d eq̄ualens pꝑter tales: ſi aſin' volaret aſin' haberet alas: que cōponiť ex duob' cōplexis ppoſitionalib'.

Cōplexuꝫ ppoſitionale diffiniť ypothetica ē cōiūctiōe vna.

¶ Unde cōplexū ppoſitionale eſt orō non vā nec falſa: mutata tñ copula in verbū pñtis tpis fit orō vera vel falſa: vt ſi aſin' volaret aſinus haberet alas. aſin' volaret nō eſt vera nec falſa: ſꝫ mutetur volaret in volat: fit orō vā vel falſa. Etiā poniť vel aliq̄d eq̄ualens propter tales. Sole lucēte dies eſt. (loquor vt plēs) et pꝑter hanc lrām. a. ſi imponeretur ad ſignduꝫ tantū quātū vna ypothetica. Diciť cōiūctiās ad excludēdas ppōnes plures ꝗ nō ſunt ypothetice: q2 ypothetica ē cōiūctiōe vna. vt vult Ariſ.

Que ſint ptes formaleſq̄ materiales ypothetice.

¶ Unde in ypothetica duplices ſunt ptes. ſ. materiales ⁊ tales ſunt ppōnes interdū cathegorice nōnunq̄ ypothetice: aliq̄n vna cathegorica: ⁊ alia ypothetica. Alie ſūt ptes formales. ſ. copule ypotheticales cōiūctiones et forte aduerbia. Poſtea alie ſūt partes materiales minus principales ⁊ ſiľr formales ꝗ frequēter ſunt ſubiectū ⁊ pdicatū ⁊ copule verbales de q̄b' dictum eſt circa materias. Dico frequenter: quia quādo ypothetica componitur ex multis cathegoricis vna integra cathegorica eſt ps materialis minus principalis.

In copulatiuis ⁊ diſiunctiuis complexa propoſitionabilia nihil valent In conditionalib' qō ſit añs

¶ Notandū eſt ſcđo ꝙ ppoſitio ypothetica a petro hiſpa. diuidiť in conditionalem copulatiuā ⁊ diſiunctiuā. Et ppō cōditionalis ſic diffinitur. Eſt ppō cathegorica que hꝫ plures ppōnes vel ſaltem duas vel aliq̄d equiualens cōiunctas p hāc cōiunctionē ſi. Diciť aliq̄d eq̄ualens pꝑter eandē rōnē ſicut ante dictū eſt. ¶ Sed hic aduertēdū eſt ꝙ cōplexa ppoſitionabilia nihil valent in copulatiuis ⁊ diſiūctiuis et ppō ꝗ īmediate ſeq̄tur ſi in forma vel in valore eſt añs. dico in forma propter tales. ſi hō currit aīal currit: aīal currit ſi hō currit. vbi hō currit ſemp eſt añs ſcđe intētionaliter capiendo. Sed aīal currit eſt añs in ſcđo exemplo capiēdo añs prime intētionaliter. Prime intentionalr añs tantū valet ſicut res pcedens. Scđe intentionaliter ppoſitionē ſiḡt que aliam videtur inferre. Et dr in valore pꝑter tales. ſole lucēte dies eſt. neutrū oculū habēdo tu potes videre. nullus hō legit pariſius niſi ipſe ſit aſin'. ꝗ eſt diſtinguēda. vel niſi capiť exceptiue: et tantū valet ſicut pter ⁊ ſic cathegoricā conſtituit. Niſi interdū capiť cōditionaliter et tantū valet ſicut nō: vt nullus hō legit pariſius niſi ipſe ſit aſin'. eq̄ualet iſti. ſi hō nō ſit aſinus. nullus hō legit pariſius. Loco relatiui in cōditionali licet ponere ſuū añs: conſequens eſt alia ppoſitio vel equiualens ab añcedente non ſufficat dicere eſt ppoſitio vel equiualens mediate ſequens illam notam ſi: vt patet hic. animal currit ſi homo currit.

Niſi q̄d cōditionalē q̄d exceptiue captuꝫ ſignificat. Quid ꝯñs in cōditionali.

¶ Poſtea determinat auctor de veritate cōditionalis. Et dicit ꝙ ad veritatē cōditionalis ſufficit et requiriť ꝙ añs nō poſſit eſſe verū ſine ꝯñte: vt ſi hō currit: aīal currit. Et ad falſitatē ſufficit ꝙ añs pōt eſſe verū ſine cōſequente: vt ſi aīal currit hō currit. Et dicit ꝙ ōis cōditionalis vera eſt neceſſaria. ⁊ ōis cōditionalis falſa eſt impoſſibilis: et hoc eſt bene dictū: q2 idem requiriť ad veritatē cōditionalis ⁊ ad bonitatē conſequētie: et ōis ꝯña bona eſt neceſſaria ꝯña. Ex illo patet ꝙ aliqua cōditionalis eſt neceſſaria cuius añs ⁊ ꝯñs ſunt impoſſibilia: vt ſi hō eſt aſinus homo eſt rudibilis. et aliqua eſt impoſſibilis. cuius añs et ꝯñs ſunt cōtingentia vt ſi aīal currit hō currit. et aliqua eſt neceſſaria cuius añs ⁊ cōſequēs ſunt contingentia: vt ſi hō currit animal currit. ⁊ ex illo patet ꝙ nulla conditionalis eſt contingens.

Aliqua cōditionalis eſt neceſſaria cuius añs ⁊ ꝯñs ſūt īpoſſibilia vľ cōtingentia ⁊ aliq̄ īpoſſibilis cui' añs ⁊ ꝯñs ꝯtingētia.

¶ Cōtra iſta arguiť ſic. quia p dicta iſta eſſet cōditionalis vera. ſi nulla ppoſitio eſt negatiua: aliqua ppoſitio ē negatiua. cōſequēs eſt falſum nō ponēdo ppoſitionē in eſſe tam. ergo et añs. cōſequētia pbať. q2 añcedens nō poteſt eſſe verū ſine cōſequēte. hoc pꝫ: q2 añs non poteſt eſſe verū: qō ſic oſtendiť. q2 da oppoſitum poteſt eſſe verū: vel hoc eſt qñ eſt vel quādo non eſt. ſcđm non eſt dicēdum: quia ſi nō eſt nō eſt verum nec falſum: quia quādocūq eſt eius contradictorium eſt verum.

¶ Ad hoc argumētū rñdeť negando ꝙ illa conditionalis ſit vera: ⁊ qñ arguis añs nō pōt eſſe verū. hoc ego diſtinguo. vel quia per eſſe verū tu intelligis ꝙ nō poteſt eſſe ppoſitio vera: ⁊ ſic cōcedo. vel p eſſe verū tu intelligis nō pōt ita eſſe ſicut ſignificať per añcedēs: ⁊ nō eſt ita ſicut ſignificať per cōſequēs: et ſic ego nego. iſto ſecūdo modo capit petrus hiſpa. et diffinientes ꝯñam per eſſe verū vel eſſe falſum.

Eſſe veruꝫ vel falſum a pe. hiſ. quō capiť.

¶ Unde pro hac materia.

¶ Notādū eſt ꝙ multe ſūt ppoſitiōes ꝯtingētes que nō pñt eſſe vere ſm ſignificatiōes quas habēt. vt nulla ppō eſt negatiua: nulla ppoſitio eſt vera. omnis ppō eſt pticularis. ego taceo (de vocali loquor) hoc ſubiectū nō eſt p hoc demōſtrādo ſubiectū in quo propoſitio ſcribiť. Ex oppoſito multe ſunt cōtingētes que nō pñt eſſe falſe: vt iſte. aliqua ppoſitio eſt particularis: ppoſitio eſt indefinita.

Multe ppōnes cōtingentes ꝗ non pñt eē vere ſm ſiḡtiones quas hñt et mlte cōtingētes ꝗ nō pñt eē falſe.

¶ Cōtra iſtud arguiť ſic. quia ex illo ſequiť ꝙ ex vero ſequiť falſum extra inſolubilia. ſed hoc eſt inconueniēs. igitur. ꝙ ſeq̄tur patet. capiendo hanc cōſequentiā. ſi omnis propoſitio eſt affirmatiua nulla ē negatiua. hec cōſequentia eſt bona. et cōſequens nō pōt eſſe verum per dicta: et añcedens poteſt eſſe verū: ponatur ergo in eſſe iam ex vero ſequitur falſum: qō eſt contra cōem logicam.

¶ Reſpōdet negando ꝙ ex ve ro ſequit falſum ad intētionē argumēti. ⁊ ad ꝓbationē tenēdo ꝓpōnem plures vnā ꝯña nichil valet. ſed q2 in hoc nō iacet vis argumenti: concedo ꝯñam. et cōcedit ꝙ añs poteſt eſſe verū: et ꝯñs nō pōt eſſe verū: et qñ dicis ponat ineſſe volo iam illud cōſequēs nō eſt cū ols propoſitio ſit affirmatiua nec alia propoſitio eſt: tūc añs nec pōt eſſe verū añs reſpectu illi' cōſequētis. Dicit reſpectu illi': q2 reſpectu hui'. nec aliqua ꝓpō ē affirmatiua. vel iſti'. de' eſt. pōt eſſe verū añs.

¶ Scdo arguit contra veritatem cōditionalis. iſta ꝯña nihil valet. ſi omne ens qđ eſt: eſt deus: hoc ens qđ eſt: eſt de' demonſtrando ſortem. ⁊ tñ nō poteſt ita eſſe ſicut ſignificat p antecedens quin ita ſit ſicut ſignificat p cōſequēs. igit. ꝙ conditionalis nihil valet ꝓbatur. añs eſt poſſibile: q2 ita fuit ſicut ipm ſignificat ſentētia totali ante creationē mūdi: ⁊ conſequēs eſt impoſſibile. Probat minor. idē ſignificatur p antecedēs ⁊ conſequēs: et p añs ſignificatur ſortem eſſe deū cū ſignificetur ꝙ omne qđ eſt. eſt deus: ⁊ ſortes eſt ex caſu. igit.

¶ Rñdet negādo cōſequētiā. q2 antecedēs eſt poſſibile. ꝙꝙ non pōt eſſe verū q2 quādocūqꝫ añs eſt: aliqđ ens nō eſt deus: ſed ita erat in re ante creationem mūdi ſicut iſtud añs nūc ſigt ſententia totali. ⁊ nego ꝙ ſignificet ſortē eſſe deū ſenſu totali: nec valet hoc argumētum. oē ens eſt de' ſentētia totali ſigt oīne ens eſſe deū. ſortes eſt ens: ergo ſortes ſentētia totali ſignificat eſſe deū: licet in bono ſenſu illa concluſio illata cōcedi poſſet: quēadmodū non ſeqtur. omne ens eſſe ens eſt neceſſe: plato eſt ens. ergo platonē eſſe ens eſt neceſſe.

¶ Tertio arguit. hec cōſequētia ē bona. ſi hoc ē falſum. hoc ē falſu3. vtrobiqꝫ demōſtrando cōſequens: ⁊ tamē antecedens eſt verū ⁊ ꝯſequēs falſum: ergo dicta nulla. ꝙ bene ſequat pꝫ arguēdo a ſinonimo ad ſinonimū.

¶ Rñdetur cōcedēdo ꝙ ſequitur. ⁊ ꝙ añs eſt verū ⁊ ꝯñs falſum. nec hoc incōuenit qñ ꝯñs ſe falſificat extra inſolubilia: hoc nunꝙ cōtingit: ſed hic ſufficit ꝙ ita ē in re ſicut ſignificat p añs: ⁊ ita eſt in re ſicut ſignificatur per cōſequens qđ verū eſt in propoſito.

¶ Cōtra hoc ar͂ ſic. bñ ſequit. ſi hoc conſequēs ſignificat aliter eſſe ꝙ eſt: hoc cōſequens ſignificat aliter eſſe ꝙ eſt cōtinue demonſtrādo conſequēs: et tamē ita eſt in re ſicut ſignificatur per antecedens: et non ita eſt ſicut ſignificatur per cōſequens. igitur.

¶ Rñdetur cōcedendo ꝙ ꝯña nō ē bona. ⁊ ꝙ ita ē ſicut ſignificat p añs: ⁊ aliter ꝙ ſignificat per ꝯñs qđ ꝓbatur ſic. q2 vel ita eſt ſicut cōſequens ſignificat vel aliter. ſi ſcōm intētum. Si pmū cū conſequēs ſignificat aliter eſſe ꝙ eſt: oportet ꝙ ipm ſignificet aliter eſſe ꝙ eſt: nec incōueniens eſt ꝙ ex añte nō ſignificāte aliter eſſe ꝙ e: ſequatur ꝯſequēs ſignificans aliter eē ꝙ eſt qñ conſequēs habet aliter annexum. *Ex ātecedēte nō ſignificāte aliter eſſe ꝙ eſt ſeqt aliqñ ꝯñs aliter eſſe ꝙ eſt.*

¶ Quarto arguitur ſic. hec cōditionalis eſt bona conſequētia. ſi deus eſt aliqua conditionalis eſt falſa: ⁊ tamē ita poteſt eē ſicut ſignificatur per antecedens quādo nō erit ita ſicut ſignificatur per cōſequens cum antecedens ſit neceſſariū et conſequens contingēs. ꝙ conditionalis ſit vera probatur. oppoſitū conſequentis repugnat antecedēti: ergo ipſa eſt vera probat antecedens: quia detur oppoſitū conſequentis cū antecedēte ſola illa conditionali exiſtente ſcilicet deus eſt: et nulla conditionalis eſt falſa. et tunc ſic nulla conditionalis eſt falſa: ergo iſta eſt falſa. et vltra. non eſt falſa. et eſt cōditionalis: ergo eſt vera.

¶ Reſpondetur admiſſo caſu ꝙ ſola illa conditionalis ſit. negatur ꝙ ſit vera. ſed ita eſt ſicut añcedens ſignificat. ⁊ negatur ꝙ oppoſitū cōſequentis repugnat añcedenti. ⁊ qñ arguis. nulla conditionalis eſt falſa: ergo iſta cōditionalis nō eſt falſa. cōceditur conſequentia: ſed quēadmodum conſequens eſt falſum: ita eſt antecedēs. Iſta bene ſimul ſtant. deus eſt: ⁊ nulla cōditionalis eſt falſa: quia poſito ꝙ nulla cōditionalis ſit: iam ita eſt ſicut p partes ſignificatur. Sed difficilior eſt proceſſus de hac conditionali. ſi de' eſt: ⁊ hec cōditionalis ē ſigñs ſm̄ hāc ſiƷtionē aliqua cōditionalis eſt falſa. *Difficile argumētum.*

¶ Quinto arguit eadē conditionalis eſt vera ⁊ falſa. ergo veritas cōditionalis eſt male poſita. antecedēs patet de hac cōditionali. aliquod animal eſt. ⁊ ſi tu es illud tu es aſinus. quero an ſit vera? Et tunc ſic arguendo loco relatiui in conditionali: licet ponere ſuum antecedens: ſed iſta eſt falſa. ſi tu es animal tu es aſinus: ergo et altera. ¶ Hic reſpōdetur breuiter ꝙ materia ſpectat ad relatiua ꝙ dicta ꝓpō eſt falſa. Et vnum pncipiū eſt in relatiuis ꝙ in ꝯditionali relatiuū nō refert reſtricte. ꝓpter ea ſemp loco relatiui licet ponere ſuū añs. ⁊ tūc ſenſus ei' erit. aliqđ animal eſt. ⁊ ſi tu es alal tu es aſin'. q̇ eſt falſa. q2 ſi referret reſtricte qꝛ ſoli aſini ſunt iſta cōditionalis eſt vera. Sed ſi corrumpātur aſini inter animalia ſolis hominib' exiſtētibus iſta eſt falſa. et ſic eadem cōditionalis ſucceſſiue eſt vera et falſa. quam concluſionē nolo vniuoce concedere. *In ꝯditionali relatiuū non refert reſtricte.* *Eadē conditionalis ſucceſſiue eſt vera et falſa.*

¶ Sed contra hoc ar͂ ſic. hoc alal eſt demonſtrato brunello: ⁊ ſi tu es illud tu es aſin'. ergo aliqđ alal eſt. et ſi tu es aſin'. ꝯña tenet ab inferiori ad ſuperius.

¶ Reſpōdet diſtinguēdo iſtā. hoc alal eſt. ⁊ ſi tu es illud tu es aſin'. q2 vl' illud relatiuū illud refert pro ſuo antecedēte ſiū terminū diſcretū hoc alal. et tunc dicit ꝙ añcedēs eſt verū. vel refert illū terminū alal cōiter ſumptum. et tūc antecedēs eſt falſum. ſecūdo modo referēdo concedo cōſequentiā. primo modo nego eādem. Et quādo probas ab inferiori ad ſuperius dicitur ꝙ cetera non ſunt paria: q2 relatiuū diuerſimode refert: q2 in antecedēte refert terminū diſcretum et in cōſequente terminum cōmunem. Forte dicis. arguitur ab inferiori ad ſuperius ex parte hui' termini alal. et etiam ex parte relatiui. ergo ſemper cōſequentia ē bona. Dicitur ꝙ arguendo ab inferiori ad ſuperius reſpectu termini imediate ſequētis ꝯña nihil valet. nō ſequit. ſi tu es hoc alal tu es plato demōſtrādo platonē: ergo ſi tu es alal tu es plato. cuiꝫ *Ab inferiori ad ſuperius reſpe*

tu termini imediate ſequentis non valet ɔ̄ña.

aña ſit neceſſariũ ⁊ conſequens impoſſibile.

¶ Sexto arguit ad idem. cadẽ cõditionalis eſt vera ⁊ falſa: ergo antecedẽs. patz de hac cõditionali. ſi hõ currit: riſibile currit ꝙ ſit vera patz de ſe. ꝙ ſit falſa arguit ſic. ſua contradictoria eſt vera. ſ. nõ hõ currit riſibile currit ꝙ pbat. equalet vni vere: ergo eſt vera. equalet iſti. ſi ois hõ nõ currit: nullũ riſibile currit. ⁊ illa eſt vera. igitur. ꝙ equiualeat illi probatur. ſunt due propoſitiones compoſite ex terminis eodẽ modo ſupponẽtibus: ergo equiualent. Forte dicis ꝙ nõ habet contradictoriam. Contra. quicquid contingit affirmari: contingit negari primo peryar. ⁊ tunc redibit opinio antiſtenis.

Quicquid cõtigit affirmari: ɔ̄tigit negari

¶ Reſpondet negando ꝙ eadẽ cõditionalis eſt vera ⁊ falſa: immo illa ꝓpoſita eſt vera: ⁊ negat ꝙ ſua cõtradictoria eſt vera. ⁊ nego ꝙ equaleat huic. ſi ois hõ nõ currit: nullũ riſibile currit. eſto ꝙ termini ſupponãt eodẽ mõ: ſꝫ potiſſimũ reqrit eadẽ ɋlitas alioqn iſte eqvalerent. null' hõ eſt aſin': ⁊ qlꝫ hõ ois aſin' eſt. mõ iſta eſt negatiua. nõ ſi hõ currit: riſibile currit: q: nota principalis negat: ſꝫ ſi hec añs eſt affirmatiua. ſi ois hõ nõ currit: nullũ riſibile currit nõ modo iſte ꝓpoſitiões cõtradicũt: ſꝫ ⁊ equivalẽt. ⁊ ɔ̄ris equiualẽtẽ illius cõditionalis negatiua. Dr̃ ꝙ equalet oib' iſtis nõ ſequit. ſi hõ currit: riſibile currit. vl' nõ ẽ ita. ſi hõ currit: riſibile currit. ꝙ ꝑ hõ currat nullũ riſibile currit. hõ currit ⁊ nullũ riſibile currit. q: vtrobiq; ɔditionalis negatiua pariter ⁊ qlꝫ ɔ̄ña negata equalet vni aduerſatiue ex cõtradictorio conſequẽtis ⁊ antecedẽte cõpoſite vel vni copulatiue: ⁊ p hoc facile cognoſcit veritas in cõtradictoriis ɔſequẽtiarum.

¶ Circa ɔditionales ɋruntur aliqua. primo querit vtrũ idẽ requirat ad veritatẽ rõnalis ⁊ cauſalis q ſolẽt includi in ɔditionali. Scdo ɋrit qd reqrit ad veritatẽ ꝓpõnis de cõditionali extremo. Tertio ɋrit qd ſufficit ad veritatẽ ɔditionalis in qua ſi tenet ꝓmiſſiue vl' cõuẽrtiue. Quarto ponat caſus ꝙ tota hec cõditionalis. ſi hõ currit alal currit. imponat ad ſignificãdũ tãtũ ſicut ſi ſortes currit plato diſputat: remanẽte ſigntione añtis ⁊ ɔ̄ñtis vtrũ illa cõditionalis ſit vera? Quinto queritur de regulis arguẽdi ſillogiſtice in conditionalibus. Põt etiaꝫ ɋri (qd eſt ſatis difficile) de aſcẽſu ⁊ deſcẽſu in ɔditionalib' ⁊ in rationalib' ⁊ in omni conſequẽtia de quo futurus eſt ſermo in paruis logicalibus.

Ad veritatẽ rõnalis qd reqrit.

¶ Ad primũ rñdet ꝙ ad veritatẽ rõnalis requiritur illud qd requirit ad veritatẽ conditionalis: ⁊ cũ hoc ꝙ añs et ɔ̄ñs ſint vera: vt verbi cauſa. ad veritatẽ huius. hõ currit ergo animal currit requiritur ꝙ ſi ita eſt ſicut ſignificatur per antecedens ita eſt ſicut ſignificatur per ɔ̄ñs. Et per ita eſſe intelligim' omne illud cui intellectus aſſentit vt comprehendat ita fuiſſe fore ei nõ eſſe: ⁊ cũ hoc requiritur ꝙ añs ⁊ ɔ̄ñs ſint vera. Ad veritatem cauſalis iſta duo requiruntur ⁊ cum hoc etiã ꝙ ita eſſe ſicut ſignificatur per añs ſit cauſa quare ita eſt ſicut ſignificatur per ɔ̄ñs. Ex illo patz ꝙ nõ omnis rationalis bona conſequentia eſt vera propoſitio. Hoc probatur de iſta homo eſt aſinus: ergo homo eſt rudibilis. ⁊ idem patet de cauſali. Forte contra hoc arguis. Iſta rationalis. homo eſt aſinus ergo homo eſt rudibilis. eſt neceſſaria propõ: ergo eſt vera. conſequentia tenet extra inſolubilia. antecedens patet. hec conſequentia eſt neceſſaria: ⁊ hec conſequentia eſt hec rõnalis: ergo hec rationalis eſt neceſſaria. cõſequentia tenet expoſitorie. ⁊ maior patet: quia omnis cõditionalis bona conſequentia eſt neceſſaria.

Quid per ita eſſe intelligẽdũ.

Nõ ois rõnalis bõa ɔ̄ña eſt ꝓpoſitio vera

¶ Reſpõdet ꝙ male cõcludit quia neceſſaria habet aliud ſubſtantiuũ in maiore ⁊ aliud in cõcluſione oportet cõcludere hec ꝓpõ eſt ɔ̄ña neceſſaria. Ex iſto patz ꝙ cauſalis infert rationalẽ: ⁊ rationalis ɔditionalẽ. cauſa eſt q: arguitur a ꝓpõne habẽte pauciores cauſas veritatis ad propoſitionem habẽtem plures: quia qui. qd requirit ad veritatẽ cauſalis illud ſufficit ad verificandam rõnalẽ ⁊ cõditionalẽ. ¶ Et ex illo inferuntur correlaria ꝙ rationalis ⁊ cauſalis equiualent copulatiuis: vt hõ currit: ergo animal currit. equiualet iſti copulatiue ſi hõ currit alal currit ⁊ hõ currit. hoc eſt equiualet toti ɔditionali cũ propoſitione añtis: hoc eſt ſolum in cõſequẽdo ⁊ in veritate ⁊ falſitate extra inſolubilia: ſed ad includenda inſolubilia opꝫ etiaꝫ ponere ɔ̄ñs. ⁊ iſta cauſalis: q: ſol lucet dies eſt vl' dies eſt q: ſol lucet. equalet iſti. ſi ſol lucet dies eſt ⁊ ſol lucet: ⁊ lucẽtia ſolis eſt cauſa ꝓpter quã dies eſt. Ex illo patet hãc cauſalẽ eſſe falſam: q: deus eſt mũdus eſt licet deus ſit cauſa efficiens mundi patz: q: illa conditionalis eſt falſa. ſi de' eſt mũdus eſt. ſed tales cauſales interdũ admittũtur vere: q: pr̃ eſt: filius eſt. q: ibi cõditionalis eſt vera ⁊ poſitio antecedentis: ⁊ eſt aliqua prioritas ſcꝫ nature et illationis. Scdm correlariũ. cauſalis eſt ſubalternãs reſpectu cõditionalis rõnalis copulatiue ⁊ diſiũctiue. hoc patet. propoſitio cauſalis oẽs tales infert: ⁊ rõnalis eſt ſubalternãs reſpectu cõditionalis copulatiue ⁊ diſiunctiue: ſed cõditionalis eſt impertinens ad copulatiuam ⁊ diſiunctiuam: hoc eſt non eſt formalis repugnãtia nec illatio inter eas. Et ex illo ſequit tertiũ correlarium. ꝙ cauſalis affirmatiua habet rationalẽ negatiuam conditionalẽ negatiuam copulatiuã negatiuam diſiunctiuam negatiuam pro contrariis. Probatur correlariuꝫ. nam ſi ſequatur: quia ſol lucet dies eſt: ergo ſol lucet: ergo dies eſt. Tũc arguẽdo ex ɔ̄dictorio ɔ̄ñtis inferturɔ̄dictoriũ añtis: ⁊ cauſalis ſterit loco vniuerſalis affirmatiue oportet ꝙ rõnalis negatiua loco particularis negatiue ſtet. hoc patet per angulos oppoſitos: ⁊ ſic iſte cõtrarie habunt q: ſol lucet dies eſt: nõ ſol lucet: ergo dies eſt. qd aliter etiaꝫ oſtẽditur eis de forma nõ repugnat falſitas: bene tñ veritas: ergo ɔ̄triant ſm legẽ. ꝙ eis de forma nõ repugnet falſitas ꝓbat. Iſte ſunt ſimul falſe q: riſibile eſt rõnale eſt: nõ riſibile eſt ergo rõnale eſt. ꝙ eis repugnet veritas ꝓbat ſic. Tũ daꝫ oppoſitũ iſte ſunt vere: q: a. eſt. b. eſt: ⁊ nõ. a. eſt: ergo b. eſt. Tũc ſic arguo: q: a. eſt. b. ẽ: ergo. a. ẽ: ergo b. eſt. añs eſt verũ p aduerſariũ: ergo ⁊ ɔ̄ñs. et ſic dabunt dictoria vera ſcꝫ rõnalis negatiua ⁊ rõnalis affirmatiua: ⁊ eodẽ mõ lex opponẽdi põt probari in aliis angulis: ⁊ hoc eſt verũ vtrobiq; capiẽdo ſimiles notas negatas ɋles habes affirmatas: ſed mutatis notis oportet in omnibus angulis reperire oppoſitionem: vt verbi cauſa. ex cauſali inferendo rationalẽ affirmatiue ⁊ ponendo loco vl'is negatiue cõditionalẽ inferẽdo rõnalẽ negatiuã. ibi eſt bõa oppoſitio ſubalter-

Cauſalis infert rõnalẽ ⁊ rõnalis ɔditionalem

Rationalis et cauſalis copulatiuis eqvalent.

Cauſalis eſt ſubalternans reſpectu cõditionalis rõnalis copulatiue ⁊ diſiũctiue ⁊c.

Mutatis notis nõ opꝫ in oĩbus angulis reperire oppoſitionem.

na ⁊ nõ ſubcontraria: immo contradictio in angulis contrarijs ⁊ ſubcontrarijs ⁊ nulla contradictio in angulis contradictorijs.

¶ Finaliter infert ꝙ nõ ſi. infert nõ ergo: nõ ergo: infert nõ q: ⁊ ꝙ nõ oẽs ꝑpoſitiones poſite in eodẽ tono equalẽt: ⁊ ꝙ vni ꝑpoſitioni multe cõtrariant: ſubalternant nõ equiualẽtes ſed nunꝙ in contradictorijs quemadmodum ante dictũ eſt in cathegoricis.

¶ Ad ſcdz dubiũ vbi petebat qd requiritur ad veritatẽ ꝑponis de cõditionato extremo. ¶ Rñdet relictis opinionibus ponẽdo fundamẽtũ tale. ꝙ ols propoſitio cathegorica de cõditionato extremo eſt regulãda ꝑ cõditionalẽ ei rñdẽtẽ: vt ꝑbi cauſa. dabit vna ꝑditionalis cui' añs. cõponit ex ſubiecto cõditionati ꝑ ſubiecto añtis: ⁊ habebit terminũ ſequẽtẽ ſi pro predicato eiuſdẽ antecedẽtis pro predicato cõſequentis habebit terminũ precedentem ſi ſemp eodem ſubiecto ſeruato: ⁊ hoc quando ſubiectũ conditionati eſt terminus diſcretus ⁊ abſolut': vt verbi cauſa. ſortes eſt alal ſi eſt homo. habebit hãc cõditionalẽ. ſi ſortes eſt homo ſortes eſt alal. et iſta eſt vera: ergo illa de cõditionato predicato erat vera. dicitur ꝙ ſubiectum eſt terminus diſcretus: q2 ſi fuerit terminus communis ſtãs determinate vel cõfuſe tñ opz dare vnã ſingularem vel plures: ⁊ ſi aliqua earũ fuerit vera: illa de cõditionato ꝑdicato erit vera: vt alal eſt homo ſi eſt animal. nõ reducit ad hanc. ſi alal. eſt alal: alal eſt homo. q2 iſta eſt falſa: ⁊ alia vera qꝺ probatur. ſortes eſt homo ſi eſt alal: et ſortes eſt animal: ergo alal eſt homo ſi eſt animal. maior eſt vera: vt patet per ſuã cõditionalẽ. ⁊ minor nota ſuppoſita exiſtẽtia ſortis: ergo illa de conditionato predicato eſt vera. Propterea ſenſus illius eſt de aliquo de quo verum eſt dicere ꝙ eſt alal de illo verũ eſt dicere ꝙ eſt homo ſi eſt alal. modo ille ſenſus eſt verus. Dicebat qñ ſubiectũ eſt termin' abſolut': q2 ſi fuerit termin' cõnotatiuus opz capere pronomẽ demonſtratiuum vel terminũ abſolutum pro ſubiecto cõditionalis: vt ſortes albus eſt albus ſi eſt coloratus. illa eſt falſa: ⁊ tamen ſi reſoluatur in hanc ſi ſortes albus eſt coloratus: ſortes albus eſt alb'. iſta cõditionalis eſt bona cõſequẽtia. ꝙ iſta ſit falſa. ſortes alb' ẽ albus ſi ẽ coloratus. Probatur. hñ ſequit. ſortes albus eſt albus ſi eſt coloratus: ⁊ ſortes albus eſt ſortes: ergo ſortes eſt albus ſi eſt coloratus. cõcluſio eſt falſa: vt patet per ſuam cõditionalẽ que eſt hec. ſi ſortes eſt coloratus: ſortes eſt albus minor eſt vera: ergo maior erat falſa. ⁊ eodẽ modo cognoſcit ꝑpõ de cõditionato ſubiecto conuertẽdo eã. vt ſi queratur de veritate huius. animal ſi eſt hõ eſt brunellus. conuertat illa ⁊ fiat de conditionato predicato ſic dicẽdo. brunellus eſt animal ſi eſt homo. q̃ eſt vera: ergo altera eſt vera: cũ ei equiualeat. ⁊ ſi ex ꝑte vtriuſꝗ extremi fuerit ꝑditionatum eodẽ modo cognoſcitur: vt homo ſi eſt animal eſt alal ſi eſt homo. capiat aliquod ſuppoſitũ ſubiecti: ſortes lignum vel lapis: ⁊ ſuppoſitum cognoſcitur ponẽdo illud conditionatum a parte predicati videndo pro quo verificatur: vt tunc capto ſorte iſta eſt vera. ſortes eſt animal ſi eſt homo ⁊ continebatur ſub ſubiecto ergo iſta eſt vera. homo ſi eſt animal: eſt animal ſi eſt homo. quia ſenſus eſt de aliquo de quo verum eſt dicere ꝙ eſt homo ſi eſt alal: de illo verum eſt dicere ꝙ eſt animal ſi eſt homo: modo hoc eſt verum. ſortes eſt deus ſi eſt omne ens ſi ſortes eſt omne ens ſortes eſt de'. et ſic cognoſcunt affirmatiue de ꝑditionatis extremis ſine ſincathegorematib': puta ſine diſtributione ſingulariʒatione modo vel ſigno exponibili: q2 alia regulãda ſunt per ceteras regulas logicales vt verbi cauſa. hec eſt falſa. ſortes eſt ols homo ſi eſt riſibilis. q2 eſt vna affirmatiua de ꝑdicato ſuperiori ad ſubiectũ diſtributum. ⁊ h̃ eſt falſa. ols ſortes ſi eſt ſortes eſt ens. q2 eſt vna affirmatiua cui' ſubiectũ diſtributũ ſupponit ꝑ ãtichriſto ⁊ predicatũ nõ ſupponit pro illo. ¶ Hic poſſunt fieri quattuor cõbinationes conditionatorum.

Ols ꝑpõ cathegorica de cõditionato extremo ẽ regulãda ꝑ cõditionalẽ ei rñdentẽ.

Propõnis de vtroꝗ extrẽo ꝑditionato veritas vel falſitas quomodo cognoſcit.

¶ Prima eſt qñ terminus ſequẽs ſi nõ poteſt ꝑ aliquo ſupponere quin terminus ꝑcedens ꝑ illo ſupponat ⁊ tale conditionatũ eſt trãſcẽdẽs ⁊ ſupra tranſcendẽs: vt alal ſi eſt homo: homo ſi eſt homo: riſibile ſi eſt homo.

Aggregatũ ex termino ſequẽte: ſi ⁊ termino maiori ſignificatiõis ꝑcẽdẽte eſt ſupra trãſcendens.

¶ Secunda cõbinatio eſt qñ terminus ſequẽs ſi põt alicui ꝑpetere cui terminus precedẽs nõ cõpetit: vt hõ ſi eſt alal. ⁊ hoc in terminis pertinẽtib' nõ repugnat hõ ſi eſt alal: ꝑ quolꝫ hõie ſupponit ⁊ ꝑ quolibet qꝺ non põt eẽ alal: ꝑ quolꝫ imaginabili: vt pꝫ ꝑ cõditionalẽ ſortes eſt homo ſi eſt alal. iſte lapis eſt hõ ſi eſt alal. iſta chimera eſt hõ ſi eſt alal. ſed pro nullo bruto ſupponit. iſta eſt falſa. brunell' eſt homo ſi eſt animal. vt pꝫ per ſuã conditionalem. ſi brunellus eſt animal brunellus eſt homo et huiuſmodi conditionatũ nec eſt tranſcendẽs nec infra tranſcendens nec ſupra tranſcendens. ꝙ nõ ſit tranſcendẽs probat: q2 non verificat de quolibet. iſta eſt falſa. brunellus eſt hõ ſi eſt alal. vt dictum eſt. ergo non eſt trãſcendẽs. ꝙ nõ ſit infra trãſcendẽs ꝑbat: quia verificat de aliquo de quo nõ verificat trãſcẽdẽs: ſꝫ cõditionatũ ſcdi modi eſt inferius ad cõditionatum primi modi.

Homo ſi ẽ alal ſignificat ols alia a brutis.

¶ Tertia eſt cõbinatio terminorum diſparatorum: vt homo ſi eſt aſin' qꝺ ſupponit ꝑ omni illo qꝺ nõ põt eẽ aſin'. aſin' ſi eſt hõ ſupponit pro omni illo qꝺ nõ põt eſſe hõ ⁊ ꝑ nullo hoie. brunell' eſt aſinus ſi eſt hõ: ſꝫ ſortes non eſt aſinus ſi eſt hõ: ⁊ ſortes eſt hõ ſi eſt aſin'. ſed brunellus non eſt homo ſi eſt aſinus. hoc patet per earum cõditionales. Ex illo ſequitur ꝙ iſte non equiualẽt. brunellus eſt homo ſi eſt homo. ⁊ brunellus eſt homo ſi eſt aſinus. quia prima ẽ vera ⁊ ſecunda falſa.

Hõ ſi ẽ aſinus ſupponit ꝑ oĩ alio ab homine.

¶ Quarta eſt ꝑbinatio terminorum impertinentium: vt album ſi eſt currẽs quod ſupponit pro omni illo quod non poteſt eſſe currens. lapis eſt album ſi eſt currens. chimera eſt album ſi eſt currens. ſed ſortes non eſt album ſi eſt currens. ſed ſubſtantia eſt albũ ſi ẽ currẽs. vt pꝫ per veritatẽ vni' ſingularis. currẽs ſi eſt volãs ſupponit pro omni illo qꝺ nõ põt eſſe volãs. brunell' eſt currens ſi eſt volans. ſortes ẽ currẽs ſi eſt volans. Ex iſto pꝫ quomodo cognoſcitur veritas ꝑpoſitionis de cõditionato ſubiecto. q2 ſꝫ ponit cõditionatũ a ꝑte ꝑdicati: ⁊ ſm h̃ regulabit veritas a parte ſubiecti. Ex omnibus his infert ꝙ hec ꝯña eſt nulla. ſortes ſi ẽ ſortes eſt ſortes: ſortes ſi ẽ ſortes eſt plato. ergo plato eſt ſortes. añs eſt verũ ⁊ ꝯñs falſum. nec expoſitorie arguit: ſed ex puris particularib' cũ omne

Albũ ſi eſt currẽs ſupponit pro oĩ qꝺ nõ põt eẽ currens.

conditionatū primi modi ſit trāſcēdens ꝛ vltra ꝙꝫ terminus precedēs notam et ſubſequēs nō ſunt ſignificatiui: vt buf ſi eſt buf. a. ſi eſt. a. imo iſte ſunt ſubcōtrarie. ſortes ſi eſt ſortes ē ſortes. et ſortes ſi eſt ſortes non ē ſortes.

¶ Sed cōtra iſta arḡ ſic. iſta eſt falſa. chimera eſt animal ſi eſt hō. ergo male cōceſſa eſt. añs patet: qꝛ eſt vna affirmatiua cuius ſubiectum nō ſupponit. ergo eſt falſa. conſequētia tenet per regulam cōem.

Quemadmodū ꝯditionalis nihil pōit ita ꝓpō de cōditionato nihil pōit ſed ampliū modum ſignificandi hꝫ in ordine ad terminum cadentē īfra limites ſue cōditionalis.

¶ Ad hoc argumētū rn̄det cōcedendo ꝙ ſubiectū nō ſupponit. ꝛ negaṫ ꝙ propterea ſit falſa: qꝛ quemadmodū conditionalis nihil ponit: ita propoſitio de cōditionato nihil ponit. Sed ampliū modū ſignificādi hꝫ conditionatū in ordine ad terminū cadentē infra limites ſue cōditionalis. vt ꝓ hi cauſa. iſta eſt ꝟa. ſortes eſt aīal ſi eſt hō ſorte exiſtente. pꝫ ꝑ veritatē ſue cōditionalis: ꝛ adhuc ſorte mortuo ipſa ē ꝟa qꝛ ſubiectū cadit vere in ſua cōditionali. Si queras verū illud cōditionatū ſit terminus ampliatiuus: dicitur ꝙ nō qꝛ ſi eſſet terminus ampliatiuus maxime ampliaret ad quinꝙ differētias tēporū: et terminus ampliatiuus nullū terminū reſpicit preciſe: ſed oēm indifferēter habentem ſignificata rn̄dentia. ſed ſubiectū huius nō ampliaṫ ad quinꝙ. brunellus ē hō ſi eſt aīal. qꝛ tūc deberet concedi qꝺ falſum eſt: ſed ampliū modū ſignificandi habet ad ſubiectum cui poteſt competere et in ordine ad illud oportet iudicare: ac ſi eſſet terminus ampliatiuus.

¶ Sed cōtra hoc arguiṫ. chimera eſt aīal ſi eſt homo: ergo aīal ſi eſt hō ē chimera. cōſequens eſt falſum: qꝛ quelibet ſingularis cōſequētis eſt falſa. nam ſi detur aliqua vera maxime erit hec. hoc aīal ſi ē hō eſt chimera demonſtrando vnā chimeram. Sed ꝓbo ꝙ illa eſt falſa: ſua cōtradictoria ſequiṫ ex vero: ergo ē vera. añs pꝫ. nulla chimera eſt chimera: hoc aīal ſi eſt hō eſt chimera: ergo hoc aīal ſi eſt hō non eſt chimera. ꝯña tenet in ferio. ꝛ añs eſt verū: ergo et concluſio que cōtradicit ſingulari date.

¶ Rn̄det cōcedēdo hāc ꝯñam chimera ē animal ſi eſt hō. ergo animal ſi eſt hō eſt chimera. et hoc dūmodo ille termin⁹ chimera eodē mō accipiaṫ. qꝛ eſt conuerſio ſimplex. et nego ꝙ quelibet ſingularis conſeq̄ntis eſt falſa immo illa data arguendo eſt vera: ꝛ nego ꝙ ſua ꝯtradictoria ſequaṫ ex vero. Et ad ſillogiſmum ꝓpoſitū in ferio nego ꝙ ſequaṫ. qꝛ arguiṫ a termino nō habente amplum modum ſignificādi ad terminū habentē amplum negatiue ꝛ cū diſtributione ampli q̄ conſequētia nihil valet. declaratur hoc chimera in maiore nō ampliaṫ. vt patꝫ de ſe. ꝛ in ꝯſequēte habeṫ. hoc aīal ſi eſt hō nō eſt chimera. vbi predicatū cōcluſionis diſtribuitur reſpiciēs conditionatū ampliatiuum vel habens ampliū modū ſignificādi a pte ſubiecti. Exemplū in ſimili. nullū aīal eſt aīal. antichriſtus poteſt eē animal. ergo antichriſtus nō pōt eſſe aīal. poſito ꝙ nullū animal ſit in mundo. añs eſt verum et conſequēs falſum.

¶ Sed cōtra iſtā arḡ. tūc eadē ratiōe iſta erit ꝟa. chimera eſt ens ſi currit. ſed ꝓbo ꝙ nō: qꝛ tūc ꝑ cōuerſionē ens ſi currit ē chimera: ſed q̄libet ſingularis cōuertentis ē falſa. nam ſi des hāc verā. hoc ſi currit eſt chimera: iā dabis ꝙ chimera ē chimera. qꝛ ꝑ ꝓnomē hoc demonſtrabis chimerā. Concedo ꝯñam ꝛ ſingularē ꝯñtis. et nego ꝓpterea ꝙ chimera ſit chimera. qꝛ arguis a termīo hñte ampliū modū ſignificādi affirmatiue in añte ad ipm nō hñtē in cōſequēte quēadmodū hic. hō poteſt eſſe antixp̄us qꝛ hꝫ hanc ſingularē verā. iſte hō poteſt eſſe antichriſtus demōſtrādo antichriſtū. nec ꝓpterea ſequitur ꝙ antixp̄s eſt antixp̄s.

¶ Cōtra hoc arḡ. aīal ſi eſt hō ē chimera eſt ꝟa ꝑ te. capiaṫ aliqua ſingularis ei⁹ Tunc ſic. hoc aīal ſi eſt hō eſt chimera. ꝛ hoc aīal ſi eſt homo eſt hircoceruus: ergo hircoceruus eſt chimera. ¶ Rn̄deatur vt ſupra.

¶ Finaliter queriṫ de veritate huius. om̄e aīal ſi eſt rudibile ē aſinus. diſtinguitur. vel totū cōditionatū diſtribuiṫ ꝛ tunc eſt falſa: qꝛ ſenſus eſt de quocūꝙ. verū ē dicere qꝺ eſt aīal ſi eſt rudibile: de illo verū ē dicere quod ē aſinus qꝺ eſt falſum. vel ſi prima pˢ diſtribuaṫ pura iſte terminus aīal ꝛ tūc dꝛ qꝺ eſt vera. nā ſenſus eſt de quocūꝙ verū eſt dicere ꝙ ē aīal: de iſto verum eſt dicere ſi eſt rudibile ē aſinus. ꝛ hoc eſt verū. ꝛ eodē modo dicaṫ de hac ꝓpōne. oīs ꝓpoſitio ſi eſt impoſſibilis eſt falſa. qꝛ ſi totū ſubiectum diſtribuatur eſt falſa: qꝛ deus ē deus eſt ꝓpoſitio ſi eſt impoſſibilis: vt patet per ſuā conditionalem: et tamen nō eſt falſa.

¶ Sed cōtra hoc arguiṫ ꝓbādo ꝙ illa eſt falſa. om̄e aīal ſi eſt rudibile eſt aſinus. poſito ꝙ ſolū prima pˢ diſtribuaṫ. nā bene ſequiṫ. omne aīal ſi eſt rudibile eſt aſin⁹ ꝛ ſortes eſt aīal ſi eſt rudibile: ergo ſortes ē aſinus. ꝯcluſio eſt falſa: ergo aliqua premiſſarū. et nō minor ergo maior. Forte dicis ſicut dicendū eſt ꝙ cōſequentia eſt nulla eo ꝙ plus predicatur in minore q̄ diſtribuatur in maiore.

arguendi valet. hec pars eſt neſcita a ſorte demōſtrando partem quam neſcit: ⁊ ſic de aliis duab⁹ partibus neſcitis reſpectu duorum aliorum. ergo hec copulatiua eſt neſcita. ⁊ cauſa eſt: q: ibi arguit⁹ a termino includente negationē: ⁊ extrema huius nō ſupponūt pro eodē hec copulatiua eſt neſcita ab illis. q: ſcita ab iſtis ſupponit ꝓ illa copulatiua: ꝓpterea neſcita ab iſtis nō ſupponit pro eadē ſemper eundē eſt ad affirmatiuam vbi nō eſt terminus negationē includens: ⁊ poſt ea ſm̄ leges opponendi de alia dicat: et q: recta eſt hec ꝯcedēda. hec copulatiua eſt ſcita etiā termini ꝯdictorꝫ nō verificant de eodē hec negabitur hec copulatiua eſt neſcita. Iſti ſunt nō videntes demonſtrādo vnū cecū ⁊ aliū videntē: q: oꝑꝫ ire ad iſtā. iſti ſunt videntes in quaꝫ extrema nō ſupponūt pro eodē: ⁊ tūc ſi vidētes nō ſupponat pro iſtis nō vidētes ſupponit ꝑ eiſdē. iſti ſunt videntes ⁊ nō vidētes. illa eſt ꝯcedēda nō vidētes ſunt plures ꝙ̄ vidētes poſito caſu cōi ꝙ ſint nouē videntes ⁊ vn⁹ cecus: tunc decem iſtorꝫ ſunt nō videntes ⁊ solū nouem videntes: licꝫ plures ſint videntes ꝙ̄ ille cecus. plures ſunt nō exiſtētes in aula ꝙ̄ exiſtētes in aula. poſito ꝙ ſint ſolum centū homines in mundo quorꝫ nonaginta nouem ſint in aula ⁊ vnus extra aulam: iā iſti cētū hoīes ſunt non exiſtētes in aula: ⁊ ſunt plures ꝙ̄ nonagintanouē. Non auca habet plures pedes ꝙ̄ auca: vt patet de quadrupede. Iſti homines non ſaluabunt nec damnabunt demonſtrando vnum predeſtinatum et vnum preſcitum. Iſti homines nec erunt in celo nec erūt in inferno: ſed ꝗlibet eoꝝ erit in celo vl̄ in iferno.

Iſti ſūt nō videntes.

Caſus.

Propōnes ſophiſmatice.

¶ Queris ſi ſortes ſit in curia ⁊ plato in aula: vtrū iſti hoīes ſunt extra aulā: Rn̄det ꝙ ſic. ⁊ tūc ſufficit ꝙ ſunt ⁊ nō ſunt in aula ⁊ ꝑ idē ſunt extra curiā. Si exponat ſic: ſunt ⁊ neuter eorū eſt in aula: ergo nō ſunt extra aulā. difficultas eſt ad nomē. de⁹ ⁊ ſortes contingēter ſunt: ſꝫ de⁹ neceſſario eſt: iſti ſunt regentes iſtoꝝ demōſtrādo ſortē ſcientē tres artes et platonem quattuor ſcientē quorꝫ vterꝙ̄ alterū inſtruit: tunc iſti duo ſunt regētes iſtorū: ⁊ iſti duo ſunt diſcipuli eorundem: ſed tunc queritur ponatur ꝙ vterꝙ̄ proficiat in ſciendo vtrum ſunt ſcientiores in fine ꝙ̄ fuerint in principio.

Caſus.

¶ Rn̄det ꝙ nō imo erāt adeo ſapiētes in principio ſicut in fine prꝫ: q: in principio ſciebant ſeptē artes: ⁊ nūc ꝑciſe ſciunt eaſdē: ⁊ pono ꝙ nō interius in fine neſciūt ampli⁹. Et ex illo infero ꝙ ſortes ⁊ plato manēt in ſtudio ſeptē annos quorū vterꝙ̄ proficit optime ſciēdo: ⁊ tn̄ neſciūt āplius in fine ſeptē annoꝝ ꝙ̄ in principio eorūdē: ⁊ illi duo nullo mō ꝓfecerūt: ſꝫ vterꝙ̄ optime ꝓfecit. Scd̄o infero ꝙ ſunt mille hoīes quorū quilibet eſt ydiota preciſe ſciēs vnā ꝓpoſitionē: ⁊ tn̄ tātū ſciūt ſi ſic ſciuit Ariſtoteles oſtēditur poſſibilitas concluſiōis poſito ꝙ Ariſtoteles ſciuerit ſolum mille concluſiones: quia clarum eſt ꝙ numerus ſuus erat finitus reſpectu ſcibilium opinabilium ⁊ creditorum: et tunc pono tot homines rn̄dentes ad ſuas concluſiones: tunc ſi aliqs ariſtoteleꝫ examinaſſet ⁊ iſtos iſti reſpondiſſent: q: ſemper vnus reſpondiſſet in vna propoſitione. Hentiſber et Paulus venetus dicerēt ꝙ illi eſſent ſcientiores in fine: ⁊ ſuſficit ꝙ aliqualiter intelligant qualiter nō prius venetus.

Hētiſber ⁊ Paulus

dicit Hentiſber. iſti trahunt nauē: poſito ꝙ decem trahant vnam nauem vera eſt viceſima pars et hec viceſima pars: et ſic de ſingulis viceſimis copulatum valent vnum ſcutum: poſito ꝙ totū valeat vnum ſcutum ⁊ nulla viceſima duos duodenos. hoc granum ⁊ hoc granū ⁊ hoc granū: et ſic de ſingulis videtur a me: poſito cumulo grani quoꝝ aliqua grana occultātur: immo ferme oīa quia iſte cumulus eſt due medietates viſe a me: ergo due res viſe a me (trāſcendētur res) ⁊ iſte cumul' eſt hoc granū: ⁊ ſic de ſingulis ſimul iūctis: ergo hoc granū ⁊ hoc granū ⁊ hoc granū: ⁊ ſic de ſingulis ſimul collectis videntur a me: ⁊ ſic cōcedo ꝙ aliqua grana videntur a me: quoꝝ multa mihi occultātur: imo multa grana videntur a me quorū multa nō videntur a me. hoc pʒ de cumulo grani.

De termīnis nūeralibus īter quos ⁊ cōplexiue capiū copular.

¶ Ex iſtis patet quō dicendū eſt cū terminis numeralib' hoc preſuppoſito ꝙ cōiūctio ⁊ pōt copulare inter eadem ſicut bn̄ dicit Hentiſber. hec ſunt duo oculi ⁊ duo inſtrumēta vidēdi: hec ſunt duo pn̄tia ⁊ duo inuiſibilia. Ex iſto patet hes cōcedēdas. duo ⁊ duo ſunt duo. pbatur: qꝛ hec ſunt duo demōſtrādo duos angelos ⁊ hec ſunt duo ⁊ duo: qꝛ duo angeli ⁊ duo cuſtodes hoīm duo ⁊ duo ſunt tria: hoc oſtēditur demōſtrādo tres angelos gabrielē michaelē: ⁊ raphaelē. ꝙ ſunt tria nō eſt queſtio. ꝙ ſunt duo ⁊ duo pʒ: qꝛ ſunt iſti duo angeli demōſtrādo gabrielē ⁊ michaelē ⁊ iſti duo angeli demōſtrādo michaelē et raphaelē. vna pars illi' copulati ſupponit pro toto ſicut altera ⁊ quilibet angelus includitur: ergo totū copulatū pro illis ſupponit. ⁊ ſic illa eſt vera. Et eodē mō duo ⁊ duo ſunt quattuor de indiuiſibilibus loquor: qꝛ in cōtinuo non eſt queſtio: qꝛ ibi due medietates ſunt tres tertie ⁊ cētum cēteſime: et mille milleſime. ⁊ ſic in infinitū. Et eodē modo quattuor ⁊ quattuor ſunt quattuor. quattuor ⁊ quattuor ſunt quinq;. quattuor et quattuor ſunt ſex: quattuor et quattuor ſunt ſeptē: quattuor et quattuor ſunt octo: ſed nō ſunt nouē. ſed oēs iſte ſunt diſtinguēde. Oīa duo et duo ſunt duo vel totuʒ copulatū diſtribuitur. et ſic illa eſt falſa. qō pʒ ſubſumēdo in darij. quattuor angeli ſunt duo ⁊ duo cōcluditur ꝙ quattuor angeli ſunt duo qō eſt falſum. Sed ſi prima pars copulati diſtribuatur iſte ſunt cōcedēde. Oīa duo et duo ſunt duo: oīa duo et duo ſunt tria. oīa duo et duo ſunt quattuor. ſeruandum eſt in iſtis qō geminatum eſt ſuperi' ad partē ei' duo et duo eſt termin' ſuperior ad duo et triplicatū ſuperi' ad geminatū duo et duo et duo eſt ſuperius ad hoc complexū duo et duo.

Et cōplexiue tētuʒ in neutra ꝯdictoriarū erit vel

¶ Et ad cōtradicendū hic notandū eſt ꝙ ⁊ in vna erit ⁊ in altera: et nō eſt cura ſiue negetur ſiue nō. idē eſt dictu ſortes et plato nō currūt: ⁊ nō ſortes ⁊ plato currūt. Et eodē mō cōcedēdū eſt ꝙ oīa duo ⁊ duo nō ſunt duo diſtribuēdo pmā ptē copulati hoc pʒ p falſitatē ſui ꝯdictorii. aliqua duo ⁊ oīa duo ſunt. b. duo. ¶ Ex his oībus pʒ ꝙ multū impertinēs eſt ppō copulatiua ad cathegoricā de copulato: qꝛ licet ſequatur ſortes ⁊ plato currūt: g̃ ſortes currit ⁊ g̃ plato currit. nō tn̄ ſequitur. ſortes ⁊ plato trahūt nauē: ergo ſortes trahit nauē ita communiter dicitur Sed hic ſunt duo dubia. Unum eſt an illa reputata mala ſit mala. Scōm an reputata bōa ſit bona qn̄ ſortes ⁊ plato ſimul trahūt naueʒ: tūc eſt queſtio an ſortes trahit nauem vel nō. ſi ſcōʒ eadē ratione nullam partē nauis trahit: et per

Niſi ſubintelligas trahit per accidens.

ꝯn̄s nihil trahit: qꝛ pono ꝙ nō alibi operetur ſi primum: tunc ꝯn̄s erat bona: qꝛ dato oppoſito ꝯn̄tis cū aān̄te habebitur ſcōm mēbrū. Eadē difficultas pōt fieri ſi quattuor hoīes portant vnū lignū an quilibet ipſoruʒ ipm portet. Ad qō dr̄ ab Hētiſbero ꝙ quilibet eoꝝ portat illud lignū: ſcʒ portando per accidens. ⁊ hoc ſufficit ad portare ſimpliciter. ⁊ vlterius cōcederet ꝙ potētia portatiua ſortis nō eſt terminata in minimū pōdus qō nō pōt portare: immo nō eſt terminata portatiōe p accidēs. ⁊ iſto modo portādi vna muſca pōt portare mille libras: qꝛ pōt iuuare alia mouentia ad ferendas mille libras: ⁊ hoc ſufficit ad ferre ſimpliciter: et ſic ſm̄ eū bn̄ ſequeretur ſortes ⁊ plato trahūt nauē: ergo ſortes trahit nauem iſti quattuor hoīes portāt hoc lignū et quālibet partē eius: ergo quilibet eoꝝ portat hoc lignū ⁊ quālibet partē eius. Sed ſubtilius eſt dicere ꝙ qn̄ quattuor hoīes portāt vnū lignū nullus illorū portat illud lignū nec aliquā partem eius. qꝛ nō eſt ſignabile quā partem fert ſortes. ſi dicas ſortes fert vnā quartā partē ſignetur illa recedētibus aliīs tribus ⁊ cadit ſua quarta quā ſignaſti. Et eodē modo pbatur ꝙ nullaꝝ partē illius ligni portat nec portat illud lignū: ⁊ per conſequens in illo caſu nihil portat.

Nota que differētia ſit inter agere ſimpliciter ⁊ p accidens. Agit ſimpliciter q̃ aliq̃d p ſe facit. Agit p accidēs qui cooperatur alteri Opinio auctoris. Hētiſberi contraria de h̃. xxxij ſophiſmate Alberti de ſaxo.

¶ Et ex hac ſolutione concedo has ppoſitiones. iſti quattuor hoīes portāt hoc lignum: ⁊ tn̄ nullus eorum portat aliq̃d nec duo eorū portāt aliq̃d nec tres eorū portāt aliq̃d ſed illi quattuor portant aliquid.

Quattuor hoīes portāt aliq̃d ⁊ null' eoꝝ aliq̃d portat.

¶ Scōa ppoſitio. ſanſon nō fert tātū ſicut ſortes duorū annoꝝ: poſito ꝙ ſortes ferat vnā fabā ⁊ ſanſon ⁊ goliath ferāt mille libras copulatim. pbatur ppō. ſortes fert vnaʒ fabā; ergo fert aliq̃d ⁊ ſanſon nihil fert: vt pʒ p premiſſam: ergo ſecunda propoſitio vera.

¶ Tertia ppoſitio. centū homines trahunt vnā nauē ⁊ aduenientē vno debiliſſimo eis veloci' trahitur nauis: ⁊ tn̄ illi cētū nihil trahūt. pʒ ppoſitio. poſito ꝙ cētū homines trahāt vnā nauē ⁊ adueniat eis vnus debilis q̃ iuuat trahere iā illi cētū nihil trahūt pʒ ex prima propoſitione: ſed quilibet eoꝝ partialiter trahit nauē: id eſt efficit ppinque motus cū tota multitudine ad trahēdā nauim. ⁊ hoc ſufficit ad ſeruādū quēlibet eoꝝ ab ocioſo vt eis ſatiſfaciat.

Intellect' pdictaꝝ ppoſitionū

¶ Quarta ppō. hec ꝯn̄a nihil valet. ſortes et plato portāt aliqua: ergo ſortes portat aliquid vel aliqua: qꝛ caſu q̃ ſortes et plato portāt vnū lignū antecedēs eſt verū: qꝛ portāt duas medietates: et conſequens eſt falſum. Et ex illo ſequitur ꝙ duo portantes illud lignum ſunt non portans et non portās illud lignum. ſed falſum eſt ꝙ ſunt non portantes illud lignū Et ex his patet ꝙ homo fortis in portando nō magis portat ꝙ̄ homo debilis: ⁊ hoc quando debilis et fortis ſimul portant.

¶ Ad aliud vbi dicitur ꝙ hec conſequentia eſt bona. ſortes et plato currunt: ergo ſortes currit.

¶ Contra hoc arguitur. Pono ꝙ ſortes et plato ſint in hac aula ⁊ ꝙ aīa ſortis ponatur rome anima informante materiā

Caſus de aīa ſortis informās

te materi-am plato-nis et ani-ma plato-nis infor-mare ma-teriam sor-tis.

in hac aula: et cum illa aia ponatur materia platonis ediuerso ponatur anima platonis cū materia sortis rome sic scꝫ ꝙ anima sortis informet materiā platonis rome et anima platonis informet materiam sortis: iam ex illo casu sunt duo homines rome cōpositi ex partibus sortis ⁊ platonis quorū neuter est sortes: q2 anima sortis et materia platonis nō constituūt sortem: ⁊ eadem ratione neqꝫ platonem vocetur suppositum habēs animā sortis cicero et aliud calleas. Preterea pono ciceronē et calleā currere rome. et ꝙ sortes sit in collegio montis in lectione et plato sit secum: ⁊ isto posito arguitur ꝓpositum scꝫ ꝙ nō sequatur sortes ⁊ plato currūt: ergo sortes currit: quia ꝯñs est falsum. q2 sortes nullibi currit nec in vanio: non currit parisii per casum: nec currit rome: q2 nō est rome. ꝙ añtecedēs sit verum probatur. bene seqtur. cicero et calleas currunt: cicero et calleas sunt sortes et plato: ergo sortes ⁊ plato currūt. cōsequētia est sillogismus expositorius. ⁊ maior est clara: quia currunt rome: ergo currūt. probat minor in qua est vis argumenti. Iste quattuor partes demonstrando duas materias et duas animas ciceronis ⁊ callee sunt cicero ⁊ calleas. q2 totum est sue partes sed iste quattuor partes sunt sortes et plato: ergo sortes et plato sunt cicero et calleas: et p conversionem simplicem cicero et calleas sunt sortes et plato: ⁊ habetur minor probata.

Sortes et plato currūt ⁊ neuter eorum currit.

¶ Rñdet ꝙ argumentū efficaciter probat illam ꝯsequētiā non valere ꝑpterea conceduntur iste conclusiones. sortes et plato currunt. ⁊ tamē sortes nō currit neqꝫ plato currit. hāc cōclusionē ꝓbat argumētū.

Sortes et plato currūt rome. et neuter eorum est rome.

¶ Scd̄a ꝓpō. sortes et plato currūt rome. ⁊ tñ sortes nō est rome neqꝫ plato est rome. scd̄a ps ē nota ex casu. ⁊ prior ps ꝓbat. cicero ⁊ calleas currūt rome: cicero et calleas sūt sortes ⁊ plato. ģ sortes et plato currūt rome.

¶ Tertia ꝓpō. cicero et calleas sunt in collegio mōtis: et tamē cicero in nullo collegio est: neqꝫ calleas est in aliquo collegio scd̄a pars liquet et prior ꝓbatur. sortes et plato sunt in collegio mōtis: sortes et plato sunt cicero ⁊ calleas: ergo cicero et calleas sunt ī collegio montis. Et eodē modo potes cōcludere cicero ⁊ calleas erunt graduati: et tñ cicero nō erit graduat⁹ neqꝫ calleas. Ex h̄ pꝫ paucas tales ꝯñas valere a ꝓpōne copulata ad copulatiuā.

A copulata ad copulatiuā raro valet cōsequētia.

¶ Tertio dubitatur an hec sit concedēda. Isti duo apl'i dei et isti duo apl'i dei: ⁊ sic de singulis copulatim demonstrando sexies duos: an isti sint duodecim.

¶ Rñdet ꝙ sic: q2 extrema supponūt p eadē vltra instātias: immo oēs iste sūt cōcedende. sex et sex apl'i dei sunt duodecim: septē ⁊ septem apl'i dei sunt duodecim: octo ⁊ octo apl'i sunt duodecim: vndecim ⁊ vndecim apostoli sunt duodecim. Et si dicas tūc ista est cōcedenda. oēs duo apl'i dei sunt duodecim. imo hoc patet p ascensum si isti duo et illi duo enumerādo sexies duos sunt duodecim. iam oēs duo apl'i dei sunt duodecim. quam cōclusionē cōcedit Heintisber. et post eū Paulus venetus et bene.

Oēs duo apl'i dei sūt duodecim.

¶ Contra hoc ar. bene sequit omnes duo apl'i dei sunt duodecim: ergo aliqui duo apl'i dei sunt duodecim. cōsequens est falsū saltem ab istis doctoribus negatū: ergo et añtecedens. et vltra. ergo duo apl'i dei sunt duodecim. Mirabile eñ esset concedere ꝙ oēs duo apostoli dei essent duodecim: ⁊ duo apl'i dei non essent duodecim. Tum secūdo ex opposito consequētis sequit oppositū añtis. bene sequitur. nulli duo apl'i dei sūt duodecim: ergo nulli omnes duo apl'i dei sunt duodecim. Tum tertio: quia regula est infallibilis arguēdo a ꝓpositione in qua ponit omnis collectiue sumptū ad ꝓpositionem in qua deletur. Tum quarto. arguit ab inferiori ad superius. q2 aggregatū ex signo collectiuo ⁊ termino cōi est inferius ad terminū cōem: hoc pꝫ inductiue. oēs apl'i dei est inferius ad apostoli dei. omnia animalia ad aliqua aialia.

¶ Ad primū argumētū respōderur concedendo hāc. omnes duo apl'i dei sunt duodecim. hanc negando. duo apostoli dei sunt duodecim. sensus prime est ꝙ maxima multitudo duorum apl'orum dei est duodecim. et hoc est verum: q2 significatur ꝙ isti duo et isti duo: et sic de aliis duobus simul iunctis sunt duodecim. et hoc est verum vt patet per ascēsum. sensus hui⁹. duo apostoli dei sunt duodecim. est ꝙ isti duo vel illi duo sunt duodecim apl'i dei quod est falsum. Vñ iste termin⁹ duo supponit p duob⁹ entib⁹ et ꝑm suū additū aggregatū pōt p alio accipi. quia duodecim apostoli dei sūt senarii: sed nullo mō sunt duo: quia nō sunt duo entia.

Intellect⁹ hui⁹ omnes duo apl'i dei sunt duodecim

¶ Tunc respōdetur ad rationes. nego hanc consequentiā. omnes duo apostoli dei sunt duodecim. ergo aliqui duo apostoli dei sunt duodecim. nec hoc ē mirabile ꝙ isti duo et isti duo: et sic de singulis duobus collectis sint duodecim: et tamen nulli duo istorum sunt duodecim: quēadmodum isti duo homies et isti duo homines et illi duo homines sunt vnus exercitus. et tamen nulli duo sunt exercitus. et ex illo soluit argumentū negādo ꝙ ex opposito sequat oppositū: Et alie due ratiōes ex hoc soluunt: et nego ꝙ sit regula infallibilis arguēdo a ꝓpositione in qua omnis capit collectiue ad ꝓpositionem in qua deletur: sed in multis hoc hꝫ verum. oēs hoīes sunt hoīes: et omnis apl'i sunt apostoli. sed in terminis numeralibus rarissime veritatē habet. nec tenet extra terminos numerales: sed ista est cōcedēda. oēs apl'i dei pauciores duodecim sūt duodecim. q2 isti pauciores duodecim demōstrādo sex. ⁊ isti pauciores duodecim demōstrando alios sex sunt duodecim. ⁊ ista est negāda. apl'i dei pauciores duodecim sunt duodecim. Sed hec regula est infallibilis arguēdo a ꝓpositione in qua omnis capit collectiue ad terminū cathegoreumaticū precise. vt omnes duo apostoli dei sunt duodecim: ergo apostoli dei sunt duodecim. oēs apl'i dei pauciores duodecim sunt duodecim: ergo apostoli dei sunt duodecim.

Omnis apl'i dei pauciores duodecī sūt duodecim.

Regula infallibilis.

¶ Contra hoc arguitur ꝓbādo ꝙ ista debet cōcedi. duo apostoli dei sunt duodecim. quia ꝑm aliquos omnis nō est pars subiecti. tunc si ista concedatur. omnes duo apostoli dei sunt duodecim. cum ꝑm eos omnes nō sit pars subiecti subiectum erit duo apostoli dei. et cum ista sit affirmatiua vera oportet extrema supponere pro eisdem.

Georgius Briius Wēriſbero et Paulo veneto.

Improbat Geor. opinionē.

Aliqua affirmatiua vera cuius extrēa nō ſupponūt p eodem.

¶ Rñdet ꝙ bene verū eſt ꝙ aliqui dicūt ꝙ eſt ſatis ꝓbabile dicere ꝙ oēs nō eſt ps ſubiecti qñ capiat collectiue: qꝛ ſic dicit Georgius ꝗ vtrāq; negat. et ꝓpter falſitatē hui᷒. duo apl'i dei ſunt duodecim. que eſt nota falſa infert falſitatē hui᷒. oēs duo apl'i dei ſunt duodecim. ⁊ ſic argumētū eſt exhauſtū. Scđo dꝛ ꝙ hoc nihil valet ꝙ oēs nō eſt pars ſubiecti. Tertio dicit ꝙ forma arguendi nihil valet in exponibilib᷒ ē affirmatiua vera: ergo extrema ſupponūt ꝓ eodē. vt pꝫ hic. nō tñ chimera nō eſt chimera.

¶ Ultimo arꝰ ad idē. duo apl'i dei ſupponit ꝓ duodecim. ergo ꝓpoſitū. aña pꝫ. qꝛ vel pro aliqbus duob᷒ ſupponit vel ꝓ nullis. ſcđm nō eſt dicendū. detur ergo primū. et nō eſt maior ratio ꝙ pro iſtis duobus ſupponat ꝙ̄ pro illis duobus: ergo pro omnibus duobus ſupponit. Item oēs duos apoſtolos ſignificat: ergo pro illis ſimul iunctis poteſt ſupponere.

¶ Rñdet ꝯcedēdo ꝙ duo apoſtoli dei eſt terminus cōis. et cōcedit ꝙ pro iſtis duob᷒ ſupponit ⁊ pro quibuſcūq; duob᷒: qꝛ equalis eſt rō. ſed nō ſeqtur ꝙ copulatim ꝓ duodecim ſupponat: qꝛ duodecim ſimul iuncti nō ſunt duo apl'i dei. nec hoc valet de ſignificat: qꝛ ꝓbaret ꝙ hō ꝓ vno exercitu ſupponeret: ⁊ ſm hāc viā iſte non cōtrariantur. omnes duo apoſtoli dei ſunt duodecim: ⁊ nulli duo apl'i dei ſunt duodecim. cū ſint ſimul vere. Modus negandi hanc. oēs duo apoſtoli dei ſunt duodecim patuit in exponibilibus. ſed omnimodo h̄ eſt negāda ⁊ iſtes. duo apl'i dei ſūt duodecim: tres apl'i dei ſūt duodecim.

Hec deducit plene Albert᷒ de ſaxoñ. xvi. ſophiſ. et duobus ſequētibus.

¶ Epilogādo ex oibus dicit ꝙ multe ꝓpōnes ſunt diſtinguende penes hoc ꝙ et capit copulatiue vel copulatim: vt patet de iſtis. ſortes eſt ſortes ⁊ aliud a ſorte: qꝛ ſortes eſt ſortes ⁊ ſua aīa: ſortes eſt ſortes ⁊ nichil aliud a ſorte: quia ſortes eſt hō et aliqd qđ nō eſt aliud a ſorte: qꝛ ſortes quēadmodū ſortes eſt ſortes. ⁊ hō ſortes eſt ſortes ⁊ nō homo. ſortes eſt aliđ ꝙ̄ plato ⁊ nihil aliud ꝙ̄ plato. qđ pꝫ. qꝛ iſta ē falſa. ſortes eſt plato ⁊ nihil aliud ꝙ̄ plato. vbi ꝑdicatū pro nullo ſupponit vel ꝓ ſolo platone. prima facie primū apparet eo ꝙ plato eſt plato ⁊ aliud a platone. ſed in ſenſu añ explicato ſcđm eſt dādū: ⁊ tunc ſic. plato ⁊ nihil aliud ꝙ̄ plato ꝓ ſolo platone ſupponit: ergo addēdo relatiuū diuerſitatis aggregatū ꝓ qlibet alia re ſupponit: et ſic capiat ꝓ ſorte: ⁊ ꝑ ꝯñs extrema hui᷒. ſortes ē aliud ꝙ̄ plato ⁊ nihil aliđ ꝙ̄ plato. ſupponūt ꝓ eodē. ⁊ ſic aliud dicit alietatē toti᷒ copulati.

Hēriſber. Uideat albertus vbi ſupra.

Bis duo ſūt qttuoꝛ quđ diſtinguenda.

Bis dupliciter capit

Scđꝫ arithmeticoſ ter tria ter ſunt viginti ſeptem.

¶ Finaliter qrit de veritate hui᷒. bis duo ſūt qttuoꝛ. Hentiſber negat tales eo ꝙ duo nō ſunt qttuoꝛ. ⁊ ꝑ ꝯñs ſi duo nō ſūt ſiꝰ qttuoꝛ. bis duo nō ſūt qttuoꝛ ſꝫ dꝛ ꝙ h̄ ē diſtiguēda. bis duo ſūt qttuoꝛ. Uel h̄ aduerbiuꝫ bis dicit īterruptionē tpis et tūc illa ē falſa. ⁊ ſenſus ē. ſiꝰ duo ſūt qttuoꝛ. ⁊ poſtea illa deſinūt eē et iteꝝ ſūt qttuoꝛ. et hoc eſt falſum. Uel bis capit aggregatiue. ⁊ tūc illa eſt cōcedēda. ⁊ tūc eſt ſenſus. duo ⁊ duo ſunt qttuoꝛ. qꝛ niſi ſit numer᷒ quadrat᷒ nō cōſurgeret ex ductu ſuipſi᷒: nec numerus cubus ex ductu alicuius numeri in ſe duplicati. Dicunt arithmetici ꝙ ter tria ter ſunt viginti ſeptem ⁊ quater quattuoꝛ ſunt ſedecim quaꝝ prioꝛ eſt cubus et ſcđa quadratus qđ nō haberet verū ſine hac diſiunctiōe. de talibus hō et omīs aſinus ſūt currentia. a. homo et omnis aſinus ſunt. b. currentia. alibi habendus eſt ſermo.

¶ Sequitur de ⁊ diuiſiue tento.

Dictum eſt ſupra ꝙ qñ ⁊ copulat inter terminos duobus modis capitur. Uno mō complexiue: et ſic de eo locuti ſumus in caplo precedenti. Alio mō diuiſiue ⁊ ſic non qrit verbū pluralis numeri ſicut bene dicit Johānes dorp. ſed ei ſufficit verbū ſingularis numeri introducta ē hec diſtinctio ad ſaluādas aliquas ꝓpōnes communiter ꝯceſſas: vt hoc ſophiſma antiquiſſimū pariſius ⁊ rome vendit piper. qđ varij vario modo ſaluāt. aliquib᷒ ſicut dorp ⁊ Georgius dicentibus ꝙ includit ſignū vniuerſale ex iſtū terminū loco: ita ꝙ pariſius et rome vendit piper. tantū valet mētaliter ſicut vtroq; iſtoꝝ locoꝝ pariſi᷒ et rome vendit piper. in qua piper ſupponit cōfuſe tñ rōne huius ſigni vtroq;. Iſtud nihil valet qđ arguit ſic. captis iſtis terminis pariſi᷒ rome eius vendit: vel intellect᷒ pōt addere iſtam cōiūctionem ⁊ nō addēdo vtroq; iſtorum locoꝝ vel non poteſt. Scđm non eſt rationabile: ergo primum. quia ꝙ̄ꝙ roma ſit locus et pariſius ſit locus non oportet vbi ponunt iſti termini pariſius roma ponatur ille termin᷒ locus.

Pariſius ⁊ rome vēditur piper.

Improbat dictū dorp.

¶ Dicūt alij ꝙ illa nō pōt ſaluari niſi in ſenſu hypothetico: ita ꝙ illa eſt vna ypothetica. pariſi᷒ vendit piper ⁊ rome vēdit piper. et hoc ſatꝭ innuebat Georgi᷒ in ſuppoſitiōe cōfuſa tñ. vbi in vna regl'a dicit ꝙ piper bis ſupponit determinate: ⁊ ſic improprie ſupponit cōfuſe tñ qđ nichil eſt dictu: imo ſic nullo mō ſtat cōfuſe tñ. ſed bis determinate: ⁊ hoc mō loquēdo nō caderet difficultas tenēdo qđ videt cōformius dictis antiquoꝝ logicoꝝ ꝗ dicūt ꝙ copulatū de ꝑdicamēto vbi ⁊ qñ cōfundit terminū: ⁊ h̄ eſt verū de qlibet copulato diuiſiue ſūpto: vt ſortes ⁊ brunellus ē aīal. pariſi᷒ ⁊ rome vēdit piper ⁊ dꝛ ꝙ vtraq; iſtaꝝ eſt va. et ad veritates talium ſufficit ⁊ reqrit ꝙ ꝑdicatū cōueniat vtriq; parti copulati vel trib᷒ ꝑtib᷒ ſi fuerint: vt pariſi᷒ et rome et rothomagi vēdit piper. quare iſta ē falſa. ſortes ⁊ brunellus ē hō. poſt ꝙ̄ ꝑdicatū non cōpetit vtriq; pti copulati (ꝑdicatū tñ ꝙ̄) ſtās cōfuſe tñ: qꝛ ſi ſtaret determinate: vt pariſius et rome venditur piper. requirit ꝙ determinatū ſuppoſitū piperis in vtroq; illoꝝ locoꝝ vendat.

Improbat opinionē Georgii.

Copulatū de vbi ⁊ qñ diuiſiue ſūptū cōfundit terminum.

¶ Notādum eſt ſcđo ꝙ tales ꝓpōnes equalēt ypotheticis copulatiuis eis reſpōdentib᷒ ⁊ ꝑ ꝯñs eaꝝ cōtradictorie diſiūctiuis equiualebunt. et hic. ⁊ negatū valet vel affirmatum ⁊ econuerſo: quemadmodū in ypotheticis loquoꝛ de equiualentia in cōſequendo.

¶ Cōtra hoc arꝰ ſic. iſta eſt falſa. pariſi᷒ ⁊ rome vēdit piper. tenēdo eā cathegoricā. ergo modus declarādi nullus. aña pꝫ. qꝛ bñ ſequit. pariſi᷒ et rome vēditur piper: ergo piper vendit pariſius ⁊ rome. ꝯñs eſt falſum: qꝛ nullū piper vendit pariſius ⁊ rome. ꝓbat tamen cōſequentia per ꝯuerſionem ſimplicem.

¶ Rñdet negādo ꝯñam. et qñ dicis ꝯñs eſt falſum hoc dubito: qꝛ ſtat ꝙ piper

vendat pariſius et rome dato ꝙ nullū piper ſit pariſi' ⁊ rome. Sed traſeat ꝙ ꝯñs ſit falſum: q2 argumentū pōt applicari hic. ſortes ⁊ brunellus eſt aīal. ergo aīal ē ſortes ⁊ brunellus. et nego ꝙ ſit cōuerſi ꝯ ſimplex. imo arguit a ſuppoſitione confuſa tm̄ ad determinatā reſpectu multitudinis. q2 in iſta. pariſius ⁊ rome vēdit piper. piper ſtat cōfuſe tm̄. et in cōuertēte ſtat determinate imo iſta. pariſi' ⁊ rome vēdit pip. eſt vl̄is vl̄itate pueniēte ex pte de ⁊. q2 in iſta. oīs hō ē aīal. oīs eſt ſignū vniuerſale ꝯ̄tualiter includit ⁊ copulatiue acceptum. et ſic ⁊ participat naturam ſigni vl̄is quando capit diuiſiue potiſſimū.

Cōuertēs huius pariſius ⁊ rome vendit piper.

¶ Cōtra hoc arguit. Pariſi' et rome vendit piper. habet aliquā cōuertētem et querit de illa. dicit ꝙ eſt hec. piper vēditur pariſius vel rome. vbi deletur ſignū vl̄e in cōuertēte et mutat in pticularem. vt hic. quilibet hō eſt animal. ergo aīal aliquis homo eſt.

¶ Scd̄o arguit ad idē. iſta eſt vna affirmatiua cui' ſubiectū nō ſupponit non exponibilis. ergo ē falſa. añs pꝫ: de nullo vez eſt dicere. hoc eſt pariſi' et rome ens vēditū. ⁊ ſi ibi cauillas dicēdo ꝙ aliqd̄ eſt venditū pariſi' et rome adduco hāc. ſortes ⁊ brunellus ē aīal. in qua p̄dicatū p vno aīali ſupponit ⁊ nō p duobus vel trib' copulatim. et tm̄ ſubiectū p nullo vno ſupponit de nullo verū eſt dicere. hoc ē ſortes ⁊ brunellus. et ſic lꝫ extrema hui'. ſortes ⁊ brunellus eſt aīal. ſupponāt p nullo eodē accipiūtur.

Quō verificet ſubiectū huius pariſius ⁊ rome vendit piper.

¶ Ad hoc argumētū rn̄det dupliciter. Tum pmo nego ꝙ ſubiectum nō ſupponat: q2 et diuiſiue ſumptū nō eſt ps ſubiecti: ſed ſubiectū debet ſic verificari. hoc ē pariſius vel rome ens venditū. cauſa eſt quare. et nō ē ps ſubiecti: q2 virtus eius cadit in p̄dicatū et in terminos ſequētes. Nec dicit ppoſitio de copulato ſubiecto: quia et eſt pars ſubiecti qñ diuiſiue capit. ſed q2 ⁊ interſeritur inter ptes ſubiecti.

¶ Cōtra hoc ar. Capta hac ppoſione ſortes et brunellus eſt aīal. ſubiectū eſt realiter ſortes brunelli'. qd̄ de nullo eſt verificabile nec aliqb': ergo nō ſupponit: nec h' valet interſerere vel in verificatiōe: q2 q̄libet termin' in recto ſupponēs pōt verificari ſine addito.

☞ ¶ Reſpōdet ꝙ ſubiectū eſt illi duo termini ſortes brunellus ⁊ illi indebite applicant ſine aliquo medio et redderēt orōnē nō intelligibilē: ppterea i verificatiōe opꝫ imponere vel: ⁊ nego ꝙ illud ſubiectū ſine addito pōt verificari: nec h' opꝫ. ſed opꝫ tenere cetera paria: q2 i iſta. pariſius ⁊ rome vendit piper. ⁊ in iſta. ſortes ⁊ brunell' eſt aīal. interponit et q̄re tota ē ppria: ſic interponēdū eſt vel in verificatiōe et nō tenebit ⁊. exēplū. oīs homo eſt aīal: hō p ſorte ſupponit: et tm̄ in verificatiōe delet ſignuꝫ vniuerſale.

☞ Scd̄o dicit traſeat ꝙ ⁊ ſit ps ſubiecti cōcedendo ꝙ totū ſubiectū nō ſupponit: nec requirit: ſꝫ ſufficit ꝙ vtraq̄ pars copulati ſupponat.

¶ Cōtra primā ſolutionē ar. ſeqret ꝙ iſta eēt cōcedēda. pariſi' ⁊ chimere vendit pip. poſito ꝙ piper vēdat pariſi'. ꝯñs ē falſū et ꝯ dicta. ergo ⁊ añs. et ꝯña pꝫ. q2 eſt vna affirmatiua cui' ſubiectū et p̄dicatū ſupponūt p eodē. de pipere vez eſt dicere hoc ē pariſius vel chimere ens vēditū. ⁊ pip ſupponit p eodē. igit.

¶ Rn̄detur cōcedēdo ꝙ extrema illi' nō ſupponūt p eodē. imo ꝙ ſtat p quocūq̄ ſupponit ſubiectū p illo ſupponit p̄dicatū. hoc pꝫ poſito ꝙ nihil vēdat pariſius niſi piper. et tm̄ adhuc illa ppō eſt falſa. eo ꝙ p̄dicatū non cōuenit ſubiecto ſm̄ exigentiaꝫ ſigni vl̄is: q2 illa ppō denotat ꝙ pariſius vendit piper. et chimere venditur piper: modo p̄dicatum non cōuenit ſubiecto pro vtraq̄ parte copulati.

Aliq̄ affirmatiua ē falſa: cui' extrema p eodem ſupponūt

¶ Contra hoc replicat quidā ibi nullū ponit ſignū vl̄e. pariſi' ſupponit diſcrete: rome ſupponit diſcrete vbi eſt illud ſignū vl̄e quod melius declarat in iſta. ſortes ⁊ brunellus eſt hō. ſortes ſupponit diſcrete: brunellus ſupponit diſcrete ibi nullū eſt ſignū vl̄e.

¶ Rn̄det ꝙ iſte nō cōſiderauit ſolutionē. nō dictū eſt ꝙ ē aliq̄s terminus diſtributus: ſed ponit ⁊ qd̄ eſt vl̄e ſuo modo. q2 quēadmoduꝫ in iſta. oīs hō currit. reqrit ꝙ ſortes currit et plato currit ⁊ ſic de aliīs. ita iſta. pariſius ⁊ rome vendit piper. exigit ꝙ pariſius vēdat pip: ⁊ rome vendat pip. Sed q̄rit an ſubiectū in iſta ſortes et brunellus eſt hō: ſi termin' cōis vel ſingularis: ſimiliter querit de quātitate hui'.

Vniuerſale ſuo mō.

¶ Ad pmū dr̄ ꝙ nec hoc nec illud: q2 nō eſt debita vnio ſubiecti de ſe: ſed p verificationē accepto. vel eſt terminus cōis.

¶ Ad ſecūdū dicit ꝙ eſt ppoſitio vniuerſalis et ſua ꝯdictoria particularis in qua et negat valens vel affirmatum.

¶ Sed contra hoc arguit ſic. Iſta eſt ṽa. nō ſortes ⁊ brunell' eſt aīal. ergo altera nō eſt ṽa. pbat añs. nō ſortes ⁊ brunell' eſt hoc aīal. et nō ſortes ⁊ brunellus ē hoc aīal. ⁊ ſic de ſingulis. ergo nō ſortes ⁊ brunell' ē aīal. ꝯñs tenet p aſcēſum. q2 añs eſt verū. nō ſortes et brunell' ē hoc aīal. demōſtrādo ſortē. hoc pꝫ p falſitatē ſue ꝯdictorie. ſortes ⁊ brunell' eſt h aīal.

¶ Rn̄det negādo ꝙ ſequat: et nego illū aſcēſum: ſed opꝫ aſcēdere diſiūctim: nō ſortes et brunellus ē hoc aīal vel hoc aīal. et ſic de ſingulis. et quēadmodū ꝯñs eſt falſum ita et añs. Sed tūc queris quō ſupponit aīal i iſta. nō ſortes et brunellus eſt aīal. ¶ Ad hoc reſpōdet ꝙ ſupponit confuſe tm̄. nec incōuenit ꝙ in neutra cōtradictoriarū diſtribuatur in ſcd̄a regula ſuppoſitionis cōfuſe diſtributiue. Dicit Georgi' ꝙ negatio quinq̄ modis impedit. et quart' modus eſt ꝙ ſi copulatū predicamēti vbi et qñ impedit negationē ne diſtribuat. ⁊ lꝫ georgius hoc inaduertēter poſuit cum quarta regula ſuppoſitionis cōfuſe tm̄ loquens de hac materia: tamē quartū impedimentū cepit ab antiquis ſophiſtis qd̄ omnino ſupuacaneū eſt niſi dicatur ſicut nos dicimus. Si vis dicere ꝙ diſtribuit diſtributione oppoſita ſuppoſitioni confuſe tm̄. de qua ante meminimus in oppoſitionibus in ideꝫ redit: licet ſub aliīs verbis. Etiam hic ens venditum ſtat confuſe tantum dicendo. pariſius ⁊ rome ens venditum eſt piper.

Georgius de negatione quinq̄ modis impedita.

¶ Cōtra iſtud totū ar. adhuc vna ppoſitio cōtradicit iſtis duabus. pariſius ⁊

rome venditur piper. piper vendiť pariſi' et rome: ergo ille due equalent. ꝯña eſt nota. probaƚ aña ꝙ cõtradicat huic. piper vẽdiť pariſius ⁊ rome. non eſt queſtio. ſed ꝙ cõtradicat alteri ꝓbatur. qꝛ qlibet termin' diſtribuibilis in affirmatiua nõ diſtribut' in negatiua diſtribuitur ceteris ſeruatis ad ꝯdictionẽ. igiť. imo iſta. nullũ piper vẽdiť pariſi' et rome. equalet iſti. nullũ piꝑ vẽditur pariſi' vel nullũ piper vẽdiť rome. q̄ formaľr repugnat huic. pariſius ⁊ rome vẽdiť piper.

¶ Rñdeť negãdo ꝙ vna ꝓpoſitio vtriꝙ cõtradicat. imo iſta. nullũ piper venditur pariſi' et rome. eſt ꝟa. et nego ꝙ equalcat diſiunctiue date: qꝛ opꝫ capere ſuã verã cõtradictoriã que eſt hec. piper vẽditur pariſius ⁊ rome que equalet huic. piper vẽdiť pariſi' et idẽ piper vẽditur rome. q̄ manifeſte eſt falſa. et ex illo apparet ꝟitas huius. nullũ piper vẽditur pariſi' ⁊ rome. qꝛ equalet huic nullũ piper vendiť pariſi' vel nullum idẽ piper qđ vẽditur pariſius vendiť rome. q̄ diſiũctiua eſt ꝟa ꝑ ſecũda ꝑte. Forte dicis pariſius et rome vendiť piper: ergo. a. piper vẽditur pariſius et rome. ꝯña ẽ falſum: qꝛ nullũ a. piꝑ vendiť pariſi' et rome. vt pꝫ ꝑ aſcenſum. ⁊ ꝯña pꝫ. nõia ⁊ ꝟba trãſpoſita idẽ ſignificãt.

¶ Rñdeť negãdo ꝯñam. quia piper nõ ſupponit eodẽ modo confuſe tm̃: qꝛ in prima cõfundiť poſt copulatũ qđ eſt ſpãle ſignũ ſuppõnis. in ꝯñte cõfundiť nõ poſt ſpãle ſignũ. ꝓpterea in vna ꝯdictoria diſtribuiť diſtributiõe oppoſita ſuppoſitioni cõfuſe tm̃. in altera ꝟo diſtributiõe oppoſita ſuppoſitiõi determinate.

¶ Cõtra hoc ar̃. qꝛ tũc eodem mõ iſte debẽt cõcedi. ter cãtaui miſſam. ter bibi vinũ. duo boies ſunt vn' hõ. ꝯña eſt falſum ꝑ oppꝫ: ergo ⁊ aña. ꝙ ꝯña ſit falſum. ꝓbaƚ ſic. quia bene ſequiť. ter bibi vinuꝫ, ergo ter bibitũ a me eſt vinũ. ter cãtaui miſſam: ergo ter cãtata a me eſt miſſa. iſtoꝝ cõſequẽtiũ ſubiecta nõ ſupponũt ergo ꝯña ſunt falſa et ꝯña tenent ab actiua ad paſſiuã. ¶ Rñdetur ẽ imprĩcẽs dictis cõcedere ꝓpõnes ꝓpoſitas: ſed poſtꝗ a multis cõcedunť et ad hoc ſunt deputate certe regule in ſuppoſitione cõfuſa tm̃ cõcedendo tales. ter bibi vinũ. ter dixi horas. has negãdo. vinũ ter bibi. horas ter cãtaui. ſed iſtã ſemꝑ negando boies ſunt hõ ad intentionẽ argumenti: qꝛ nõ intẽdi loqui de hominib' ꝑtialib' eo ꝙ extrema nõ ſupponunt pro eodẽ nec pro eiſdem: nec realiter includitur vnũ ſincathegoreuma in vno extremo: ⁊ tũc ad argumẽtũ. ter bibi vinũ. ter bibitũ. ꝓ nullo ſupponit arguendo ab actiua ad paſſiuam.

¶ Reſpõdeť cõcedendo ꝙ ter bibitũ nõ ſupponit: ſꝫ in tal: b' ſufficit ꝙ deleto termino numerali reſiduũ extremoꝝ accipiaƚ ꝓ eodẽ ſm exigentiã termini nũeralis. vt ad veritatẽ hui'. ter bibi vinũ. ſufficit ꝙ ego et bibens vinũ ꝑ eodẽ ſupponat tribus vicib' interruptis. Dicit interruptis q̄re nõ ſequiť ter bibi vinuꝫ in aula. ergo ter bibi vinũ: qꝛ ſi ſortes ad imaginationẽ cõtinue bibẽs egredereƚ ter aulã iſta eſſet ꝟa. ſortes ter bibit vinũ in aula. ⁊ nõ ꝓpterea h̄ cẽt ꝟa. ſortes ter bibit vinuꝫ. Forte dicis ꝙ pari ꝓteruitate tenebiť ꝙ ꝑdicatũ hui' ſupponit. ſortes videt oẽ aſtrũ. poſito ꝙ ꝟciſe videat vnũ aſtrꝫ et in verificãdo opꝫ delere ſignũ vl̃e. Dicit ꝙ nõ eſt ſimile ⁊ diſſimilitudinis maxima rõ ẽ aucto-

ritas artiſtarũ cõcedentiũ aliq̄s ꝓpõnes in q̄b' ſic opꝫ dicere. etiã termini nũerales apti' determinãt copulas ⁊ eaꝝ actus ꝙ extrema. De iſtis ampli' videbiť circa ſuppoſitionẽ cõfuſe tm̃.

¶ Queriť hic an ſignũ vl̃e ſingularis numeri poteſt diſtribuere totũ copulatum. vt omnis hõ et aſinus currit. ¶ Reſpõdeť ꝙ ſic et illa eſt mere vniuerſalis: quia ex ꝑte de ⁊ et ex parte terminoꝝ cathegoreumaticoꝝ. Ibi poteſt argumentari ꝑ regulas equipollẽtiarum an idem ſit dictu. omnis homo ⁊ aſinus non eſt animal. et nullus hõ et aſinus eſt aĩal. apparet ꝙ non poſtꝗ copulatũ negatur in ſcđa equiualet: vel eſt particularis ex parte note: vniuerſalis ex parte terminoꝝ cathegoreumaticoꝝ. ⁊ ſignũ vniuerſale affirmatiuũ nõ mutat ⁊ in vel. Tum primo. quia mediate ſeq̄tur. Tum ſcđo: qꝛ forte ex natura actus de qua non multũ contendo. ſed deſcẽdendo in talibus. homo et aſin' eſt animal. ſub iſtis terminis homo: aſinus capiamus ꝓportionabiliter et diuiſiue. Alique affirmatiue regulantur per negatiuas et nõ ecõuerſo: quod raro cõtingit: vt nõ ſortes et brunellus non eſt animal. que per hanc falſam dinoſcitur ſortes et brunellus non eſt animal. que equiualet iſti copulatiue falſe. ſortes non eſt animal et brunellus nõ eſt animal. et per ꝯñs altera huic. ſortes eſt animal vel brunellus eſt aĩal.

¶ Ultimo circa copulatiuas queritur quomodo veritas copulatiue negatiue cognoſcitur. ¶ Pro hoc dubio.

¶ Notãdũ eſt ꝙ negatio aduerbialis poſita in principio hypothetice negat totũ quod ſequitur quod ſe tenet ex parte illius ypothetice. hoc patet. quia talis propoſitio contradicit reſiduo dempta negatione: vt nõ. a. homo nõ eſt animal. ⁊ omnis homo eſt. b. animal vbi homo in primo loco ⁊ animal in vltimo diſtribuuntur: et animal in primo loco ſtat determinate et hõ in ſecũdo confuſe tantũ: et vtraꝙ cathegorica eſt negatiua. Eodem modo in conditionalibus et in aliis dicatur.

¶ Secũda ꝓpoſitio. negatio aduerbialis poſita inter partes cathegorice nõ agit vltra illam cathegoricam.

¶ Tertia propoſitio. negatio aduerbialis poſita immediate ante copulã ypotheticalem cadit in totum quod ſequitur: vt hõ eſt animal non et deus eſt.

¶ Quarta ꝓpõ. negatio nõialis nõ cadit vltra cathegoricã in qua poniť ſiue ponaƚ in frõte ſiue i medio. Ex iſto patꝫ quõ cognoſcẽda eſt q̄litas in ypotheticꝭ h̄ ꝑmiſſo ꝙ eodẽ mõ nota ꝯiñctionalis ſe hꝫ ad denolandam ꝓpõnẽ affirmatiuã ⁊ negatiuã ſicut ꝟbũ i cathegoricis inueniť ypothetica affirmatiua: cui' q̄lꝫ cathegorica ẽ negatiua: ⁊ ecõuerſo. exẽpliũ pmi. vt null' hõ eſt aĩal. ⁊ null' de' ẽ. exẽpliũ ſcđi. hõ ẽ aĩal nõ vel nullus de' eſt. imo dabilis eſt ypothetica negatiua ꝑ ſolã negationẽ note: vt ſuppoſita ꝓpꝛietate hui'. ſortes currit. plato diſputat. nõ tñ ꝓprie eſt ve. vt ſortes currit plato diſputat nõ ve. Sꝫ tũc q̄ris ꝯdictoriã iſti'. aĩal currit: nõ ſi homo currit. dr̃ ꝙ hec eſt. nõ aĩal currit: ſi non hõ currit. vbi pma cathegorica eſt vl̃is negatiua et tota ypothetica affirmatiua.

Ter bibi vinum.

Quid ſufficit ad veritatem hui' ter bibi vinum.

Termini nũerales apti' determinãt copulas ⁊ eaꝝ act' ꝙ extrema.

Negatio aduerbialis in pn̄cipio ypothetice totũ negat.

Quõ cognoſcẽdaƚ qualitas i ypotheticis.

ypothetica ꝟa ꝑ ſolã negationẽ note.

¶ Notādū eſt ſcḋo ꝙ circa copulatiuā negatiuā due ſūt opīatiōes. Quaꝝ pᵒᵣ eſt marcilii tenētis nullā copulatiuā negatiuā eē in mēte: ⁊ nō ſeq̄tur hec vocalis hȝ duas cathe gorìcas cōiūctas ꝑ hāc notā: ⁊ ergo iſta eſt copulatiua: ſed opȝ addere in aſſre ſ mētali eiᵘ ſ q̄ ſm eā ponit vel eodē mō dicit ꝙ diſiūctiua negatiua vocaliter ſubordinatur copulatiue affirmatiue ſuā poſitionem. ſic probat preſuppoſitis tribus propoſitionibᵘ. Quarū prima eſt ꝙ diſiunctiua affirmatiua cōpoſita ex partibus cōtradicētibᵘ copulatiue affirmatiue ei cōtradicit: vt ꝑ ubi cauſa. iſte cōtradicūt. hō eſt aīal ⁊ deus eſt. nulliᵘ hō eſt aīal vel nulliᵘ deus eſt ſortes nō currit ⁊ plato nō diſputat. ſortes currit vel plato diſputat.

Propoſitiones ꝑ oppoſitionibus propoſitionū ypothetícarum.

¶ Scḋa ꝑpoſitio. ꝙ tm̄ vnū vni opponitur ad hunc ſenſum ꝙ ſi plures vni contradicant ille inter ſe ſunt ſinonime.

¶ Tertia propoſitio. ꝙ dabilis eſt aliqua diſiunctiua affirmatiua in mēte.

¶ His pmiſſis arguit ſic. hec propō. hō eſt aīal ⁊ deᵘ eſt hȝ has ꝯdicētes, nō hō eſt aīal ⁊ deus eſt. qꝛ nō eſt verius cōtradicere et reliqua. ⁊ hāc. nulliᵘ hō eſt aīal vel nulliᵘ deus eſt ꝑ primā ſuppoſitionē: ergo ille ſunt ſinonime ꝑ ſecūdam ſuppoſitionē. Sed vna carū eſt diſiūctiua affirmatiua per tertiā ſuppōnē: ergo ⁊ altera tenet ꝯña: qꝛ copulatiua ⁊ diſiūctiua nō ſunt ſinonime. hec opinio eſt modici momenti. ⁊ nego ſcḋam ſuppoſitionē: imo dādo duas primas dicerē marcilio ꝙ dāda eſt copulatiua negatiua in mēte: ⁊ per ꝯñs cōcluderē ꝙ nulla eſt diſiunctiua. falſum eſt hoc ꝙ oēs ꝑpōnes cōtradicētes vni ſunt ſinonime. q̄libet hō currit. habet iſtas ꝯtradictorias. quidā homo nō currit: ⁊ nō quilibet homo currit ⁊ in ſecūda ponit actus vniuerſalis in mēte ⁊ non in altera quare intellectus habens iſtā mentalem. homo eſt aīal ⁊ deus eſt. non poteſt addere negationem nihil aliud addendo remanentibus eiſdem actibus et conceptibus. Martinus magiſtri opinatur cum marcio ⁊ facit rōnes. quarū hec melior eſt. nulla negatiua aliq̄d ponit: aliqua copulatiua negatiua aliquid ponit: ergo aliqua copulatiua negatiua nō eſt negatiua. ꝯña tenet in feſtino. minor ptȝ quia equalet vni diſiūctiue: qꝛ alterā ptē ponit: ⁊ maior eſt propoſitio famoſa in artibus.

Martinᵘ magiſtri.

¶ Rn̄det negādo maiorē. immo negatiua pregnās ponit aliq̄d: vt ptȝ de hac tm̄ ſortes nō eſt hō. Forte dicit arguens intelligit de pure negatiua. Tūc dico ꝙ deſtruit ſuū argumētū: ⁊ cōcedo maiorē: imo iſta eſt negatiua. nō antixp̄s eſt ⁊ chimera eſt. q̄ eſt negatiua cuiᵘ q̄lȝ cathegorica negatiua nō ponit āticriſtū eē neq̄ chimerā fore: ⁊ cōcedit ꝙ equalet vni diſiūctiue huic. ſ. nulla chimera eſt: vel antixp̄s nō eſt mō iſta diſiūctiua nihil ponit ad hūc ſenſuȝ ꝙ requirat exñtia rerū ꝑ q̄bᵘ ſupponūt extrema cathegoricaꝝ. Forte dicis ponit vnā partē ad hoc ꝙ ſit vera: verum eſt. ſic iſta. antichriſtus non eſt. quia antichriſtus non eſt in rerū natura ponit veritas illius. hoc prenotato ꝙ eſt aliqua copulatiua negatiua in mente.

Negatiua ꝑgnās ponit aliq̄d.

Uarie opiniones de negatiōe

¶ Dicūt aliqui ꝙ negatio aduerbialis poſita in capite ꝑpōnis negat preciſe aduerbialē copulā ypotheticalē ⁊ nō copulas ꝟbales: et iſte li in ypothetical modiᵘ dicere hȝ ꝙ eſt aliq̄s terminᵘ diſtribuibilis in vtraq̄ ꝯdictoriaꝝ nō diſtribuitᵘ: in vtraq̄ diſtribuitᵘ. Intelligo vitra illa de q̄bᵘ locuti ſumᵘ ſ oppōnibᵘ. primū ptȝ qꝛ iſte ꝯdicūt. hō ē aīal ⁊ deᵘ eſt: nō hō eſt aīal ⁊ deᵘ eſt. ⁊ tñ nec hō nec aīal diſtribuit in vna. Secūduȝ patet in his duabᵘ oīs homo eſt aīal: et oīs deus eſt: nō omnis hō eſt animal ⁊ omnis deus eſt. Alij dicūt rationabiliᵘ ꝙ negatio aduerbialis negat copulam ypotheticalem ⁊ copulas verbales.

¶ Omnibᵘ his poſitis dr̄ ꝙ ad veritatē copulatiue negatiue ſufficit ꝙ vna pars eius (vt iacet in forma) ſit falſa. hoc probatur: quia hoc ſufficit ad falſitatē affirmatiue: ergo ad veritatem negatiue ſatis eſt cuȝ contradictorie propoſitiones ꝯtradictorias habēt cauſas veritatis ⁊ falſitatis: vt ꝑ ubi cā. hec copulatiua ē ꝟa nō hō eſt aīal: ⁊ hō eſt aſinᵘ. qꝛ ſcḋa ps eſt falſa. ⁊ dꝛ in forma: qꝛ ſcḋa pars eſt negatiua: et tantuȝ valet ſicut nullus hō eſt aſinus ſed tūc prima ps in valore eſt falſa. Sed aliqua eſt vera cuiusvtraq̄ pars in valore eſt vera: vt non hō eſt lapis et homo eſt aſinus. vtraq̄ cathegorica eſt negatiua: ⁊ negatio deſeruit illis tribus propoſitionibus: ſed hō eſt lapis que eſt pars illius copulatiue eſt impoſſibilis ⁊ affirmatiua propoſitio: licȝ nō hō eſt lapis ſit neceſſaria ⁊ negatiua enūciatio. Ex oībus his patet ꝙ in ypotheticis affirmatiua affirmatiue ꝯdicit hoc patet de copulatiua affirmatiua et diſiunctiua affirmatiua cōpoſitis ex partibᵘ ꝯdicentibus: qꝛ iſta. hō eſt aīal ⁊ deus eſt. multipharíā pōt habere ꝯdictionē ꝑmo. nulliᵘ hō eſt aīal: vel nullus deus eſt. ſcḋo habet ꝯdictorias negatiuas: vt nō hō eſt aīal ⁊ deᵘ eſt nullus homo eſt aīal nō ⁊ nullus deus eſt. Et ex illo ſequit ꝙ negatiua formaliter affirmatiue equalet. hoc probatur copulatiua negatiua ⁊ diſiunctiua affirmatiua ꝯdicūt copulatiue affirmatiue: ergo inter ſe equalent. Scḋo ſequit ꝙ diſiūctiua negatiua equiualet copulatiue affirmatiue ꝑ primā rꝫam equipollentiaꝝ. Probat. Iſte ꝯdicūt: vt ſupra dictū eſt. hō eſt aīal ⁊ deᵘ eſt: nullus hō eſt aīal vel nullus deus eſt. ꝑponendo vni negationem dicēdo nō nōnullus hō eſt aīal vel nullus deus eſt. Illud aggregatū equalet copulatiue affirmatiue. ⁊ quēadmodum dictuȝ eſt ꝙ cauſalis infert rōnalē: ita copulatiua diſiunctiuā infert tāq̄ a ſubalternāte ad ſubalternatā: ⁊ tūc per ordinē cauſalis rōnalē infert rōnalis copulatiuā ⁊ copulatiua diſiūctiuā. Sed ꝯditionalis impertinēter ſe hȝ reſpectu copulatiue et diſiūctiue ex antedictis circa notas ꝯñtiales ad iūgēdo copulatiuā ⁊ diſiūctiuā facile ptȝ ordo: arguendo ex oppoſito conſequentis ad oppoſituȝ antecedentis multa iſtorum ſunt clara: ſed ⁊ diuiſiue ſumptū conſideretur.

Ad veritatē copulatiue negatiue quid ſufficiat.

Copulatiua negatiua formaliter equalet diſiūctiue affirmatiue et diſiūctiua negatiua copulatiue affirmatiue.

¶ Contra q̇d arguit adhuc duplici argumento. Tū primo. q̄ñ ex capit diuiſiue equiualet vni copulatiue: ꝗ ſuperflua eſt illa diſtinctio. Tū ſcḋo. ſortes ⁊ brunellus ſumptū diuiſiue equalet illi copulato accepto ꝯplexiue: ergo inter illas acceptiōes nō eſt diſcrimē antecedēs ptȝ: qꝛ ⁊ eodē mō ſituatur: ⁊ cetera ſunt paria.

¶ Ad primū reſpondet concedendo ꝙ ⁊ diuiſiue ſumptū equalet copulatiue et

nego cõſequētiã: ꝙ propterea ſuperuacanea eſt diuiſio. hoc argumẽtũ ꝓbaret copulatiuã negatiuã diſiũctiue affirmatiue nõ equalere: ſz ꝙ iſte non equipolleant. non quilibet homo currit: et quidam homo non currit.

¶ Ad ſcdm dicit ꝙ ⁊ capit equiuoce qñ capit complexiue et qñ diuiſiue vnũ copulatũ cõfundit reliquũ ꝓo nõ. mltiplex diſcrimẽ aliñ narratũ eſt. ¶ Adde ꝙ ꝓpõnes de vbi et qñ reddunt propõnẽ copulatiuã: vt adã fuit vbi helias fuit: adã nõ fuit qñ noe fuit vñ ſm okam ⁊ buridanũ ad veritatẽ taliũ ꝓpõnum cognoſcẽdã nõ opꝫ aſpicere ad partes vt iacẽt in forma: ſz ad mẽtalẽ copulatiuã: vt helias fuit in aliquo loco ⁊ in eodẽ loco fuit helias adã fuit in aliquo tpe ⁊ in eodẽ tpe noe nõ fuit. Paulus venet' et aliñ quidam dicunt eas eſſe cathegoricas. Pe. de bruxel. dicit ꝙ poſſunt diſtingui vt poſſunt eſſe de tpato extremo ⁊ ſunt cathegorice vel tpales ypothetice: ⁊ ſic prima in ſenſu cathegorico eſt vera: vt eſt copulatiua eſt falſa. Adducit idẽ Pe. de brux. modũ. ſ. Thome ex opc. xlviij. dicẽtis tpales ⁊ cauſales reduci ad ſpẽs ꝓpoſitionũ ypotheticarũ: ⁊ ſic videtur velle illas eſſe ypotheticas.

Additio.

¶ Sequitur de diſiunctiuis.

Diſiũctiua eſt illa in qua cõiungunt due cathegorice ꝑ hãc cõiũctionẽ vel: vt ſortes currit vl' plato diſputat. Ad veritatẽ diſiũctiue ſufficit alterã partẽ eſſe verã: vt hõ eſt aial vl' equ' eſt lapis. Tñ ꝑmittit ꝙ vtraqꝫ ſit vera: ſed nõ ita ꝓprie: vt hõ eſt aial vel equus eſt hynnibilis. Ad falſitatẽ eius requiritur vtrãqꝫ partẽ eſſe falſam: vt hõ eſt aſinus vel equus eſt lapis.

¶ Circa hãc litterã notãdũ eſt ꝙ ꝓpõ diſiũctiua eſt ꝓpõ ypothetica in qua plures ꝓpõnes cõiũgunt ꝑ hãc cõiunctionẽ vel tãꝙ ꝑ copulã principalẽ vel per aliquod equalẽs: nõ ꝙ ſit equiualens in cõſequẽdo: qꝛ nõ ⁊ valet vl'. Sed equalẽs in preſentiarũ voco realiter cõiunctionẽ diſiũctiuã vt aut ve. ¶ Vel capit dupliciter. vno mõ vt coniungit inter propoſitiones. alio modo vt cõiungit inter terminos ſiue a parte ſubiecti ſiue a parte ꝑdicati dicatur proportionabiliter ad ſimilia membra in copulatiuis.

Diffinitio ꝓpõnis diſiũctiue

Et negatũ valet vl' affirmatum.

Vel duplr capitur.

¶ Circa diſiunctiuas ponunt regule ꝯñtiales quarũ prima eſt. Arguẽdo a pte diſiũctiue affirmatiue ad totã diſiũctiuã affirmatiuã in ordine ad ſenſuꝫ diſiũctiuũ eſt formalis cõſequẽtia ⁊ nõ econuerſo. Dicitur affirmatiue ꝓpter partẽ diſiũctiue negatiue ꝙ nõ infert totã. Dicit in ordine ad ſenſuꝫ diſiũctiuũ propter ꝓpoſitiones q̃ pñt capi in ſenſu diſiũctiuo ⁊ copulatiuo vel in aliis ſenſib'. Scda ps regule tenet niſi qñ ps illata ſequit ex vtrauis pte diſiunctiue: qꝛ bñ ſequit hõ eſt aſin' vel baculꝰ ſtat in ãgulo: de' eſt vel ſortes currit: ergo de' eſt: antixp̃s eſt albus vel antixp̃s eſt colorat': ergo antixp̃s eſt coloratus. Et ex iſta regula ſequit ꝙ formalis eſt ꝯña arguẽdo a diſiunctiua negatiua ad alterã partẽ eius: ⁊ nõ econuerſo niſi ꝓportionabiliter qñ vna ps infert vtranqꝫ. Correlarie ꝓbat. ps diſiũctiue affirmatiue infert totalẽ diſiũctiuã: vt dicit regula: ꝗ arguendo ex oppoſito ꝯſequẽtis ad oppoſitũ antecedentis valebit conſequentia.

Pro cõſequentiis diſiunctiuis.

¶ Scda regula pricipalis arguẽdo a tota diſiũctiua affirmatiua cum deſtructiõe vni' ptis ad põnẽ alteri' eſt formalis ꝯña. vñ ſeqt ſortes currit vl' plato diſputat: ſortes nõ currit: ergo plato diſputat. ꝓbat regula. oppoſitũ ꝯñtis repugnat añtecedẽti: qꝛ dato ꝙ plato nõ diſputat ⁊ ſortes nõ currit: ꝑ añs tũc deſtruit diſiũctiua ꝙ neqꝫ ſor. currit neqꝫ plato diſputat.

¶ Notãdũ eſt ſcdo ꝙ ad veritatẽ diſiũctiue affirmatiue ſufficiat alterã ptẽ eẽ verã ⁊ hoc eſt vex. dicit Priſcian'. qñ ꝯiũctio ſub diſiũctiue capit als opꝫ vnã ptẽ eẽ verã ⁊ aliã falſam. iſtũ modũ loquẽdi inſeqt boeti': ſz ſubdiſiũctiue loqmur. ¶ Vñ ꝑ maxĩa ſeruãdũ eſt ꝙ diſiũctiua ptẽ fortiorẽ ãplectit. Et ex illo põt ſciri qd reqrit ad poſſibilitatẽ diſiũctiue. ſ. vnius ꝑtis poſſibilitas. Et ad neceſſitatẽ ſufficit vni' ꝑtis neceſſitas: vt hõ eſt aſin' vel de' eſt. ſz neutri' ptis neceſſitas reqrat ad ei' neceſſitatẽ. Vñ qñ ptes diſiũctiue participãt legẽ ſubcõtrariaꝝ vl' ꝯdictoriaꝝ diſiũctiua eſt neceſſaria. Et h' triphariã eẽ põt. Primo qñ vna ps ẽ neceſſaria. Scdo qñ diſiũctiua cõponit ex ptib' repugnãtib'. ſortes currit: vl' ſortes nõ currit. Tertio qñ capit ꝯdictoriũ añtis diſiũctiue cũ ꝯñte: vt ſortes nõ currit: vl' hõ mouet. Et iſta duo vltĩa mẽbra ſatis bñ intelligũt in vno: Imo etiã ⁊ primũ: qꝛ tũc diſiũctiua ꝯponit ex ptib' repugnãtibus qñ copulatiua ei ꝯdicẽs ẽ ĩpoſſibilis: vt capta iſta: ſortes nõ currit vel hõ mouet. ſua cõtradictoria eſt ſortes currit: ⁊ nullus homo mouetur. q̃ eſt impoſſibilis.

Priſcian'

Diſiunctiua fortiorẽ partẽ ꝯquitur.

Qñ diſiũctiua componit ex partib' repugnantibus.

¶ Ex iſto ptꝫ ꝙ nõ inconuenit diſiũctiuã trãſcẽdere partẽ fortiorẽ: ſz nunꝙ ſub ea deſcẽdit hoc pꝫ. ſortes currit vel ſortes nõ currit. neutra ps eſt neceſſaria: ſz tota diſiũctiua eſt neceſſaria: idẽ ptꝫ hic hoc cõtinuũ nõ diuidit in hanc partem: vel hoc cõtinuum nõ diuiditur in hanc partem: vel hoc continuũ nõ diuiditur in hanc partem: ⁊ ſic de ſingulis demonſtrando ad imaginationẽ oẽs ptes ꝯtinui tota diſiũctiua ẽ neceſſaria: vt ptꝫ ꝑ impoſſibilitatẽ ſue contradictorie: ⁊ tamen nulla cathegorica illius diſiũctiue eſt neceſſaria: immo ꝙ fortius eſt nec diſiunctiua compoſita ex duabus cathegoricis nec ex tribus nec ex mille nec ex ꝙtolibet numero finito. Ex illo patet quid ſufficit ad eius impoſſibilitatẽ. Ad ſciendã diſiunctiuam ſufficiat vnã ptẽ ſcire licet hoc non requirat: immo ego ſcio vnã diſiunctiuam cuius quamlibet partem ꝯdubito: hoc probatur. hanc diſiunctiuam ſcio papa dormit vel nullus papa dormit. quia ſcio ſuam ꝗ contradictoriam eſſe impoſſibilem ⁊ per conſequẽs hanc ſcio eſſe neceſſariam: ⁊ priorem partem dubito: ⁊ ex conſequenti ſcdam: quia dubitato vno contradictoriorum dubitandum eſt ⁊ reliquum Et ex illo cognoſcitur quid ſufficit ad ignorandam diſiunctiuam. Similiter hec eſt credita a me. deus fecit mundum: vel homo eſt aſinus. et hanc opinor. deus poteſt facere infinitum magnitudine vl' homo eſt aſinus: quia vna pars eſt impoſſibilis: ⁊ altera opinata a me: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs tota diſiũctiua opinata ⁊ cã dubito de diſiũctiua negatiua. dicat ſicut de copulatiua affirmatiua iuxta illa q̃ tacta ſunt ĩ materia de copulatiuis.

Ad ſciẽdã diſiũctiuã q̃d ſufficiat

Quid ad ignorandam.

¶ Cōtra hoc arguit et primo contra primā regulā. nō ſequitur. ſortē currere ē cōtingens: ergo ſortē currere vel ſortem nō currere eſt cōtingens. ⁊ tñ arguit a pte diſiunctiue ad totam diſiunctiuā: ergo regula nulla.

¶ Rñdet diſtinguēdo ꝙ nō ſequatur. vel ſi ꝯñs capiat in ſenſu diſiunctiuo ⁊ cōtingēs idem determinat in ꝯñte ſicut in añte: ⁊ ſic nego. vel ſi determinet totū puta totā diſiunctiuā: et tūc cōcedo ꝙ nō ſeqtur. nec arguit ꝯ regulā qꝛ tūc eſt vna cathegorica affirmatiua cuiꝰ ſubiectū eſt hoc totū. ſortes currit vel ſortes nō currit. ſupponēs ꝓ illa diſiunctiua: et pdicatū ē iſte terminꝰ cōtingens qđ non cōpetit illi ſubiecto.

Quō ppoſitiōes in qbꝰ ponit vel ſunt diſtinguēde

¶ Et eodē mō tales ſunt diſtinguēde. ſortem currere vel ſortē nō currere eſt neceſſe: ſortē currere et ſortē nō currere eſt impoſſibile. Si neceſſe in prima determinat hoc totū et nō partes. ſortes currit vel ſortes nō currit. illa eſt vera. ſi partes: falſa eſt. Oppoſito modo ē de ſecūda. Si impoſſibile determinet totum vera eſt: quia ſignificatur ꝙ hec copulatiua ſortes currit et ſortes non currit ē impoſſibilis: ſi ptes determinet falſa ē.

¶ Scđo nō ſeqtur. hoc eſt falſum, ergo hō eſt aſinus: vel hoc eſt falſum. continue ꝑ ꝓnomen hoc demōſtrando illā ſingularē que eſt ps diſiunctiue. ⁊ tñ arguit a pte diſiūctiue ad totā diſiunctiuā. igitur. ꝙ nō ſequat pbat añs eſt verum et ꝯñs falſum. qꝛ detur oppoſitū ꝙ ꝯñs eſt verū: et cū hec ſit falſa. hō eſt aſinus. opꝫ hāc eſſe verā. hoc eſt falſum. ⁊ ſi ſic ita ē ſicut illa ſignificat: ſed illa ſignificat ꝙ ipſa ē falſa: et ita eſt ꝑ aduerſariū: ergo ipſa eſt falſa.

¶ Rñdet cōcedēdo ꝯñam: ⁊ ꝙ antecedens eſt verū et conſequēs falſuꝫ nec hoc incōuenit in ſe falſificantibus.

deus neceſſario eſt creās concedēdo hāc.deus eſt
neceſſario creās qḋ eſt vel qḋ fuit vel qḋ erit vel
qḋ põt eſſe.ꝛ nego ꝙ illa explicet ſenſum alteri⁹
ꝛ cā eſt q2 ī iſta. de⁹ nēcario ē creās ſūt duo termi
cõnotatiui.ſ.creās ꝛ nēcario nolo dicere ꝙ neceſ
ſario hēat materiale ſigcatū . ſ3 ſolu3 aliq̇lr ſigt
qḋ ſufficit ad terminū cõnotare vt patebit ī ap
pellationib⁹. mō illa ſigt ꝙ deus neceſſario ē ꝓ-
ducens aliq̇d ad extra ex nihilo ꝛ ſic aliqualiter
ſignificare de neceſſario denotaṫ cadere in cõno
tatū hui⁹ termini creās.ꝛ hoc op3 ſeruare in pro
poſitione explicāte ampliationē eius ꝛ dicemus
ſic.de⁹ neceſſario ē creās qḋ eſt vel qḋ fuit vel qḋ
erit vel qḋ poteſt eē neceſſario creās vbi ſilis cõ-
notatio debet manere in qualibet p̄te diſiuncti
qualis eſt in principali propoſitiõe. Forte dicis
deus neceſſario eſt illud quod eſt creās: ergo de⁹
neceſſario eſt res que ē creans:et per conſequēs
deus neceſſario eſt creans.

Rñr negādo vltimū ꝯñs et
ꝓmū ꝯñs niſi aliq̇liter ſignificare de neceſſario
tm̄ cadat ī materiale ſignificatu3 p̄dicati. Forte
q̇ris an iſte equalēt.de⁹ neceſſario ē creās:de⁹ ne
ceſſario creans eſt:deus creās neceſſario eſt. Re-
ſpondetur ꝙ nõ eſt diſcrimen inter illas.

Ad aliud argumētū de hac
deus poſſibiliter nõ ē creās. Duo poſſum dicere.
Primū ꝙ iſta ē impoſſibilis:de⁹poſſibiliter nõ ē
creans: ꝛ iſte ſortes poſſibiliter nõ eſt creās. ꝛ ci-
thariʒans poſſibiliter nõ eſt cithariʒās vt ſuade
bat argumentū ad h̄ factū. Et ſi dicas h̄ eſt ꝯtra
cõem modū concipiēdi . Rñdeṫ ſatis colorandū
ꝙ cū poſſibile nõ aſſignaṫ cõtradicere neceſſe ſp
virtualiter preſupponit neceſſe: vt capta iſta ſor
tes poſſibiliter nõ eſt currēs. cuius ꝯdictoria aſ-
ſignatur.ſortes neceſſario eſt currēs. ſenſus ne-
gatiue erit.ſortes poſſibiliter nõ eſt currens:qḋ
neceſſario eſt mõ iſta ē neceſſaria ꝛ ꝓpter breui-
loquiū relinquimus neceſſe:ꝛ ſic cõiter concedi-
mus hāc verā.ſortes poſſibiliter nõ eſt currēs:l3
abſolute ſortes poſſibiliter nõ eſt currens ſit fal
ſa ꝛ nõ cõtradicat huic.ſortes neceſſario ē currēs
ſed redeūt argumēta ꝯ iſtud que redierāt cõtra
hoc qḋ dicimus ꝙ p̄dicatū huius non ſupponit.
deus neceſſario ē creās. Scḋo dico negādo ꝙ iſta
ſit falſa.de⁹ poſſibiliter nõ ē creās abſolute qua
cūq ꝯ cõtradictoria ſecluſa ꝛ nego ꝙ ſenſus ei⁹ eſt
deus poſſibiliter nõ eſt creās ꝙ poteſt eē.q2 non
oportet reflectere copulā cū poſſibile nõ l3 diffic
le ſit dare rõnē aliā a cõi vſu loquēdi:ſed coloraṫ
ſic ꝙ hoc vł̄r l3 vbi ſeruaṫ ſinonimitas ī copulis
ꝯdicendo.vt adā fuit oīs hõ q̇ fuit.adam nõ fuit
oīs hõ. Pro iſtis duab⁹ adā fuit oīs hõ adam nõ
fuit oīs hõ. ſortes poſſibiliter eſt currēs equalet
iſti.ſortes poſſibiliter ē currēs.qḋ poteſt eſſe cui⁹
ꝯdictoria eſt ſortes impoſſibiliter ē currens.ꝛ va
let hanc. ſortes nõ poteſt eē currēs quod poteſt
eſſe et ſic non licet reflectere poſſibile nõ niſi per
reſpectum ſue contradictorie.

Ad tertiū argumētū de hac
ſortes poſſibiliter eſt nõ currēs.hāc concedo ſm̄
dicta in fine ſolutiõis ſcḋi argumenti et nego ꝙ
termin⁹ infinitus nõ põt ſupponere ꝓ aliquo ꝓ
quo ſupponit ſu⁹ terminus finit⁹:ꝛ hoc in extri-
ſecis tēporibus ꝛ in modalib⁹.q2 tūc hec eſſet ne
gāda nõ cithariʒārē poſſibile eſt cithariʒare quā
cõcedit Ariſtoteles.ꝛ in hac vltima ſolutiõe ma- Ariſto.
gis ſto. Forte adhuc inſurgis: q2 p̄dicatu3 in iſta
ſupponit de⁹ neceſſario eſt creās ſm̄ dicta : et tn̄
in ꝓpõne explicāte ampliationē ei⁹ a p̄te p̄dica-
ti poniṫ neceſſario determinās cõnotatū huius
termini creās.ergo totū p̄dicatū non ſupponit:
q2 nihil põt eē neceſſario creans:ꝛ ſic p̄dicatū in
vna equalēte ſupponit:in altera ṽo nõ. Diciṫ ꝙ
non poniṫ neceſſariū tanq̄ pars p̄dicati.ſed ad
limitandā connotationem termini.

Circa hāc materiā. q̄riṫ de
veritate hui⁹.de⁹ neceſſario ē creās vel nõ creās
ꝛ de veritate huius:ſortes neceſſario ē ſi eſt:ꝛ de
ṽitate hui⁹.ſortes poſſibiliter ē oīs hõ.

Rñr ꝙ ꝓma eſt vera q2 bene
ſeq̇tur.de⁹ neceſſario ē ens:ergo de⁹ neceſſario ē
creās vel nõ creās.añs eſt neceſſariū.ḡ et ꝯñs et
tenet ꝯña a cõuertibilib⁹ ſubiecta ꝛ copule ꝯuer
tūtur:ꝛ p̄dicata ſunt trāſcēdentia oē diſiunctum
ex ꝯdictorijs eſt trāſcēdens ſimplr. Et cõfirmaṫ
de ineſſe illi⁹ ē neceſſaria. ergo ipſa ē neceſſaria:
nā licet non ſequaṫ econuerſo ſeruatis terminis
in forma quandocūq de ineſſe ē neceſſaria mo-
dalis diuiſa eſt neceſſaria. Qḋ iſta ſit neceſſaria
notū eſt:deus eſt creās vel nõ ē creans.

Cõtra hoc arḡ ſic. illud diſiū
cti.nõ cõperit ſubiecto ꝓ aliq̄ p̄te ei⁹ mediante
modo ḡ ipa eſt falſa. Alr̄ dabiṫ modus ſuſtinēdi
ſortes neceſſario ē plato vel cicero. Rñr ꝯcedēdo
ꝙ nulla pars diſiūcti cõperit ſubiecto mediāte
mõ ſ3 totū diſiūctū cõperit ꝛ ad h̄ qḋ aſſumis de
iſta ſor.neceſſario ē pla.vł cicero.nõ ē apparētia
q2 ſua de ineſſe ē poſſibilis. ſor.eſt pla.vł cicero.

Scḋo arḡ. de⁹ neceſſario eſt
creans vel nõ creans.ergo de⁹ neceſſario eſt hoc

creans vel nõ creãs vel deus neceſſario eſt illud creãs vel non creãs ſingulariʒãdo totũ diſiũctũ vnica ſingulariʒatiõe. ꝯña tenet p deſcẽſum ſed ꝯñs ẽ falſum. q: ſeqtur. de' neceſſario eſt h̃ creãs vel nõ creãs: ergo de' neceſſario ẽ hoc creans ſingulariʒãdo totũ diſiunctũ in ãſñte p deo creãte: hoc pʒ vl'r. Seqtur hoc qð eſt hõ vel aſin' currit ſingulariʒãdo totũ diſiũctũ pro brunello. ergo brunellus currit a conuertibilibus.

Rñr ꝙ ſm multos ꝙ neceſſario cõfundit a pte poſt. et ſic negaret deſcẽſum ſed illud argumẽtũ parũ cogit: cõcedo illũ deſcẽſum diſiũctiuũ. ſ. ꝙ de' neceſſario ẽ hoc creãs vel nõ creãs demõſtrãdo deũ. Et qñ infert̃ ergo de' neceſſario ẽ hoc creãs: nego ꝯñam. q: ꝗꝗ illud diſiũctũ ſingulariʒet̃: tñ ſingulariʒare conuertit̃ cũ altera pte in terminis cõnotatiuis: imo illð diſiũctũ cõuertit̃ cũ hoc termino h̃ ens declarat̃ exẽplo ſortes ẽ diſputãs vel nõ diſputãs q̃ eſt ṽa ꝗdiu viuit ſortes ⁊ hec ſingularis ẽ ṽa. ſor. eſt h̃ diſputãs vel nõ diſputãs: demõſtremus ſortem. nec ſequit̃. ergo ſortes eſt hoc diſputãs.

Tertio arguit̃. ſequit̃ ꝙ iſta eſſet ṽa. ſortes neceſſario ẽ albus vel non albus hoc cõtradictoriũ contingẽtiũ. vel illud neceſſario eſt verũ qð nõ videtur dicendum.

Rñr has negãdo. q: vl'r ſeqtur. ſortes neceſſario eſt albus vel nõ alb'. ergo ſortes neceſſario eſt qð eſt falſum. et ſic de ineſſe iſti' eſt ꝯtingẽs ſortes neceſſario eſt albus vl nõ alb'. hec ẽ falſa poſt mortẽ ſortis. ſortes eſt alb' vel nõ alb'. ſed hãc cõcedo. ſortes neceſſario ẽ albus vel nõ alb'. Et breuiter qñcũq3 de ineſſe eſt neceſſaria modalis diuiſa de neceſſario eſt ṽa: ⁊ etiã modalis cõpoſita dũmodo ſubiectũ eſt terminus abſolut' vel pnomẽ demonſtratiuũ.

Ad ſcðm de hac ſortes neceſſario eſt ſi eſt dr̃ ꝙ eſt ṽa vt pʒ ex fundamẽto hoc ẽ neceſſario. ſortes ẽ ſi eſt q̃ eſt de ineſſe illi'. ⁊ ſic ponendo neceſſe ex parte copule tota propoſitio manebit vera.

Cõtra hoc ar̃. qñcũq3 p̃dicatũ in modali diuiſa neceſſario ſupponit p re cõtingẽti talis ppõ eſt falſa. iſta ẽ hmõi. igit̃ nego maiorẽ. ⁊ hoc qñ p̃dicatũ h3 ampliũ modũ ſignificãdi: vel eſt termin' ampliatiu': q: l3 talia p̃dicata p reb' cõtingẽtib': ſupponãt tñ mõ neceſſario p eis accipiũtur. ſortes neceſſario eſt poſſibilis. ſortes neceſſario ẽ corruptibilis. ſortes neceſſario eſt potẽs diſputare. ſortes neceſſario ẽ imaginabilis. oẽs tales ſunt cõcedẽde: vt pʒ p earũ de ineſſe neceſſarias. p̃terea ſi ſortes neceſſario eſt ſi ẽ deſcẽdẽdo ſub illo cõditionato demõſtrabis ſortẽ in ſingulari ṽa. ⁊ dabis hanc ſortes neceſſario eſt hoc ens: ſi eſt ⁊ ex illo infert̃ ꝙ ſortes neceſſario ẽ hoc ens ꝯcedo deſcẽſum a pte p̃dicati ⁊ nego vlteriorẽ illationẽ quẽadmodũ nõ ſeqtur ſortes neceſſario ẽ poſſibilis: ergo ſortes neceſſario ẽ ſortes. inſup ſortes neceſſario eſt ſi eſt: vel ergo ſortes neceſſario ẽ oñe ens ſi eſt vel aliquod: et aliqð non. nõ primũ: ergo ſcðm. Et arguitur vt in argumẽto p̃cedenti ſi deeſt ſm h̃ argumentũ poteſt ſolui ex p̃cedenti.

Ad tertiũ de iſta ſortes poſſibiliter eſt oĩs hõ dr̃ ꝙ iſta ẽ impoſſibilis: quia ſenſus ẽ ſortes poſſibiliter eſt. oĩs hõ q̃ põt eſſe.

Cõtra hoc ar̃. modalis cõpoſita ei reſpõdens eſt ṽa. ſ. ſortẽ eẽ oẽm hominẽ eſt poſſibile. ergo ⁊ illa modalis diuiſa negãs conſequentiã forte ſicut neganda eſt.

Sed ꝯ̃ hoc ar̃ de ineſſe iſti' modalis diuiſe eſt poſſibilis. ergo ⁊ hec modalis diuiſa. et p cõſequẽs male negata eſt. Aſſumptũ pbatur. q: hec eſt ſua de ineſſe. ſortes eſt omnis homo que vtiq3 poſſibilis eſt.

Rñr negãdo ꝙ illa eſt ei' de ineſſe. imo poſtꝙ predicatum diſtribuit̃ oportet capere infinitas de ineẽ puta tot ſingulares ex parte predicati pro quot homo diſtribuit̃ dicendo ſic. ſortes eſt plato. ſortes eſt cicero. et ſic de aliis. De iſtis. omne quod eſt quãdo eſt neceſſario eſt ſortes poteſt videre omne aſtrum ⁊ ponẽdo propoſitiones modales ineſſe nõ ſpectat ad hunc locum: ſed ad appellationes.

Sequitur de oppoſitionibus modalium.

Item ppõnũ modaliũ alie contrarie: alie ſubcõtrarie: alie contradictorie ⁊ alie ſubalterne. Unde oẽs ppõnes q̃ ſunt in quarta linea de purpurea. ſc3 iſte. ſortẽ nõ currere nõ eſt poſſibile: ſortẽ nõ currere non eſt cõtingẽs: ſortẽ nõ currere ẽ ipoſſibile. ſortẽ currere ẽ neceſſe. cõtrariant̃ oib' his q̃ ſunt in tertia linea de Iliace. ſ. iſtis ſortem currere nõ ẽ poſſibile. ſorte3 currere nõ ẽ cõtingẽs. ſorte3 currere ẽ ipoſſibile: ſortẽ nõ currere ẽ neceſſe. Et oẽs ppoſitiones q̃ ſunt in pria linea de Amabim' ſubcõtrariant̃ his q̃ ſunt in ſcða linea de Edẽtuli. Et iſtud eodẽ mõ p̃t practicari Itẽ pm' ordo ⁊ terti' cõtradicũt ſimilit̃ ſcðs ⁊ quart'. Itẽ pm' ordo ſubalternat̃ quarto. ⁊ ſilr ſcðs tertio. Uñ v̇ſus. Tertius ẽ quarto ſp ꝯtrari' ordo. Sit tibi linea ſubcõtraria pria ſcðe. Terti' ẽ pmo cõtradictori' ordo. Pugnat cu3 quarto cõtradicẽdo ſcðs. Pria ſubeſt quarte vice particularis hñs ſe. Hãc h3 ad ſeriẽ ſe lege ſcða ſequentẽ. vel ſic. Ordo ſubalternus ẽ prim' ſiue ſcðs. Noĩa linearũ ſunt: Amabim' Edẽtuli Iliace Purpurea.


Hic ꝯñter determinat̃ d̉ oppoſitiõibus modaliũ q̃ i modalib' ꝯpoſitis tenent ſicut i illis de ineẽ ⁊ i modalib' diuiſis oñe ſuari eedẽ ꝯditiones ſicut in illis de ineẽ ⁊ vltra hoc tenẽdo oppoſitionẽ modorũ neceſſe ⁊ ipoſſibile cõtrariant̃ poſſibile ⁊ poſſibile nõ ſubcõtra

Diuiſio.

Verſus ſeptem.

rianꝰ neceſſe ⁊ poſſibile īpoſſibile ⁊ poſſibile nō
ſubalternanꝰ neceſſe poſſibile nō impoſſibile ⁊
poſſibile cōtradicūt. Sꝫ ad cōtradicēduꝫ nō opꝫ
ꝙ vna ſit mere vniuer iſta: oīs hō poſſibiliter cur
rit hꝫ cōtradictoriā ⁊ de lege ⁊ de mō enūciandi
hāc hō īpoſſibiliter currit. Ex iſto pꝫ has eē cō
cedēdas. oīs hō poſſibiliter ē hō: oīs hō poſſibi
liter nō eſt hō: oīs hō: hō īpoſſibiliter nō ē ꝙ in
fert hāc a hō oīs hō īpoſſibiliter ē: iſte due patēt
ꝑ falſitates earū cōtradictoriarū ſcꝫ oīs hō poſ
ſibiliter eſt. h. hō que cōtradicit quarte. ⁊ hō oīs
Corrolarium. hō poſſibiliter ē ꝙ cōtradicit tertie. nec de virtu
te ſermonis nego ꝙ q̄libet iſtaꝝ cōtradicat ter
tie ⁊ quarte. Et pro oībus oppoſitionibꝰ ponū
tur ꝑpōnes. Quarū pria eſt: ꝙ due ſingulares
de modis cōtrarijs cōtrariantꝰ ſm legē ⁊ modis
ſubcōtrarijs ſubcōtrariantꝰ ⁊ de modis ſubalter
nis ſubalternantꝰ vt ꝓbi cā. ponātur iſte q̄ttuor
in figura ſortes neceſſario currit. ſortes īpoſſibi
liter currit. ſortes poſſibiliter currit. ſortes poſſi
Propoſitiones. biliter nō currit. ibi eſt cōtrarietas ſm legē ſub
contrarietas. ⁊ oppoſitio ſubalterna. ⁊ cōtradi
ctio quo ad legē ⁊ modū enūciādi. hoc facile oſtē
di pt. ſed ī terminis cōibus difficilior ē pceſſus.
Capiantꝰ octo ꝑpōnes. quattuor ex vno latere
⁊ q̄ttuor ex altero ꝙ duas paruas figuras. ⁊ vnā
totalē cōſtituētes totā materiā declarāt: ⁊ ex vna
pte dicamꝰ ſic. oīs hō neceſſario currit. maneat
illa in capite dyametraliter ſub ea ponanꝰ iſte
tres ꝑpōnes. oīs hō poſſibiliter currit. q̄daꝫ hō
neceſſario currit. q̄dā hō poſſibiliter currit e re
gione. ponātur iſte quattuor oīs hō impoſſibi
liter currit. omnis hō poſſibiliter nō currit hō
impoſſibiliter currit. hō poſſibiliter nō currit.
quattuor ꝑpōnes ſupreme due ex vna parte. et
due ex altera vnā partē figuram conſtituunt. ⁊
quattuor inferiores aliā tūc dī ꝙ ꝑpōnes ſupre
me. ſ. oīs hō neceſſario currit. ⁊ oīs hō impoſſibi
liter currit ſunt contrarie ſimpliciter oīs homo
poſſibiliter currit ⁊ oīs hō poſſibiliter nō currit
nullā legē ſeruant. ꝓbaꝰ. eis nō repugnat veri
tas. ergo nō participant legē cōtrariarū. ꝙ eis
nō repugnet veritas ꝓbatur. ille ꝑpōnes ſunt
ſimul vere ⁊ de forma nō repugnat eis falſitas.
ergo nō participant legē ſubcōtrariarū. aūs pa
tet. iſte ſunt ſimul falſe. oē ens poſſibiliter ē deꝰ
oē ens poſſibiliter non eſt deꝰ: ex iſto deſtruiꝰ lex
cōtradictoriarū. Et neutra de forma ē illatiua
alteriꝰ. ergo nō participāt legē ſubalternarū. et
ex cōſequēti nullā legē ſeruāt qđ ē ꝓbandū iꝫ ꝓ
poſitiones in angulis cōtradictorijs cōtrarian
tur quo ad legē ſcꝫ oīs hō neceſſario currit: ⁊ oīs
hō poſſibiter n ō currit. voco illos angulos con
tradictorios: q2 ſic ſolent ſituari cōtradictoria.
ꝙ iſte participāt legē cōtrariarū. ꝓbatur: eis nō
repugnat falſitas vt oſtēdunt iſte. oē ens neceſ
ſario eſt ens: ⁊ oē ens poſſibiliter nō ē ens ꝙ re
pugnet eis veritas. de forma arguitur. da oppo
ſitum. due tales ſunt vere infero duo cōtradicto
ria ꝓba: q2 iſta oīs hō neceſſario currit infert hāc
hō neceſſario currit ꝙ ꝯtradicit huic oīs hō poſ
ſibiliter nō currit: et ſic dabis duo cōtradictoria
vera. Eodē mō potes oſtendere ꝙ oīs hō īpoſſi
biliter currit. ⁊ oīs hō poſſibiliter currit contra
riantur quo ad legē tm̄. ⁊ nō de modo enūciādi:
q2 poſſibile eſt modꝰ particularis. ſed ſemper ꝑ
poſitio ſuprema infert inferiorē dyametraliter
per legē ſubalternaꝝ: ecce primā paruā figuraꝫ.
In principio ſcōe parue figure ſituanꝰ iſte due.
hō neceſſario currit: et hō īpoſſibiliter currit: ꝙ
ſunt ſimul falſe: ⁊ ſic deſtruiꝰ lex ſubcōtrariarūꝫ
in eis ⁊ iſte in eadē forma ſunt vere. ens neceſſa
rio ē deꝰ. ens īpoſſibiliter ē deꝰ. ⁊ ſic iſte nullā le
gem ſeruant ſaltē gr̄a forme acceptionis termi
norum: ſꝫ iſte ſimpliciter ſubcōtrarianꝰ. hō poſ
ſibiliter currit. ⁊ hō poſſibiliter nō currit. et iſte
ſubcontrarianꝰ hō neceſſario currit. ⁊ hō poſſi
biliter nō currit. quo ad legē danꝰ due tales ꝑe.
ens neceſſario ē deꝰ. ⁊ ens poſſibiliter nō ē deus
ſed de forma repugnat eis falſitas. ꝓbaꝰ ſic: q2
da oppoſitū. ſunt ſimul falſe. tūc ſi arguo bñ ſe
quiꝰ oīs hō poſſibiliter nō currit. ergo hō poſſi
biliter nō currit. ꝯñs eſt fſm ꝑ te: ergo et aūs: ꝙ
cōtradicit huic. hō neceſſario currit: ⁊ ſic das cō
tradictoria falſa: idē potes oñdere de his hō im
poſſibiliter currit. ⁊ hō poſſibiliter currit: ſꝫ iſte
ſubalternanꝰ ſm legē hō neceſſario currit. ⁊ hō
poſſibiliter currit: ⁊ eodē mō in latere oppoſito
ecce ſecūdam paruā figurā. iā opꝫ capere. oīs hō
neceſſario currit qđ ponꝰ in capite vniꝰ lateris
⁊ cōparare ipm in ordine ad oēs propōnes late
ris oppoſiti. et poſtea capere ſcđaꝫ ſcꝫ oīs homo
poſſibiliter currit. ⁊ cōparare ad oēs ꝑpōnes la
teris oppoſiti. ⁊ ſic de alijs duabꝰ. Et dicamꝰ ſic
oīs hō neceſſario currit cōtrarianꝰ huic ſimpli
citer. oīs hō īpoſſibiliter currit. et cōtrariaꝰ ſcđꝫ
legē huic oīs hō poſſibiliter nō currit ſicut dictū
eſt in pria parua figura: ⁊ ꝯtrariaꝰ huic ſm legē
homo impoſſibiliter currit: probaꝰ iſte ꝑpōnes
ſunt falſe: qđ repugnet eis veritas ꝓbaꝰ da op
poſitū ſunt vere ⁊ hō impoſſibiliter currit īfert
hanc. homo poſſibiliter nō currit: aūs eſt veruꝫ
per aduerſariū: vel de forma: ergo ꝯñs eſt veruꝫ.
qđ contradicit huic. oīs hō neceſſario currit. et
ſic das cōtradictoria vera. ⁊ per cōſequens parti
cipant legē cōtrariarū: ſed oīs homo neceſſario
currit cōtradicit huic ſimpliciter. hō poſſibiliter
non currit: ⁊ ſic ꝑpter prolixitatē relinquo alia
exempla practicāda. q2 facile cognoſcunꝰ ex di
ctis. Sed in latere dextro quo ad oppoſitioneꝫ
ſubalternā prima infert vltimā ſubalterne ſim
pliciter ⁊ infert tertiā ſubalternā ſcđm legē ſed
ipſa ante eſt cōparata ad ſcđaꝫ in prima figura.
Tertia infert quartā ſubalterne ſm legem. ſed
ſecunda ad tertiā nullam legē ſeruat: quia for
maliter non infert eam nec econuerſo ⁊ eodem
modo in latere ſiniſtro dicatur abſolute quo ad
oppoſitionem ſubalternam ⁊ comparatiue ca
piendo quamlibet propoſitionē illius coordina
tionis omnis hō impoſſibiliter currit ad huius
coordinationeꝫ. omnis homo neceſſario currit.

Sequitur figura
horum declaratiua.



Omnis homo neceſſario currit.
Contrarie ſimpliciter.
Omnis homo impoſſibiliter currit.
Omnis homo poſſibiliter currit.
Diſparate.
Omnis homo poſſibilit non currit.
Homo neceſſario currit.
Diſparate.
Homo impoſſibiliter currit.
Homo poſſibiliter currit.
Subcontrarie ſimplicite.
Homo poſſibiliter non currit.
Subalterne.
ſimpliciter.
Subalterne ſm legem.
Sub. ſm legem.
Diſparate.
Contradictorie.
contrarie ſm legem.
contrarie ſimpliciter.
ſm legem.

¶ Arguitur nūc cōtra aliqua in oppoſitionib' ꝓbādo duo ꝯdictoria vera: iſte ꝯtradicūt quālibet partē hui' pōderis poſſibiliter portat ſortes in potētia ꝓpinqua: ⁊ aliquā ptē hui' pōderis impoſſibiliter portat ſortes in potentia propinqua: ⁊ ſunt ſimul vere. igit̄. ꝯña tenet cū maiore ꝓbat̄ minor. ⁊ aſſigno minimū pondus qd̄ ſortes nō poteſt portare in potētia propinqua: puta vnū pondus equalis reſiſtētie cum potentia portatiua ſortis: iā illud nō poteſt portare: q2 a ꝓportione equalitatis nō fit actio Tūc ꝓbo affirmatiuā hāc partem ſortes poteſt portare demōſtrādo vnā quartā huius ponderis et nulla eſt pars huius pōderis qn̄ illā potentia portatiua ſortis excedat: ⁊ ab omni ꝓportione maioris inequalitatis fit actio: ergo ꝑs affirmatiua vera negatiuam probo iſtud pondus ſortes non poteſt portare in potentia ꝓpinqua demōſtrādo totū pōdus: ergo hāc ptē nō poteſt portare in potētia ꝓpinqua demōſtrādo per hāc partem totum pondus preter milleſimam partem grani ſinapis. ¶ Et confirmat̄: affirmatiua eſt impoſſibilis: ꝗ negatiua erat vera. probat̄ añs ſua de ineſſe ē impoſſibilis: ſcꝫ quālꝫ ptē hui' pōderis ſortes portat: q2 hoc poſito ſe eſſe quero an ſortes portat totū pōdus vel nō. Si nō dabit̄ cōcluſio impoſſibilis ꝙ quālibet partē huius ponderis portat ⁊ non hoc pondus portat.

¶ Rñdetur ꝯcedēdo ꝙ cōtradicāt ⁊ cōcedit̄ ꝙ affirmatiua eſt vera: ⁊ nego negatiuam. Et ad primū argumentū cōcedit̄ ꝙ ꝑ illā paruā ablationē factā in argumēto ꝙ ſortes poteſt illud pondus portare: ſed hoc eſt per valde paruum ſpacium: ⁊ per paruum tempus ſm̄ ꝙ parū eſt ablatū. ¶ Ad ſcd̄m argumentū dr̄ ꝙ modalis diuiſa vniuerſalis non debet poni eſſe ꝑ vnā vniuerſalem: ſed ꝑ multas ſingulares quarum qlibet eſt poſſibilis nec requirit̄ earū cōpoſſibilitas: ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito. ¶ De iſtis oppoſitionibus ſolent poni due regule. ¶ Quarū prima eſt. ſi vnum contradictorium ſit neceſſariū: aliud eſt impoſſibile ⁊ econuerſo etiam extra modales ¶ Scd̄a regula. ſi vnū contradictoriorum ſit cōtingēs reliquum eſſe cōtingēs neceſſe eſt. Prior regula ꝓbat̄. ſit a propoſitio neceſſaria tunc vel b ei contradicens eſt impoſſibilis vel non ſi primū habeo intentū. ſi ſcd̄m tūc erit cōtingēs vel neceſſarium: ergo pōt eſſe verū ſaltem pōt eſſe ſicut ipſum ſignificat: ⁊ a eſt verū q2 neceſſarium ꝗ dabis ita eē ſicut ſignificat̄ ꝑ cōtradictoria quod eſt falſum. Scd̄a regula probat̄. ſignetur c ꝓpō cōtingēs: tūc vel d ei contradicens eſt ꝯtingēs vel non. ſi primum intentū. ſi ſcd̄m. vel ip̄m eſt īpoſſibile vel neceſſarium. Si impoſſibile nūꝙ pōt eſſe ſicut d ſignificat ⁊ c eſt ꝯtingēs: ergo poteſt ſignificare aliter eſſe ꝙ eſt ⁊ ſic dabis aliter eſſe ꝙ ꝑ ꝯtradictoria ſigt̄ur. hoc eſt nō eſt ita ſicut vnū contradictoriorum ſignificat. Si d ſit neceſſariū illatū eſt incōueniens in priori regula.

Due ponū tur regle.

¶ Cōtra priorē regulā arguit̄ ſic iſte contradicunt hoc eſt impoſſibile demonſtrando ſe: et hoc eſt impoſſibile demonſtrando affirmatiuam et affirmatiua eſt impoſſibilis et negatiua non eſt neceſſaria. Imo falſa ſignificat affirmatiuā nō eſſe impoſſibilem qd̄ eſt falſum.

¶ Reſpōdet̄ cōcedēdo ꝙ affirmatiua eſt impoſſibilis vt poſtea oſtēdetur ſaltem per reflectionem: ⁊ negatiua eſt falſa: et ſic dent̄ due cōtradictorie quarum vna eſt impoſſibilis ⁊ altera falſa: ſed illa impoſſibilis eſt vera: quia ita eſt ſicut ipſa ſignificat: ⁊ non ſe falſificat Et ideꝫ hic contingit hoc poſſibiliter eſt impoſſibile ſm̄ hanc ſignificationem illa affirmatiua eſt impoſſibilis ꝙ ꝗ̄ neceſſe eſt eſſe ſicut ipſa ſignificat. Et ex hoc infero ꝓpoſitiones. Quarū prima eſt. non quodlibet impoſſibile infert qd̄libet. ꝓbatur. nō ſequitur. hoc eſt impoſſibile ergo homo eſt aſinus quia ita eſt ſicut ſignificatur per antecedens: et non ita eſt ſicut ſignificatur per conſequens.

Propoſitiones inferende.

¶ Scd̄a propoſitio ex hac ſequens eſt ꝙ non quelibet ꝯña cuius contradictorium ꝯñtis repugnat antecedenti eſt bona. Probatur. non ſequitur. hoc eſt impoſſibile: ꝗ hō eſt aſinus ꝑ ꝑmiſſam: ⁊ tamen nullus hō eſt aſinus ⁊ hoc eſt impoſſibile copulatiuā impoſſibilē conſtituūt. Et nihil aliud eſt oppoſitum cōſequētis repugnare antecedenti: igitur.

¶ Tertia ꝓpoſitio. ꝓpoſitio mentalis vltimata ꝯtingens impoſſibilē infert in bona ꝯña. Probat̄ data hac ꝯña in mēte. ſortes currit: ꝗ hoc poſſibilr̄ eſt impoſſibile ſm̄ hāc ſignificationē. qd̄ bñ ſequat̄ ptꝫ neceſſe eſt ita eē ſicut cōſequēs ſignificat ergo ꝯña bona. ꝙ ꝯñs ſit īpoſſibile pꝫ ꝑ impoſſibilitatē ſue de ineē. Et ſi dicas hoc deſtruit omnē logicā ⁊ regulas cōſequentiarum: dicitur ꝙ regule cōmunes intelliguntur de impoſſibili ſine reflectione quemadmodum non proceditur hic.

¶ Scd̄o arguit̄ ad idē. iſte cōtradicūt. hoc nō ē neceſſariū: ⁊ h̄ ē neceſſariū demōſtrādo ꝯtinue negatiuā: tn̄ vna. ſ. affirmatiua ē īpoſſibilis: ⁊ negatiua nō ē neceſſaria ꝗ regula nulla: ꝯña tꝫ cū maiore: ⁊ ꝙ negatiua nō ſit neceſſaria. ꝓbat̄. nā da oppoſitū ip̄a ē neceſſaria ergo ita eſt ſicut ip̄a ſignificat ſꝫ ipſa ſigt̄ ꝙ ip̄a nō eſt neceſſaria: ꝗ ip̄a nō eſt neceſſaria. Et affirmatiua ſignificat illā eſſe neceſſariā ⁊ nō pōt ita fore ſaltē in mētali vltimata vel addēdo ſm̄ hāc ſignificationem

¶ Rñdet̄ ꝯcedēdo ꝙ iſte cōtradicāt ⁊ cōcedit̄ ꝙ affirmatiua eſt impoſſibilis et negatiua nō eſt neceſſaria: q2 in reflexiuis nō oportet ꝙ ſi vnū cōtradictoriorū ſit impoſſibile ꝙ reliquū ſit neceſſarium ſed ſufficit qd̄ neceſſe eſt ita eſſe ſicut aliud ſignificat: ⁊ ita eſt in ꝓpoſito. Sed finaliter oportet habere recurſum extra reflexionem vt patet de iſtis hec nō ſignificat ſicut neceſſe eſt eſſe ſcd̄m hanc ſignificationē hec ſignificat ſicut neceſſe eſt eſſe ſecundum hāc ſignificationem.

¶ Ex iſto īfero ꝓpōnes ꝙ dabiles ſunt due ꝓpoſitiones ſynonime mere naturaliter ſignificantes quarum vna eſt neceſſaria ⁊ alia non eſt neceſſaria patet de iſtis duab' negatiuis in mentali vltimata hec non eſt neceſſaria. hec non eſt neceſſaria demonſtrantib' primam negatiuam. ¶ Secūda propoſitio vna propoſitio contradicit duabus. quarum vna eſt neceſſaria: altera vero non patet de illa affirmatiua que cōtradicit illis duab' negatiuis. ¶ Tertia propoſitio. propō neceſſaria infert propoſi-

tione: nõ neceſſariũ. pbaꝶ. bñ ſequiꝶ hoc nõ eſt
neceſſarium. ergo hoc nõ eſt neceſſariũ ſꝑ demõ
ſtrãdo ꝯñs a ſynonimo ad ſynonimũ ꝛ antece-
dens eſt neceſſarium: cõſequens vero non.

¶ Cõtra hoc arguiꝶ ſic ꝯñs eſt
ꝑpõ nõ contingens: qꝛ ſi ſic põt ita ee ſicut per
ꝯñs ſignificatur nec impoſſibilis. qꝛ ita eſt ſicut
ꝯñs ſignificat: nec aſſerit ſe impoſſibilem. ergo
conſeqñs eſt ꝑpõ neceſſaria ꝛ tenet ꝯña: qꝛ ni-
ſi ſic ſequitur hec cõcluſio: ꝙ eſt aliqua ꝑpõ que
nec eſt neceſſaria nec contingens nec impoſſibi
lis vt patet de hac data.

¶ Reſpondeꝶ ꝯcedendo cõclu
ſionẽ inductã. in reflexiuis põt fieri argumentũ
in iſtis. hec poſſibilr̃ eſt cõtingẽs cõtra regulam
in qua dꝛ: ſi vna ꝑpõ eſt contingẽs ſua ꝯdictoria
eſt contingẽs. ſed hoc tangeꝶ in conſequẽtiis in
illa ꝯña hoc poſſibilr̃ eſt ꝯtingẽs ſm hãc ſignificatio
nẽ. ꝗ hoc poſſibilr̃ eſt cõtingẽs ſm hãc ſignifica-
tionẽ cõtinue demõſtrãdo ꝯñs ad probandum
ꝙ ex neceſſario ſequatur contingens.

¶ Et hec de modalibus di
cta ſufficiant.

¶ Sequitur de contingen ti ſpecialiter capto.

Cõtingẽ-
tis duplex
acceptio.

NOtãdũ eſt primo
ꝙ iſte termin' cõtingẽs ca
piꝶ duob' modis ſcꝫ ſcdõ in
tẽtionaliter: ꝛ tãtũ valet ſi
cut ꝑpõ contingẽs. hoc eſt
propoſitio ꝗ nec eſt neceſſa
ria nec impoſſibilis. Alio
mõ capiꝶ p̃me intentiona
liter vt tñ valet ſicut res cõtingẽs hoc eſt res ꝗ
põt eſſe ꝛ nõ eſſe: hoc mõ quelibet creatura poſſi
bilis eſt contingẽs ꝛ in iſtis acceptionibus capiꝶ
cathegoreumatice. ¶ Alio mõ determinat copu
lã ꝛ ẽ ſincathegoreuma ꝛ põt capi aduerbialiter
ꝛ cõtingenter: ꝛ hic capiꝶ ſpecialiter vt tñ vꝫ ſicut
neqꝫ neceſſariũ neqꝫ impoſſibile hoc eſt ſicut poſ
ſibile ꝛ poſſibile nõ: ꝛ iſto mõ nõ cõuertiꝶ cũ poſ-
ſibile nec facit oppoſitiões cũ aliis modalib' iſte
nõ equalent. ens poſſibiliter eſt deus. ꝛ ens con-
tingenter eſt deus: nec iſte contradicunt. omne
ens neceſſario eſt deus: ꝛ aliquod ens contingẽ-
ter non eſt deus cum ſint ambe falſe.

¶ Notãdum eſt ſcdõ ꝙ diſcri
men eſt inter artiſtas: an propõnes de contin-
gẽti ſpecialiter capto ſint cathegorice vel hypo
thetice. ſed ſanior poſitio eſt tenendo eas ca-
thegoricas ꝙꝙ facilius eſt reſpondere ad mul-
ta argumenta que ſiunt de contingenti tenen-
do eas hypotheticas vt frequenter contingit in
exponibilibus: ꝛ in multis propoſitionib' quas
ambigit nemo eſſe cathegoricas. Facilius eſt rñ
dere de equipollentibus ꝙ de propõnibus ipſis
in forma. ¶ Tunc arguitur ſic. capta iſta. ſortes
eſt currens. capto contingens ſeorſum vel cõtin
gẽter ꝛ quero an ſit ſincathegoreuma tñ cathe
goreuma vel mixtum. Si eſt mixtum ex poſſibi
le et poſſibile nonnulla erit mentalis vltimata
in qua poniꝶ ꝯtingens. ergo opꝫ dicere ꝙ ẽ vnũ
purũ ſincathegoreuma. Sed bñ verũ eſt ꝙ equi
valet in ꝯñdo cum poſſibile ꝛ poſſibile non.

¶ Notãdũ eſt tertio ꝙ quãdo
contingens affirmaꝶ propõ in qua poniꝶ expo-
nenda eſt copulatiue nõ curando de qualitate ꝑ
põnis ꝑ poſſibile ꝛ poſſibile nõ: vt ſortes ꝯtingẽ
ter currit ſortes poſſibiliter currit. ꝛ ſortes poſſi
biter non currit. ſortes cõtingẽter nõ currit. ſor
tes poſſibiliter nõ currit: ꝛ ſortes poſſibiliter cur
rit. ꝯdictorie illaꝝ debẽt exponi ꝑ ꝯtradictorias
exponẽtes: vt ſortes nõ cõtingẽter currit ſic ex-
poniꝶ. ſortes impoſſibilr̃ currit. vel ſortes neceſ-
ſario currit: ꝛ in ꝯdictoriis ſeruetur ꝙ ſi contin-
gẽs in vna affirmetur in altera negeꝶ ꝛ econuer-
ſo. vel iſte in quibus contingens negatur pñt ex
poni per copulatiuas negatiuas cõtradicentes
copulatiuis affirmatiuis: ꝛ ad contrariandũ ſal
tem affirmeꝶ cõtingens in vna in vtraqꝫ poteſt
affirmari. ſed nõ in vtraqꝫ põt negari cui' cã eſt:
qꝛ qñ negaꝶ exponiꝶ diſiũctiue vel copulatiue ne
gatiue qđ idẽ ẽ equalẽter mõ vel eſt particulari-
tas qđ in duabus cõtrariis eſt vetitum. Sed in
ſubcõtrariis in vtraqꝫ cõtingens põt negari im
mo debet in altera: quare iſte nõ ſubcõtrariantꝶ
ens cõtingenter eſt de' ꝛ ens cõtingẽter non eſt
deus cũ ſint ambe falſe. Sed ſubcõtraria prime
eſt ens nõ ꝯtingẽter eſt de': ꝛ ſubcõtraria ſcdẽ eſt
ens nõ contingenter non eſt deus. ¶ Georgius
bruxellanus dicit hoc nõ requiri in cõtrariis et
ſubcontrariis qđ dictũ eſt: ſed dicit iſtas eſſe con
trarias. nullũ ens contingenter non eſt deus: ꝛ
nullũ ens ꝯtingẽter eſt deus: ꝛ has ſubcõtrarias
ens cõtingẽter eſt deus. ꝛ ens contingenter nõ
eſt deus: ꝛ ſic habet concedere: immo expreſſe cõ
cedit contrarias veras ꝛ ſubcontrarias falſas in
contingenti ſpecialiter capto. Et poteſt ſe tuta-
re ꝙꝙ contingens negatum exponitur per vel
tñ eſt modus particularis de ſe ꝛ ipſe negatus
vꝫ modum vniuerſalem quare iſte due bene con
trariantur nullum ens contingẽter non eſt de'
et nullum ens contingenter eſt deus. et iſte nõ
contrariantur non tantum homo eſt animal:
et non tantũ homo non eſt animal. ſed rema
net queſtio cui modo vniuerſali equiualet cõtin
gens negatum hoc eſt dictu nõ poſſibile vꝫ im-
poſſibile queritur quẽ modum vꝫ non cõtingẽs
ꝛ conſequenter poneret figuram in qua eſſet op
poſitio contraria: ſubcontraria: contradictoria:
ꝛ non ſubalterna: hoc patet capiendo iſtas ꝑpo
ſitiones nullum ens contingenter nõ eſt deus:
nullũ ens cõtingẽter eſt deus. aliqđ ens ꝯtingẽ-
ter eſt deus aliquod ens contingenter non eſt
deus. ibi ſunt contrarie ꝛ ſubcontrarie de modo
enunciandi ꝛ non de lege. ſed cõtradictorie ſim
pliciter ſed vniuerſalis affirmatiua non infert
particularem affirmatiuam: ꝛ ſic non eſt oppo-
ſitio ſubalterna. Sed malo dicere conſequẽter
ꝙ eſt propoſitio ſubalterna de modo enuncian-
di ꝛ non de lege quemadmodum magiſter Geor
gius dicit de ꝯriis ꝛ ſubcõtrariis. Etiã ſub eiuſdẽ
vniuerſalibus poteſt capere has ꝑticulares: ali-
quod ens non contingenter non eſt deus. ꝛ ali-
quod ens non contingenter eſt deus: ꝛ ibi nõ ha
biꝶ ꝯdictio ſꝫ iſtõ mihi nõ placet: qꝛ relinquit cõ
ditiones ꝯriarũ ꝛ ſubcõtrariarũ ꝗ ſi nõ ſufficiãt
addat conſequẽter conditiones: et ideo gratis
ponit hanc triplicem oppoſitionem.

Georgius
bruxella-
nus.

Georgius

Annotatio.

¶ Notandum eſt quarto. Si fuerit ꝓpoſitio de contingenti. et alio modo vel de copula de ineſſe exponatur propoſitio ratiõe huius termini contingens ceteris intactis: vt deus contingenter eſt vel neceſſario eſt ſic exponitur deus poſſibiliter eſt vel neceſſario eſt ⁊ de' poſſibiliter non eſt vel neceſſario eſt ſic ꝙ virtus negationis nõ cadat in ſecundã copulam: et ita in aliis dicatur. ¶ Ex iſtis infero ꝓpoſitiones.

Inferẽde ꝓpõnes.

Quarum prima eſt. nulla ꝓpoſitio de contingẽti extremis nõ reſtrictis eſt contingẽs extra reflexiuas intelligo: hoc patet quelibet talis vel ẽ neceſſaria vel impoſſibilis: quẽadmodum ſunt propoſitiones de poſſibile et poſſibile non. iſta eſt vera ſortes contingẽter currit; ſiue currat ſiue non: et ſua contradictoria falſa. ⁊ iſta impoſſibilis. ſortes contingenter eſt poſſibilis: quẽadmodum et iſta ſortes contingenter poteſt currere: quia ſecũda exponens eſt falſa: ſortes poſſibiliter non eſt potens currere. De talibus. ſortes cõtingenter eſt poſſibiliter currens dicit̃ ꝙ ſunt de poſſibili de cõtingenti copulatim: et ſic habebunt cõtradictorias mixtim oppoſito modo de talibus: tantum homo contingenter currit. ol's hõ preter ſortem cõtingenter currit apte expoſitio inchoãda eſt a p̃mo termino: vt tantũ hõ cõtingenter currit: homo cõtingẽter currit: ⁊ nullus non hõ contingẽter currit que ſunt falſe.

¶ Secũda propoſitio. Quelibet affirmatiua de cõtingenti equiualet vni negatiue de contingenti dummodo contingẽs in vtraq; affirmatur ceteris paribus a parte ante vt bene ſequitur ſortes contingẽter currit. ergo ſortes contingenter nõ currit et econuerſo. ⁊ vocatur conuerſio in oppoſitam qualitatem. ꝓbatio. quia ille due formaliter equiualent vni tertie. puta copulatiue que eas exponit. ergo equiualent inter ſe. cõſequentia eſt animi conceptio hic dicitur a parte ante. quia iſte non equiualẽt animal contingẽter eſt homo: et omne animal contingenter nõ eſt homo; cum prima ſit vera ⁊ ſecũda falſa. et ex iſta ſecũda propoſitone ſequũtur alie. ¶ Et ſit tertia in ordine. ꝓpoſitio negatiua de contingẽti negato equiualet affirmatiue de eodem contingenti negato. Iſte formaliter equiualent. nullum ens contingenter eſt deus: et nullum ens contingenter nõ eſt deus. hoc probatur. quia earu; contradictorie gratia forme equiualent. ergo et iſte. Et ex hoc ſequit̃ ꝙ nõ bene ſonat dicere eas cõtrarias.

¶ Quarta ꝓpoſitio contingit in cathegoricis formaliter arguere a non diſtributo ad diſtributum. gratia forme ſequitur ſortes contingener eſt animal. ergo ſortes contingenter non eſt animal.

¶ Quinta ꝓpoſitio. dabilis ẽ aliqua propoſitio affirmatiua vera cuius nullũ extremũ ſupponit. probatur. hec eſt vera. nulla chimera cõtingenter nõ eſt chimera. vt p;3 per falſitatem ſue contradictorie.

¶ Sexta ꝓpoſitio. dabilis eſt aliqua negatiua falſa cuius neutrum extremũ ſupponit patet de hac. chimera contingnter nõ eſt chimera que infert hãc falſam. chimera contingenter non eſt chimera.

¶ Septima ꝓpõ. ſortes contingẽter eſt nõ aſinus. ꝓbatur ſic ꝑ exponentes ei' ſortes poſſibiliter eſt nõ. aſinus ⁊ ſortes poſſibiliter nõ eſt nõ aſinus. ſcđa exponẽs ꝓbat̃. q; ſua contradictoria eſt falſa. ſortes neceſſario eſt nõ aſinus. q; vniuerſaliter ſequit̃ ſortes neceſſario eſt nõ aſin'. ergo ſortes neceſſario eſt.

¶ Octaua propoſitio. hec conſequentia eſt nulla. ſortes cõtingenter ẽ nõ aſinus. ergo ſortes cõtingẽter nõ eſt aſinus. probatur. añtecedẽs eſt verum: vt patet ex premiſſa. ⁊ cõſequens eſt falſum. quia hanc infert. ſortes contingenter eſt aſinus. ſed ex illo antecedente inferendum eſt hoc conſequẽs negatiuum: ſortes poſſibiliter non eſt aſinus.

¶ Nona ꝓpoſitio hec cõſeq̃ntia eſt nulla. ſortes cõtingẽter nõ eſt ſortes ⁊ ſortes cõtingẽter eſt. ergo ſortes cõtingẽter eſt nõ ſortes: quia añtecedens eſt veri et cõſequens falſum ⁊ ſi vis cauillare de cõſequente accipe hanc conſequentiã hic angelus contingenter non eſt angelus: et hic angelus cõtingẽter eſt. ergo hic angelus cõtingenter eſt nõ angelus.

¶ Decima ꝓpõ. deus ⁊ ſortes cõtingẽter ſunt. hoc p;3 capiendo ⁊ cõplexiue: q; de' ⁊ ſortes poſſibiliter ſũt. de' ⁊ ſortes poſſibilr nõ ſunt. Secũda exponẽs p;3 ꝑ falſitatẽ huius ol'a que ſunt deus ⁊ ſortes neceſſario ſunt.

¶ Cõtra predicta ar̃. ꝙ probãdo exponẽtes de cõtingẽter male dant̃. q; ſm dicta iſta eſſet falſa. ens cõtingẽter nõ eſt ens: ſed ꝓbo ꝙ nõ ſua cõtradictoria eſt falſa. oẽ ens neceſſario eſt ens. Forte dicit ſicut dicẽdũ eſt ꝙ iſte nõ cõtradicũt: q; cõtingẽs nõ facit oppoſitiones nec equalentiã cũ aliis modis.

¶ Contra hoc arguitur. quia tunc iſte non cõtradicerẽt formaliter. oẽ ens neceſſario eſt ens: et aliquod ens poſſibiliter non eſt ens. q; ſunt eiuſdem forme cu; aliis duabus affirmatiua cũ affirmatiua notum eſt: ⁊ negatiua cũ negatiua vt p;3 diſcurrẽdo ꝑ ſingulas conditiones formalitatis propoſitionũ. Reſpõdet̃ negando ꝙ iſte ſunt eiuſdem forme ens poſſibiliter nõ eſt ens: et ens cõtingenter non eſt ens. Tum primo non eſt eadẽ qualitas equiualẽter. Tum ſcđo vna negatiua eſt pregnãs altera vero nõ. Tum tertio. contingenter eſt ſincathegoreuma alterius nature ꝙ̃ poſſibiliter.

¶ Scđo arguit̃. quia ſcđm exponẽtes datas hec eſſet vera. ens contingenter eſt deus. ſed cõſequẽs eſt falſum: q; nullũ ens cõtingẽter eſt deus. Probat̃ cõſequẽtia per exponẽtes eius. Ens poſſibiliter eſt deus: ⁊ ens poſſibiliter nõ eſt deus que ambe ſunt vere.

¶ Reſpõdet̃ cõiter ⁊ hoc ſufficit pro hoc argumẽto ꝙ in ſcđa exponẽte op; capere relatiuum idẽtitatis ſic exponẽdo ens poſſibiliter eſt deus. et idem ens poſſibiliter nõ eſt deus. modo ſecũda exponẽs ẽ falſa. Poteſt etia; dici et ſubtilius ꝙ debet exponi per ꝓpoſitionẽ de copulato. ſic ens poſſibiliter ⁊ poſſibiliter nõ eſt deus. et hoc requiritur ad eius veritatem ꝙ hoc copulatum poſſibile et poſſibile non de aliquo ſingulari ente affirmetur.

¶ Contra hoc arguit. nullum ens contingẽter eſt deus eſt falſa. ergo male exponit iſta. ens cõtingẽter eſt deus. aſis pz. quia exponit p hãc diſiũctiuã oẽ ens neceſſario ẽ de⁹ vel oẽ ens impoſſibiliter ẽ de⁹ q̄ falſa eſt.

¶ Reſpõdet negãdo ꝙ exponatur p illam diſiũctiuã. ſed ſic exponitur om̃e ens impoſſibiliter eſt de⁹: vel oẽ idem ens quod poſſibiliter eſt de⁹ neceſſario eſt de⁹: vt capiat vera contradictoria copulatiue. Et hic iterum poteſt fieri bona replica ad probãdum relatiuum in diſiũctiua referri reſtricte: ⁊ ſic hec eẽt neganda. deus eſt aſinus vel ipſe eſt ens omnipotens quam videas in materia relatiuoꝝ.

¶ Tertio arguit. quia ſecũdũ dicta hec eſſet vã. homo cõtingẽter non eſt hõ. Similiter ſortes contingẽter nõ eſt animal. ſed probo ꝙ nõ. iſte equiualẽt propoſitionib⁹ falſis ergo nõ ſunt vere. probatur antecedens. homo contingẽter nõ eſt homo equiualet huic. homo omnis homo contingẽter nõ eſt. quia ſunt eiuſdem qualitatis predicata diſtribuunt ſubiecta ſupponũt eodem modo. nec valet dicere ꝙ contingenter ſequitur mediante ſignũ vniuerſale in vna et nõ in alia: quia adde a in alia vt ſimiliter ſtet. ſed iſta iterum homo omnis homo cõtingenter nõ eſt equiualet iſti. homo oĩs homo contingenter eſt per cõuerſionez in oppoſitam qualitatẽ cui⁹ prima exponẽs eſt. hõ oĩs hõ poſſibiliter eſt q̄ eſt falſa. Eodẽ mõ poteſt argumẽtari de iſta. ſortes cõtingẽter nõ eſt alal.

¶ Reſpondet negando ꝙ iſte equiualeant. homo contingenter nõ eſt homo: et homo om̃is homo cõtingenter nõ eſt. eſto ꝙ ſunt eiuſdem qualitatis et termini ſupponant eodem mõ formaliter: qꝛ equiualenter nõ eodẽ modo acapiũtur in iſta. hõ contingẽter non eſt homo. in vna exponẽte habet predicatũ ſtãs determinate et in alia diſtributiue. ſed alia habet ſemp predicatũ diſtributũ ſtando in modo cõi. et ſic nõ eſt eadem ſuppoſitio equiualẽter. Forte nõ es contẽtus ex hac ſolutiõe poſtꝙ iſte ponunt cathegorice et termini in eis formalr eodem mõ ſupponunt. immo hec ſolutio impedit equiualentiam in iſtis. tantũ animal eſt homo et omnis hõ eſt animal. qꝛ non eſt eadẽ ſuppoſitio equalenter poſtꝙ in prima exponẽte iſtius. tm̃ alal eſt hõ extrema ſtãt determinate.

¶ Reſpõdet negãdo ꝙ illa excluſiua nõ equiualet vniuerſali: qꝛ non eſt dictũ ꝙ ſemp oportet in equalentibus terminos eodem modo ſtare. Formaliter et equiualẽter ſed ſn aliquibus hoc impedit. nec facile eſt dare regulam vniuerſalem ſed procedẽdum eſt ſm exigentiam materie ſubiecte.

¶ Quarto arguit pbando ꝙ non omnia ſufficiant que dicta ſunt. Iſta ẽ falſa ſm Ariſtotelem a celum cõtingenter eſt celũ. Idem argumẽtũ poteſt eſſe de perſonis diuinis ſm veritatem: ſed propter facilitatem argumẽti ſupponamus cum ariſtotele octo celos quorũ quodlibet neceſſario eſt. tũc iſta debet ſic exponi. a celum poſſibiliter eſt celum. et a celum poſſibiliter nõ eſt celum. ſecũda exponens eſt vera. vt patet p falſitatem ſue cõtradictorie. om̃e celum neceſſario eſt. h. celum. et ꝙ iſta ſit falſa. a. celum contingẽter eſt celum. pbatur. ſua cõtradictoria eſt vera: nullum celum cõtingenter eſt celum: nec valet dicere ꝙ nõ cõtradicat affirmatiue. ſed iſta non a celum cõtingenter eſt celum: quia iſte a hõ eſt animal. ⁊ homo eſt animal habent eandẽ contradictoriã. Forte dicis oportet in exponẽtibus capere terminũ infinitum ſic exponẽdo. a celum poſſibiliter eſt celum. et a celuz poſſibiliter eſt non celum: modo hoc eſt falſum. quẽadmodum exponimus hãc. a homo differt ab homine dicentes a homo eſt non hõ in tertia exponẽte hoc non valet. quia tunc hec eſſet impoſſibilis. a anima cõtingẽter eſt anima. ſecũda exponens eſt a anima poſſibiliter eſt non anima que eſt impoſſibilis. Forte dicis oportet capere relatiuum idẽtitatis in ſcða exponẽte ac ſi ſubiectum ſtaret determinate.

Ariſtoteles.

¶ Contra. Quẽadmodum in aſcenſu ⁊ deſcenſu ſub termino diſtributo reſpectu termini ſtantis determinate oportet capere relatiuum idẽtitatis ⁊ non reſpectu termini ſtantis confuſe tantũ: ſic oportet in propoſito. Et cauſa eſt: quia in iſta celum contingenter eſt celũ denotat ꝙ aliqđ determinatũ celũ poſſibiliter eſt celũ ⁊ ipm poſſibiliter nõ eſt celũ. qđ nõ ſignificat qꝛ ſubiectum ſtat cõfuſe tm̃.

¶ Hic reſpõdetur ꝙ eſt difficultas in argumento et poſſunt eſſe fractiones quas innuit argumentũ. Una eſt ꝙ hec eſt vera a celum cõtingẽter eſt celum. vt oſtendunt exponentes cõmunes a ſua cõtradictoria: tũc ſignabitur non a celum contingenter eſt celum q̄ eſt falſa et diſiunctiue exponetur ad aliam et nego ꝙ equiualeat huic. nullum celum cõtingenter ẽ celum: qꝛ in vna eſt diſtributio oppoſita ſuppoſitioni determinate in altera eſt oppoſita ſuppoſitioni cõfuſe tm̃. ita ꝙ opꝫ diſiunctim deſcendere ſub ſubiecto ⁊ aſcẽdere: ⁊ ꝑſr negaret ꝙ idem eſſet in iſtis duabus. a hõ eſt animal. ⁊ homo eſt alal. a celum cõtingenter eſt celũ. ⁊ celum cõtingẽter eſt celum. qꝛ in ſcða equiualẽter eſt terminus ſtãs cõfuſe tm̃ in ordine ad predicatũ diſtributum: qꝛ ille equalent a celũ contingẽter eſt celum: et a celum cõtingenter nõ eſt celum. et hãc fractionẽ neſcirez de medio tollere. Alia fractio q̄ dicit ꝙ oportet capere terminũ infinitũ nihil valet vt bene oſtendit argumẽtum. Sed tertiũ impedimentum negaret illam et diceret ꝙ opꝫ capere relatiuum identitatis et voluntarie cuz aliquibus coloribus poteſt ſe defendere.

¶ Reſpõdeo tñ ad hoc argumentũ et ſit fundamẽtum in tota hac materia ꝙ quelibet ꝓpõ de contingẽti affirmato et cui⁹ ꝑdicatuz ſupponit ꝙ re neceſſaria impoſſibilis hoc patet. qđlibet tale ꝑdicatũ enũciatur de ſubiecto p neceſſe. ergo nõ p cõtingenter. Et ſic dico ꝙ ad exponẽdas ꝓpões de cõtingenti. opꝫ accipere ſingulares reſpectu terminorũ precedẽtium contingẽter. ens cõtingẽter eſt deus capiamus diſiunctiuam ex omnibus ſingularib⁹ eius ⁊ exponat quelibet illarũ ſingulariũ. Similiter hic. a celum contingẽter eſt celuz capiamus ſingulares ex parte ſubiecti. probatur hec ſolutio. iſta eſt falſa. omne ens ens cõtingenter eſt: ⁊ tamen exponẽtes per vniuerſales ſunt vere. quod probo omne ens ens poſſibiliter eſt. et om̃e ens

ens poſſibiliter non eſt: qꝛ nõ oportet capere p̄dicatũ poſt poſſibile nõ poſtꝙ̄ p̄ceſſit contingenter. Sed falſitas illius probat̃. Tum primo aliqđ ens nullũ ens cõtingẽter eſt puta celum vel deus ⁊ hec realiter alteri cõtradicit. ergo altera eſt falſa. Non arguo ꝑ exponentes huius aliqđ ens nullũ ens cõtingenter eſt: qꝛ ſtatim aduerſarius daret eas falſas per cõtradictorias exponentes affirmatiue. Tũ ſcđo ſenſus huius omne ens ens contingenter eſt: eſt iſte de quocũꝙ verum eſt dicere qđ eſt fuit vel erit vel poteſt eſſe ens contingẽter eſt qđ eſt. Tũ tertio argumẽtum hoc eſt in darĳ. omne ens ens contingenter eſt: deus eſt ens. ergo deus ens cõtingenter eſt. concluſio eſt impoſſibilis et minor vera ergo ſaltẽ maior falſa ⁊ tũc dico ꝙ oportet ſic exponere. hoc ens ens contingenter eſt. Iterũ dando ſingulares ex parte termini ſingularis precedẽtis cõtingẽter ⁊ ſic quelibet ſingularis in qua demõſtratur res neceſſaria eſt falſa ⁊ iſtud eſt ſeruandum in multis exponibilibus ꝙ̄ꝑ termini diſtributi ſequantur ſignũ exponibile. Ex iſto patet omnes has eſſe impoſſibiles. a ꝑſona diuina ois ꝑſona diuina contingenter eſt. a ꝑſona diuina cõtingẽter non eſt ꝑſona diuina a celum cõtingẽter eſt celum ſed hec eſt cõcedenda. deus qui cõtingẽter eſt nõ cõtingenter eſt.

Corrolarium.

Contra hoc arguitur. Quelibet exponibilis põt exponi in ꝓpria forma ſecluſis ſingularibus eius. Idẽ eodem modo dicet̃ ꝙ a hõ nõ eſt aĩal. eſt falſa ⁊ nõ habet contradictoriam niſi per ſingulares.

Ad primum nego ꝙ iſta ſit exponibilis in ꝓpria forma. Omne ens ens cõtingenter eſt vel iſta: a celũ cõtingenter eſt celũ ſed opꝫ dare ſingulares ex parte ſubiecti ⁊ exponẽtes ſingularium iudicabũt veritatem exponibilis vniuerſalis vel indefinite, nec eſt ſimile. de contradictoriis: qꝛ cuilibet affirmationi eſt vna negatio oppoſita ꝯtradictorie ⁊ econuerſo. Nec te moueat ꝙ iſta a celũ cõtingenter eſt celũ non poteſt hr̄e ſingulares poſtꝙ̄ ſubiectũ ſtat cõfuſe tm̃ ⁊ accipis apparẽtiã ex parte huius. a homo nõ eſt. aĩal. Hoc inquãtũ ſubiꝫ qꝛ a homo nõ eſt aĩal. hꝫ ſingulares in forma licet nõ inferantur ab illa indefinita. ⁊ qñ nõ haberet ſingulares que eſſent ſingulares vniuerſalis hoc nõ tollit: qꝛ a chimera ꝯtingenter eſt dꝫ exponi ꝑ ſingulares. ſed in talibus. omne ens omne ens cõtingenter eſt capiamus ſingulares ex ꝑte vtriuſꝙ termini diſtributi.

Regula logica.

Dubitatio.

Dubitatur circa hanc materiam an iſte cõtradicant. ens contingẽter eſt ens. et nullũ ens contingenter non eſt ens.

Reſpõdet ꝙ ſic participant gra forme acceptionis terminoꝝ legẽ cõtradictoriarũ. Et oppoſita q̃litas non ponit̃ propter aliud dr̄ ꝙ iſte cõtradicũt. Ex qua ſolutione, infero propõnes. Prima eſt due affirmatiue cathegorice cõtradicũt. pꝫ de propõnibus datis. Aduerſarius diceret ꝙ iſte vniuerſalis affirmatiua nõ contradicit alteri: ſed equiualet contradictorio alterius ſed is non reſpicit ad radicẽ oppoſitionis. et quare ponitur oppoſita qualitas.

Propoſitiones.

Scđa ꝓpoſitio. due negatiue contrariãtur ſubcõtrariantur ⁊ contradicũt hanc propoſitionem copulatiue intelligo: ꝓbat̃. Iſte cõtrariãt̃. qđlibet ens ꝯtingẽter nõ eſt ens ⁊ nullum ens nõ contingẽter nõ eſt ens.

Tertia ꝓpõ. In vtraꝗ contradictoꝝ arũ totale predicatũ nõ diſtribuit̃. patet de iſtis cõtradictoriis. ſortes cõtingenter nõ eſt aĩal: et ſortes non cõtingẽter nõ eſt aĩal. Forte dicis ſi predicatum huius diſtribuatur: ſortes cõtingenter non eſt aĩal ipſa eſt falſa: qꝛ per deſcenſum ſequit̃ ergo ſortes cõtingẽter nõ eſt hoc aĩal. demonſtrando platonẽ ⁊ ſortes ꝯtingẽter nõ eſt hoc aĩal demonſtrãdo ciceronem. ꝯñs eſt impoſſibile ergo ⁊ antecedens.

Reſpõdet negãdo ꝯñtiã qꝛ oportet deſcendere diſiũctim vel ſi libet copulatiue inferas cum poſſibiliter nõ.

Finaliter circa hãc materiã. Queritur an iſte equiualeãt. tm̃ ens cõtingẽter eſt ens et tm̃ ens cõtingẽter nõ eſt ens. Et arguitur ꝙ nõ. iſta eſt vera tm̃ ens cõtingẽter eſt ens. vt patet per vniuerſalem in terminis trãſpoſitis. oẽ quod cõtingenter eſt ens poſſibiliter eſt ens nõ habet hãc vniuerſalem oẽ ens cõtingẽter eſt ens. Sed quia hoc dubitas probo altera via per exponẽtes. Ens cõtingẽter eſt ens et nullum nõ ens cõtingẽter eſt ens. ꝯtradictoria ſcđe partis eſt nõ ens contingẽter eſt ens. ⁊ ſenſus eius eſt. nec quod eſt ens nec quod fuit ens. nec quod erit ens. nec quod poteſt eſſe ens contingẽter eſt ens quod eſt falſum quia nũꝙ̄ terminꝰ infinitus in excluſiuis ſupponit pro illo ꝓ quo terminus finitus oppoſitus quecũꝗ fuerit copula. Ex illo patet veritas huius nullum nõ ens contigenter eſt ens. Sed ꝙ hec ſit falſa tãtũ ens ꝯtingẽter nõ eſt ens. Arguit̃ ſic ſcđa exponẽs eſt falſa oẽ nõ ens contingẽter eſt ens.

Reſpondetur ꝙ illa non eſt ſecũda exponẽs: qꝛ i exponẽdis excluſiuis capiat̃ in ſcđa exponẽte cõtradictoria copula ad exponibilẽ. hoc pꝫ in illis de ineſſe. ⁊ ſic ſcđa exponẽs huius. tãtum ens cõtingẽter nõ eſt ens eſt hec oẽ nõ ens nõ cõtingẽter nõ eſt ens que eſt vera qđ probat̃. qꝛ ſua ꝯtradictoria eſt nõ ens ꝯtingẽter nõ eſt ens: q̃ equalet iſti. nõ ens cõtingẽter eſt ens: que eſt falſa. ⁊ ſic cõuerſio in appoſitam qualitatem tenet in excluſiuis.

Et hec de cõtingenti ſpecialiter capto.

Sequitur de conuerſionibus.

Queſtio:

Circa cõuerſiões modaliũ querit̃ quõ ſunt cõuertende. Reſpondeo ꝑ propoſitiones. Quarum prima eſt. Propoſitio affirmatiua de poſſibili cõuertitur eodem modo ſicut in illis de ineſſe. ratio eſt qꝛ eodẽ modo ampliat ante ⁊ poſt. vt deus poſſibiliter ẽ creans: ergo creans poſſibiliter eſt deus. Cõuerſio ſimplex omnis homo poſſibiliter eſt animal ⁊ hõ poſſibiliter eſt ſortes: ꝑ accidẽs ꝯuertunt̃.

Propoſitiones.

Secũda propoſitio ex hac

ſequēs eſt ꝙ propō de impoſſibili ꝯuertitur etiā ſeruato mō vt bñ ſequitur oīs hō impoſſibiliter eſt equus ergo oīs equus impoſſibiliter eſt homo. probatur ꝯſequētia Ex oppoſito ꝯſequentis
Regula logicalis. ſequitur oppoſitum antecedentis per ꝓmiſſam. ergo et ꝯſequētia eſt bona.

¶ Tertia ꝓpō. propoſitio de neceſſario in ꝯuerſa nō tenet neceſſario in conuertēte ſed accipit poſſibile; vt creās neceſſario eſt deus nō ſequitur. ergo de⁹ neceſſario eſt creās ſed bñ de⁹ poſſibiliter eſt creās. Et ibi aduertēdū eſt ꝙ ſi fuerit ꝯuerſio vlīs de neceſſario ꝯuertēs formaliter nō poteſt eſſe vniuerſalis nec de neceſſe nec de poſſibili. nō ſequitur. oīs deus creās neceſſe eſt ens. ergo oē ens poſſibiliter eſt de⁹ creās: ſed bñ aliquod ens poſſibilr eſt de⁹ creās.

¶ Quarta ꝓpō. Propoſitio de poſſibili nō conuertit̄ in terminis. nō ſequit̄ deus poſſibiliter non eſt creans. ergo creās poſſibiliter nō eſt deus.

¶ Quinta ꝓpō. Propoſitio de ꝯtingēti ſpecialiter capto non ꝯuertitur in terminis: ſed in vnā de poſſibili. q̄ nō ſequit̄ de⁹ ꝯtingēter eſt hō ergo hō ꝯtingēter eſt deus: cū añs ſit veꝝ et ꝯñs impoſſibile. Qō ꝯuertat̄; in vnā de poſſibili probatur. Bñ ſequitur. deus ꝯtingēter eſt hō: ergo deus poſſibiliter eſt hō a tota copulatiua ad alterā eius partē equiualēter ⁊ illa per primā propoſitionē ꝯuertitur in vnā de poſſibili. igitur proportionabiliter in negatiuis dicatur ſemper quādo ſunt plures propōnes dādo equipollētes in q̄bus eſt paucitas negationum. et ꝯſequenter dicatur.

¶ Circa finem modaliū. Queritur de iſtis terminis. ſcio ⁊ opinor quō modales ꝯſtituūt. ¶ Reſpōdet̄ ꝙ ſcio: dubito ⁊ hmōi dictiōes ponūtur in propōne a capite vel a tergo reddunt modales ꝯpoſitas vt ſcio hoīem eſſe. vel alterum ꝯtradictorioꝝ eſſe verum dubito quarū veritates cognoſcitur ſicut aliarum modaliū ꝯpoſitarū. Sꝫ qñ hec ꝟba mediāt reddunt modales diuiſas. vt hominē ſcio eſſe aīal hominem ſum ſciens eſſe animal.

Regula. ¶ Et pro iſtis notetur. hec ꝯſequētia. quādo aliqua ꝯña eſt bona ab aliquo ſcita eſſe bona ſi añs ſit ab illo ſcitū ꝯñs eſt ab eodē ſcitū dūmodo nō repugnat ꝯñti ſcire. Hec regula habet multas particulas. quarum prima eſt ꝯña bona. ſcđa ſcita eſſe bona: q̄ ꝙ ꝙ ſequatur iſte ambulat āte me: ergo ſortes ambulat ante me demonſtrando ſortē: ⁊ añs ſit a me ſcitum nō oportet ꝙ ꝯñs ſit ſcitum: ergo ego nō ſcio ꝯñam eſſe bonam. Ultimo additur dūmodo nō repugnat conſequenti ſciri. quia licet ſequatur hoc eſt neſcitum. ergo hoc eſt neſcitū ꝯtinue demonſtrando ꝯſequens arguendo a ſynonimo ad ſynonimum. tantum ego ſcio antecedens et non ſcio conſequēs propter repugnātiam conſequētis. hoc poſito patet omnes iſtas eſſe veras. ſcio alterum contradictorioꝝ eſſe verum: et neutrum iſtorum contradictorioꝝ ſcio eſſe verum demōſtratis eiſdem probatur capiendo iſtas papa dormit: ⁊ nullus papa dormit ſenſus prime eſt. hec propoſitio eſt ſcita a me alterum iſtorum eſt verum: et hoc eſt verum. et ſic applicanda eſt regula. hec duo contradicunt: ergo alterum eorum eſt verum. hec conſequentia eſt bona ſcita a me eſſe bona et ſcio antecedens ergo ſcio ꝯñs. ſcđa pars patet per inductionem nec hoc iſtorum ſcio eſſe verum demonſtrando papa dormit. nec illud iſtorum ſcio eſſe verum demonſtrando nullus papa dormit: ergo neutrū iſtorum ſcio eſſe verum hic in modali diuiſa in qua termini ſtant ſignificatiue licet aſcendere ⁊ deſcendere. ⁊ ſillogiſare ſicut in aliis.

Et hic pono regulā. Quotienſcūꝙ; vna ps vni' extremi ꝑdicat eſſentialr de altero vel de aliq ꝑte alterius extremi: tūc ꝓ quocūꝙ; additū diſiūctim ſiū ꝑtū ſiue extraneū ſiue nō remanēs eſt ꝑdicatio eſſentialis. Niſi dicat ꝙ cōplexio impedit ꝑdicationē qd nō eſt neceſſariū vbi cā volo dicere has eſſentiales: ⁊ ſimiles hō eſt aīal vel alb'. ſortes ē rōnalis vel aſinus. Albū vel currēs eſt coloratuꝫ vel cenās.

Corrolarium.

Ex iſto ſequit hanc eſſe accidentalem albū vel currens eſt cenans vel diſputans: Et dicitur notanter diſiunctim: quia ſi copulatim cōnotaret tunc non foret eſſentialis.

Quid predicatio accidētalis.

¶ Predicatio accidētalis eſt ꝑdicatio nō diſparata in qua vnū extremoꝝ cōnotat extrinſece ſupra reliquum nō cōnotatio vni' nō ſit ſupior ad cōnotationē alteri'.

Regula.

Et hic ponit altera regula q talis eſt. ſi vnū copulatuꝫ habeat vnā ꝑtē extraneā reſpectu alteri' extremi tota ē accidētalis: vt ſortes ē hō ⁊ albus: ⁊ in materia ꝯtingēti eſt.

Corrolaria.

¶ Ex iſtis infero corrolaria. Primū ē. hō vel alb'. ē hō ⁊ alb'. ē accidentalis. tn̄ ſi nō ponat cōiūctio ſicut hic. hō alb' ē ho

Corrolaria.

mo coloratus. dꝛ ꝙ talis eſſentialis eſt. Et ponitur vna alia regula quotienſcūqꝫ vna ps vni' extremi predicaꝭ eſſentialiter de altera parte alterius extremi et altera deducta ſub copulatione totuꝫ eſſentialꝭr predicatur de toto. Exemplum vt homo currens eſt aīal mouens vel currens. albū eſt coloratū mouens. Scōm corrolariū. aliqua ꝑdicatio eſt accidentalis ⁊ ꝑ additionē termini non cōnotatiui: immo vni' ſincathegorematis totū reſiduū erit eſſentiale: ꝓ3 hic. hō albus eſt aīal inter ptes ſubiecti interſerēdo ly vel Tertiū corrolariū eſt aliq̄ ꝑdicatio q̄ eſt eſſentialis ⁊ interſerēdo vnū purū ſincathegoreuma tota ſit accidētalis: ꝓ3 hic hō alb' eſt aīal coloratū inter ptes ꝑdicati interſerēdo ly ⁊. Et in oibus iſtis modo ·orqꝫ ꝓpōnes de diſiunctis aſſimilantur diſiunctiuis ſaltem extra caſus tactos in oppoſitionib': quia diſiunctiua inſequitur partem fortiorem: ⁊ proportionaliter propoſitio de copulato quemadmodum copulatiua partem debiliorem inſequitur. ¶ Ex iſto patet cum dubio de diſiunctis que predicatio et qualis eſt propoſitio de diſiuncto ⁊ copulato ſimul nec volo querere de conditionatis ⁊ aliis mixtionibus.

¶ Notandū eſt qnto ꝙ predicatio ēēntialis diuidiꝭqꝫ q̄dā eſt q̄dditatiua: q̄dā nō q̄dditatiua. Quidditatiua eſt q̄ nullū extremū connotat nec extrinſece nec intrinſece ſuper reliquum niſi fuerit differentia vel connotatio vni' ſit ſupioꝛ ad cōnotationē alteri'. Addo niſi ſit differētia qꝫ iſta eſt q̄dditatiua rōnale eſt ſenſitiuum: ⁊ tn̄ predicatum extrinſece cōnotat reſpectu rei pro qua ſupponit ſubiectum. Eſſentialis non q̄dditatiua eſt q̄ vnum extremū intrinſece connotat ſuper reliquum vel reſpectu alterius dummodo connotatio vnius nō ſit ſuperioꝛ ad connotationem alterius.

Predicationis ēēntialis deductio.

¶ Ex iſto pꝫ ꝙ ly ꝑdicatio eſſentialis eſt ſupius ad iſtos terminos ēēntialis q̄dditatiua: eſſentialis nō q̄dditatiua. Et quēadmodū ſunt hic tres diuiſiones: ita ſunt tria q̄ſitiua ꝑ q̄ ſolent artiſte q̄rere: ſcꝫ q̄ qualis ⁊ quāta. ¶ Ad q̄ſtionem factā per q̄: ſolet rn̄deri directa vel indirecta. ¶ Ad q̄lis ēēntialis vel accidētialis. ¶ Ad quāta ēēntialis q̄dditatiua vel nō q̄dditatiua. Et additur aliud q̄ſitiuū; ſcꝫ cui' ꝑdicabilis ꝑdicatio. Ad quā rn̄deꝭ ſi fuerit inordinata diſparata: vel idētica nulli' ꝑdicabilis eſt predicatio. Ex iſtis infero corrolaria. Primum eſt ad iſta q̄ſitiua lꝫ interdum negare preſuppoſitū Secundum ꝙ q̄ qualis ⁊ quāta capiunꭍ equiuoce: ante primā figurā in ſummulis ⁊ in predicabilibus tn̄ in propoſito capiunꭍ cum hoc addito ꝑdicatio et in primo tractatu cum iſto termino ꝓpō. Sed ſi queras qualis eſt iſta vel q̄ ſi ſermo ſit in ꝑdicabilib' dāda eſt rn̄ſio predicabiliū ſi in primo tractatu ꝓpoꝛtionabiliter rn̄debiꭍ. Sed ponamus ꝑ caſum ꝙ vnus q̄rat qualis eſt iſta. hō eſt albus poſito ꝙ non ſiat ſermo nec in ꝑdicabilibus nec in primo tractatu tūc dicat rn̄dēs querenti quid eſt hoc dictu iſta hoc eſt da ſubſtātiuum eius et ſm̄ hoc ſb̄ rn̄debit. Et ſi dicat ſe nō certificaturū: tunc non habebit rn̄ſionē. Si q̄rat q̄lis res forte habebit alba vel nigra vel ſonora. Si capiat ꝑ ſubſtantiuo cōſtructio. rn̄debiꭍ cōgrua vel incongrua: ⁊ ſic ꝯſiter. ¶ Iſtis notatis poniꭍ vna ꝯcluſio rn̄ſiua. Diuiſiones predicationis cum diffinitionibus ſunt ſufficienter aſſignate. patet per notabilia.

Corrolarium.

Corrolaria.

Cōcluſio reſpōſiua.

¶ Dubitaꭍ qd eſt ꝯnotare extrinſece: ⁊ q̄d cōnotare intrinſece. ¶ Ad dubiuꝫ dꝛ ꝙ connotare intrinſece eſt cōnotare partem eſſentialē diſtinctē rei ꝑ qua ſupponit ſi ſupponat nihil extranei implicando vt rōnale ſupponit ꝑ hoīe connotādo animā rōnalem q̄ eſt ps eſſentialis rei ꝑ q̄ ſupponit. Et dꝛ ſi ſupponat. qꝫ dato ꝙ ois hō non eſſet iſte termin' rōnale nō min' intrinſece cōnotabit. Et dꝛ notanter extranee: qꝫ ſi ly a ſupponeret ꝑ hoīe cōnotādo ꝙ habeat aīam rōnalē aptam moueri vel intelligere iā nō connotaret oīno intrinſece. ſed ſimpliciter extrinſece. Et per hoc poteſt rn̄deri ad vnū dubiū circa iſtum terminum riſibile eſto ꝙ aīam rōnalē connotet. ¶ Cōnotare extrinſece eſt ꝯnotare aliqd extrinſecū reſpectu rei ꝑ q̄ ſupponit ſi ſupponat aut cōnotare aliqualꝭr eſſe vel non eſſe qualiter nō ēēntiale illius rei pro qua accipiꭍ. Et breuiter quotienſcūqꝫ terminus connotat ⁊ nō diſtinctē partē eſſentialē rei pro qua accipiꭍ ſiue ſignificet idē in obliquo qd ſignificat in recto ſiue nō tunc extrinſece cōnotat. Ex iſto ſequiꭍ ꝙ iſte terminus coꝛpoꝛeū cōnotat intrinſece reſpectu iſtius termini ſoꝛtes: ſcōo ſequitur has eſſe accidētales plato eſt idem: ſoꝛtes eſt annichilabis qꝫ lꝫ iſte terminus idem eādē rem cōnotet ꝑ qua ſupponit. tn̄ qꝫ nullam partē diſtinctē cōnotat accidētaliter ꝑdicaꭍ. Etiā aliter exprimimus ſignificatū ei' in obliquo ⁊ in recto hoc patet per eius diffinitionem. Item eſt aliquid alicui idem. Etiam dico ꝙ ſi ly a ſignificaret tantum ſicut ly coꝛpoꝛeum ⁊ cum hoc cōnotet tn̄ ſicut ly rōnale vel ſenſitiuū: tunc dico ꝙ ēēntialiter ꝑdicaꭍ de iſto termino hō. Ex iſto ꝓ3 quomō ego intelligo diſtinctē: qꝫ lꝫ ly idē eādem rē cōnotet vna connotatione ꝑ qua ſupponit adhuc accidētaliter iſte terminus ps per alias pticulas ſufficiēter excludiꭍ ideo: non cēt magna cura ponere diſtinctē in quocūqꝫ ſenſu. Etiaꝫ aliq̄ ponunt differētiā inter extrinſece et extrinſecū ⁊ dicunt ꝙ coloratum cōnotat extrinſecum reſpectu de ly albū eo ꝙ nigredinē ⁊ rubedinem connotat per modum intrinſece. ſcꝫ ſub diſiunctione ad oēs coloꝛes indifferenter nō cōnotat extrinſece difficultas eſt in ꝓbis tn̄. Aliq̄ dicunt terminum poſſe intrinſece cōnotare reſpectu totius materialis ſignificati ⁊ eſt q̄ terminus ſignificat ſuum ſignificatū eſſe ſiue ēēntiale. nō per moduꝫ relationis ſed per modum qualitatis ⁊ hoc mō humanū angelicū diceret connotare intrinſece. Et dicitur non per modū relationis dicunt propter iſtum terminum idē qui non intrinſece ſed extrinſece cōnotat. Etiā aliqui dicunt qnādo terminus ſignificat in obliquo ea que alter in obliquo ſignificat et non ſignificat in recto ea que alter in recto ſignificat vt ly in quid reſpectum huius termini genus et de vltimo membro videbitur circa diffinitionē generis. Sed primum iſtorū duorū membroꝛuꝫ eſt cōtra vſum et ſine rōne dictum. Et eque facile diceretꭍ ꝙ iſta eſſet eſſentialis. ſoꝛtes eſt idem vel homo eſt idem. Expellendo terminum quē imponunt: propterea non aſſentio iſtis duob' vltimis membris. primum cum communi vſu pono. Sed connotare extrinſece breuiter eſt cōnotare aliquod quod nō eſt pars eſſentialis rei pro qua accipitur.

Dubitatio.

Quid connotare intrinſece.

Quid connotare extrinſece.

Corrolarium.

¶ Deinde rñdet ad argumenta ante oppoſitũ. ¶ Ad tria prima reſpõdẽt notabilia. ¶ Ad quartũ rñdent ꝙ lƺ p̄dicet eque cõnotatiuũ de eque cõnotatiuo. hic coloratũ eſt album: tñ hoc intelligit quando illud eque connotatiuum non eſt inferius ad reliquum: vel ꝑtem eius ceteris tñ paribus. ¶ Ad quintum rñſum eſt. ¶ Ad ſextum rñſum eſt. ¶ Ad ſeptimũ argumentũ dr̄ ꝙ eſt directa. ¶ Ad octauum de iſta. hec albedo iſte color eſt demõſtrãdo idẽ non eſt directa. ¶ Et ad probationem p̄dicatum eſt ſupius ad ſubiectũ ⁊ ſinonimũ cũ p̄dicato hui⁹. albedo eſt color diſtinguit: vel in ſignificando ⁊ ſic cõcedit vel in acceptione ⁊ ſic negatur: ⁊ hoc

Ariſtoteles.

trahit ex Ariſto. ⁊ cõiuſu in p̄dicabilibus dicit ariſtoteles in p̄dicamentis cũ aliquam arborem ſignaueris manifeſtius aſſignabis aſſignando arborem quã plantã vbi per aliquã arborẽ intelligit talem terſm hec arbor. Propterea dicit parunsterxtus loco illius. Si querat q̄dẽ hec arbor cõuenientius rñdet ꝙ eſt arbor ꝙ̃ plãta: ergo ariſtoteles vocat illã directã. hec arbor ẽ arbor ⁊ nõ vocaret illã directã arbor eſt arbor. Sed forte q̄ris an iſta ſit directa. aliq̄s hõ ẽ hõ ⁊ videt ꝙ ſic per vltimam ſolutionẽ dr̄ breuiter ꝙ eſt idẽtica et talis reſtrictio ſ̄m vſuƺ plurium nihil facit et breuiter nulla niſi q̄ñ reſtringit ꝓ vno ſuppoſito. Tñ q̄s põt hñ defendere hãc eẽ directã. aliq̄s hõ eſt hõ. ⁊ dicere ꝯñter ꝙ p̄dicat ſupius de inferiori. i. terius ſupior in ſupponẽdo reſpectu termini pro paucioribus ſupponentis. Et potes colorare rñſionẽ ꝑ exẽplũ ariſtotelis q̄ dicit aliquã arborẽ eſſe arborẽ eſſe directã: ſƺ ipm ſignũ pticulare plerũq; ponit loco ꝓnoīs demõſtratiui. ¶ Ad alia argumenta ſufficiẽter rñdent notabilia. tñ in tota iſta q̄ſtione nõ fieri in appellatiõe rõnis: q: tũc negaſſem ꝙ coloratũ cõnotat nigredinẽ ⁊ multas ſimiles quas conceſſi.

Queſtio.

¶ Queritur tertio vtrũ vl'e ſit ſubiectum libri p̄dicabiliũ. Et arḡ ꝙ nõ hñ ſequitur. vl'e eſt ſubiectũ libri p̄dicabiliũ ⁊ oẽ vl'e eſt genus ſp̄s dr̄ia. ꝓprium vel accidens. ḡ gen⁹ ſp̄s dr̄ia ꝓprium vel accidens eſt ſubiectũ libri p̄dicabilium. ꝯñā tenet in tertio modo tertie figure: ſed ꝯñs eſt falſum: et nõ minor ergo maior: q̄ eſt titulus queſtionis.

¶ Scd̃o arguit ad idẽ. ſi vniuerſale eſſet ſubiectum libri predicabilium: tũc genus ſpecies ⁊c. eſſet ſubiectum libri predicabilium q: quicquid dicitur de ſuperiori dicitur de aliquo inferiori eius.

¶ Tertio arguit. nõ oīa conſiderata in predicabilibus reducant ad vniuerſale: ergo non eſt ſubiectum libri predicabilium: ꝯñā tenet per vnam conditionem ſubiecti attributionis. probat añs de indiuiduo.

¶ Quarto arḡ. vniuerſale non habet primitatẽ adequationis in hac ſcientia. ergo non eſt ſubiectum huius ꝯñā tƺ ꝑ vnã ꝯditionẽ ſubiecti attributiõis. añs pƺ q: vl'e cuiuſ; ſcie ẽ ſ̄bm: pƺ ꝑ aſcẽſuƺ īducẽdo ꝑ oẽs ſcias: q: enũciatio in perihermenias ſillogiſm⁹ in prioribus.

¶ Quĩto arḡ. p̄dicabile eſt ſubiectum libri predicabilium: ergo non vl'e. ꝯñā tƺ quia vnius ſcientie tñ debet eſſe vnuƺ ſubiectũ

Antecedens patet dupliciter. Tum primo p̄dicabile eſt terminus ꝯuertibilis cũ ly vl'e. ḡ non eſt maior rõ de vno ꝙ̃ de altero. Tum ſcd̃o: quia iſte liber denominat liber p̄dicabilium ergo p̄dicabile eſt terminus notiſſimus in hoc libro. et per conſequens ſubiectum huius.

¶ Sexto arḡ. vel vl'e mentale eſt ſubiectum libri predicabilium ⁊ nõ vocale vł vocale ⁊ non mentale: vel vtrũq; nõ primũ: quia nõ eſt maior rõ de vno ꝙ̃ de altero. Si vtrumq; plura erunt cõtra naturam ſubiecti.

¶ Septimo arḡ ſi vl'e eſſet ſubiectũ libri p̄dicabiliũ haberet aliquã paſſionem de eo demonſtrabilẽ. ſƺ ꝯñs eſt falſuƺ igit. ꝯñā tƺ cũ ſequela. ⁊ minor ptƺ: q: vel illa paſſio eẽt vl'is vel ſingularis. nõ ſcd̃m: q: tũc conuerteret cũ ly vl'e. nec vl'is. q: tunc vniuerſale eſſet paſſio vniuerſalis. ⁊ ſic idẽ eẽt paſſio ſuimet. Etiaƺ ꝯtinet ſub vl'i ḡ nõ cõuertit ſecũ ꝯñā tenet: ⁊ ꝓbat añs q: cõtinet ſub ꝓprio: ꝓprium cõtinet ſub ly vniuerſale: et q̄cquid eſt ſuperius ſuperiori eſt ſuperius inferiori illius ſuperioris.

¶ Octauo arḡ. vl'e nõ eſt argumẽtatio: ergo nõ eſt ſubiectum huius ſcie patet ꝯñā: q: ex quo argumẽtatio eſt ſubiectũ toti⁹ logice debet verificari in recto de principaliter cõtentis in logica quẽadmodum eſt ly vl'e.

¶ Nono arḡ. ſubiectũ ſcie dzeẽ terminus prio not⁹ etiã termin⁹ cõmuniſſimus vt dicũt cõditiones ſubiecti: ſed ſic non eſt de vl'i igit. q: alia docent in p̄dicabilib⁹ ante iſtum terminũ vl'e. Pro ſcd̃a pte pƺ ly terius eſt cõior. ḡ ly vl'e nõ eſt termin⁹ cõiſſimin⁹. ¶ In oppoſitũ arguit ꝑ eũdem logicã ponẽtẽ vl'e eſſe ſubiectũ libri predicabilium. In iſta q̄ſtione tot erunt articuli ſicut in aliis. ¶ Pro expeditione primi.

¶ Notãdũ eſt prio ꝙ iſti termini vl'e ⁊ ſingulare multipliciter opponũtur relatiue. Nã vl'e vno modo capitur pro vl'i in cauſando pro illo. ſ. ꝙ multorum ſp̄e diſtinctorũ eſt cauſa quẽadmodũ eſt ſol vel celum: ⁊ ſic deus eſt cã vniuerſaliſſima. Et ſingulare dr̄ ꝙ vnius eſt cã vel ſaltẽ paucorum. Secũdo modo capit vl'e ꝓ

Quot modis vl'e capitur.

vniuerſali in exiſtendo vel ſub alio v̓bo pro vniuerſali platonico imaginabat enĩ plato ſicut ei imponit Ariſt. ꝙ in qualibet ſpecie eẽt ponẽda

Ariſtoteles.

vna idea vniuerſalis que eẽt q̄dditas ⁊ tota eẽntia rei vt in ſp̄e humana eſſet ponenda vna idea communis conueniens cũ quolibet homine pticulari q̄ nec eſſet ſortes nec plato: ⁊ ſic de aliis hominibus. Et poſuit illam ſeparatã a ſingularibus ⁊ ꝑ hoc differt a modernis realibus ⁊ etiã per alia ⁊ talẽ ideã dicit principaliter ſignificari per terminum ſpecificum. Et per oppoſituƺ q̄d libet indiuiduum vocat ſingulare. Tertio modo capit vl'e put tñ vƺ ſicut totale vel aggregatũ ex pluribus ꝑtibus ordinem ad aliquod vnum. ⁊ ſic totus mundus dicitur eſſe vniuerſal: ⁊ eſt terminus collectiuus: ⁊ ſic cepit Johannes de ſacro boſco quando dicit vl'is mundi machina in duo diuiditur ⁊c. Et quelibet pars illius dicitur ſingulare. Quarto modo capit vniuerſale ꝓ ſigno vniuerſali diſtributiuo. ſ. pro tali ſigno oīs vel nullus. Et ſic dicit phs primo periermenias. oīs non eſt vniuerſale ſed vl'r ſignificat. Et per oppoſitũ ſingulare dr̄ ſincathegoreuma aptũ natũ ſingularizare

Joannes de ſacro boſco.

Phs.

ſingulariʒare terminū vt hic hec hoc. Quīto mō
capit̄ vl'e p ppōne vl'i ꝛ ſingulare p ppōne ſin
gulari:ꝛ ſic pprie nō dicunt̄ relatiue adinuicē.q꞉
iſta vl'is ois chimera currit nō hʒ ſingularē:q꞉
añꝗ aliq̄ ppō ſit ſingularis reſpectu alicuius
vl'is opʒ ꝙ ſubiectū vl'is vere p̄dicet̄ de ſubie-
cto ſingularis. Sexto modo capitur vl'e pro vl'i
ī predicādo ꝛ ſic capitur in propoſito. Et hec de
primo termino tituli queſtionis.

Quot modis ſubiectū capit̄.

¶ Notandū eſt ſcdo pro ſcdo
termino ꝙ iſte termin⁹ ſubiectū capit̄ octo mo
dis. in q̄tuoꝛ vltimis acceptionib⁹ accipit̄ ſe-
cunde intētionaliter. ꝛ in trib⁹ p̄mis p̄ie inten
tionaliter. ꝛ q̄rto mō accipit̄ aliq̄n prime ꝛ ali-
quando ſcđe primo mō capit̄ p illo circa ꝙ aliq̄
potentia vel habit⁹ v̄ſat̄. Scđo mō capit̄ vt idē
eſt ꝙ verna vel famul⁹:ꝛ ſic cepit philoſophus

Philoſophus.

p̄io politice cū dicit ꝙ ī q̄libet politia bñ recta
opʒ eē dñm ꝛ ſubiectū.i.famulū. Tertio mō capi
tur p illo ꝙ realiter ponit̄ ſub alioꝛ:ꝛ ſic paries
eſt ſubiectū tecti. Quarto mō capit̄ dupliciter
ſ.p̄me intētionaliter p illo cui inheret aliq̄ for-
ma ſiue ſubſtātialis ſiue accidētalis:ꝛ ſic cepit
philoſoph⁹ p̄mo phyſicoꝝ qñ dicit ꝙ materia p̄
ma ē ſubiectū trāſmutatiōis naturalis. ¶ Alio
mō capit̄ ſcđe intētionaliter p ſubiecto denoīa
tionis:ꝛ ſic ſig̃t terminos abſolutos vel cōnota
tiuos reſpectu quoꝝ alij termini denoīatiue p̄
dicant̄:ꝛ ſic de⁹ eſt ſubiectū bonitatis.i.iſte ter
minus bonitas p̄dicat̄ denoīatiue de deo. Quī
to mō capit̄ p ſubiecto enūciatiōis ꝛ tale ē tri-
plex.qđdā enūciatiōis quoddā diſtributionis.
qđdā locutionis vt pʒ in p̄io tractatu ſummu-
larū. Sexto mō capit̄ p ſubiecto alicui⁹ pꝛoprie
paſſionis quēadmodū dicim⁹ vl'e eſt ſubiectuʒ
reſpectu p̄dicabilis. Et p̄t accipi q̄drupliciter p
portionabiliter ad q̄tuoꝛ acceptiōes hui⁹ ter-
mini pprij. Et poſſunt fingi ex his q̄ dicentur

Ariſtoteles.

in capl'o de pprio. Septimo mō capit̄ p inferio
ri alicui⁹ ſupioꝛis:ꝛ ſic cepit Ariſto. in antepre-
dicamētis qñ dixit qñ alteꝝ de altero p̄dicat̄ vt
de ſubiecto ꝛc. Octauo mō capit̄ p ſubiecto at-
tributiōis. ꝛ iſta acceptio eſt ad ppoſitū et non
ſeptē prime ſcʒ p termino cui oīa cōſiderata in
tali ſcia de p ſe vel de p accidēs attribuuntur:ꝛ
iſte acceptiōes patēt in iſtis carminibus. Obie

Uerſus.

ctum. v̄na poſitum. ſub. cui qđ inheret. Qđ pus
eſt copula. proprij logicaliter infra. Quo ſimul
ars heret his ſunt ſubiecta quaterna.

¶ Notādū eſt tertio ꝙ ſubie-
ctum attributionis dʒ habere duplicē primita
tem in ſcia cui⁹ eſt ſubiectū ſcʒ primitatē conſi-
derationis.i.ꝙ oīa cōſiderata in tali ſcia cuius
eſt ſubiectū ad ipſuʒ reducant̄ ſcʒ ꝙ aliqua ſint
inferioꝛa ei⁹ aliq̄ eius paſſiones. aliqua paſſio
nes inferioꝝ aliqua obliquitates:que valent
ad eius cognitionē. Aliqua partes integrales
ſicut verbi cauſa. vniuerſale habet predicabile
tanꝗ paſſionē inferioꝛa habet iſtos terminos
genus ſpēs ꝛc. Et iſti termini iteꝝ habent paſ-
ſiones vt ly genus conſideratū vt eſt inferi⁹ ad
ly predicabile eſt paſſio hui⁹ termini gen⁹ put
eſt inferius ad vniuerſale. ꝛ de iſtis predicatur
in rectoꝛ de indiuiduo predicatur in obliq̄ cuʒ
hoc addito propter vt indiuiduū ſit propter vni
uerſale. quia non poteſt bene cognoſci quid eſt
vniuerſale niſi cognoſcatur q̄d eſt indiuiduum
q꞉ ei opponitur ꝛ oppoſitoꝝ eſt eadē diſciplina
Secunda primitas quā ſubiectū attributionis
debet habere primitas adeq̄tionis hoc ē ꝙ ſub
tali ratione formali in nulla alia ſcia conſidere
tur. ꝛ nō aſſignet̄ ſubiectū attributionis in vna
ſcia ſiue partiali ſiue totali vt ab altera idētice
vel intrinſece diſtinguatur ſed ſolū arguitiue:
propterea aſſignat̄ in ſciētijs cōiter vnus ter-
minus per quē arguit̄ ſciētias differre. q꞉ hoc

Regula logicalis.

nō poſſumus per ſubiectū inheſionis ex q̄ plu-
res ſcientie totales ſunt in eodē ſubiecto inhe-
ſionis nec p cōuenientiā eſſentialē ſcientiaruʒ
particulariū inter ſe poſſum⁹ hoc cōcludere q꞉
ſtat duas ſcias partiales. quaꝝ vna eſt logica:
ꝛ altera grāmatica magis conuenire eſſentiali
ter inter ſe ꝗ duas logicas ſed non in ordine
ad ſuū finē. vbi gr̄a. ſcia q̄ haberi p̄ōt de iſtis.

Uerſus alexādrin⁹.

¶ Qđ nomē pꝛium qđ nō ita ſit tibi notū ꝛc. ꝛ
indiuiduū eſt qđ de vno ſolo p̄dicat̄ magis cō-
uenit ꝗ ſcie q̄ habent̄ de iſtis duab⁹ p̄dicabi-
le predicat̄ de plurib⁹. ꝛ oīs diſcurſus bñ regu-
latus in barbara eſt formalis ɔña. tñ nō in oꝛ
dine ad eoꝝ finē ꝛ eſt vna imaginatio ſubiectū
attributionis ducere exercit⁹. q꞉ hʒ duces ſub
ſe:ꝛ illi iteꝝ alios ſub ſe. ſic eſt in ppoſito. ꝛ hic
loq̄mur de ſcia totali. q꞉ de ſciētia partiali dr̄ ꝙ
tot ſunt ſubiecta quot ſunt q̄ōnes ſcibiles. Sʒ
tunc forte dicis ꝙ grāmatica logica ꝛ rethorica
eſſent vna ſcia eo ꝙ tēdūt in vnū pricipē ſcʒ ſer-
monē:ꝛ ſic tota ſcia triuialis eſſet vna ſcientia.

¶ Ad hoc dicit̄ ꝙ tēdūt i vnū
finem remotū nec eſt incōueniēs ꝙ ſint vna ſci
entia capiendo ly ſcia collectiue quēadmodum
ſubalternans ꝛ ſubalternata pñt dici vna ſcia.

¶ Notādū eſt quarto ꝙ titu-
lus queſtionis poteſt habere. xlviij. ſenſus prī-
cipaliter poteſt habere octo ſenſus penes hoc
ꝙ vniuerſale a parte ſubiecti ī titulo poteſt ca-
pi pro vniuerſali in cauſando ꝛ p̄dicatū ex par
te huius termini ſubiectū qui poteſt variari ſe
cundū octuplicē acceptionem ei⁹:ꝛ ſic ſunt octo
ſenſus. prim⁹ ſenſus eſſet querere vtrū vniuer
ſale in cauſando eſſet famulus libri predicabi
lium. ꝛ ſic de ſex alijs acceptionibus predicati
poteris multiplicare ſex ſenſus. Poſtea poſſūt
habere alios octo ſenſus variando ſubiectum
ad ſecundaʒ acceptionē eius. et primus ſenſus
erit querere vtrū vniuerſale in eſſendo eſt ſub
iectum libri p̄dicabiliū. Secundus ſenſus erit
vtrum vniuerſale in eſſendo ſit famulus libri
predicabiliū. ſed quia iſte ſenſus non ſunt mul
tum difficiles eos relinquo. Griſarorio practi-
candos. Sed iſtoꝝ ſenſuum plurimi ſunt falſi
ſed tenebimus titulū queſtionis in ſenſu quo
vniuerſale capitur in ſexta acceptione ꝛ ly ſub
iectum in octaua acceptione et tunc dico ꝙ p̄ōt
habere duos ſenſus ex parte ſubiecti continue
tenendo predicatū ſignificatiue vel ſubiectum
tenetur materialiter. ꝛ tūc eſt ſenſus an ly vni
uerſale ſit ſubiectū libri predicabiliū vel ſigni-
ficatiue. ꝛ tunc eſt ſenſus an aliquod vniuerſa
le ſit ſubiectum libri predicabilium. ¶ Iſtis no

Ponitur ɔcl'ones.

tatis pono concluſiones. ¶ Prima eſt. ly vniuer
ſale eſt ſubiectū libri predicabiliū. patet habet
duplicem primitatem que requiritur ꝛ ſufficit
quia non tranſcendit limites libri predicabiliū
ꝛ omnia conſiderata in predicabilibus ordinā
tur propter ipſum. ¶ Secunda concluſio. aliqđ
vniuerſale eſt ſubiectū libri predicabiliū. Iſta
concluſio cū vno verbo ſequitur ex prima. Iſtis
non obſtantibus pono propoſitiones ſtātes in

veritate cū cōcluſionib⁹. Quarū p̄ria eſt. nō vl'e ⁊ nō vl'e ſunt ſubiectū libri predicabiliū. hoc pꝫ q2 quinq̄ ſyllabe hui⁹ termini ſunt non vl'e copulatim: ⁊ tñ ſunt ſubiectū predicabiliū igitur. Sc̄da nō vl'e et vl'e ſunt ſubiectū libri p̄dicabilium. pꝫ q2 iſte termin⁹ vl'e et vna ſyllaba eius ſunt ſubiectū libri p̄dicabiliū. ⁊ tñ ſunt vl'e ⁊ nō vniuerſale quemadmodum homo eſt homo et non homo: quia eſt homo ⁊ ſua anima.

Dubitatō.

¶ Dubitatur vtrū vl'e ſit genus ad oīa vl'ia: et ita p̄t q̄ri an iſte t'min⁹ gen⁹ ſit gen⁹ ad oīa gn̄a: ⁊ ſic pōt q̄ri an ſpēs ſit ſpēs ad oēs ſpēs. et ſic de alijs. Pro prima p̄te dubij.

¶ Notandum eſt q̄ aliqui tenent vl'e eſſe genus ad quinq̄ vl'ia: aliq̄ vero p̄dicabile. Sed q2 difficultas eſt ad nomen rōnabilius dicūt moderni. ſi iſti q̄nq̄ termini cōnotent modū p̄dicandi. tunc ſunt inferiores ad p̄dicabile: ⁊ ſic videt' cepiſſe porphirius: q2 ſemꝑ diffinit per p̄dicari vt pꝫ in gn̄e. gen⁹ eſt qd̄ predicatur. Sil'r ſpēs eſt qd̄ predicat'. et ſic de alijs q2 tūc ex quo vl'e nō hꝫ talē cōnotationē nō eēt genus ad iſtos terminos. Alio mō cōnotant tā tum modum ſupponendi: et tunc ſunt termini inferiores ad vniuerſale.

Porphirius.

¶ Notādū eſt ſc̄do q̄ aliquid dicit' eſſe gen⁹ ad aliud dupliciter ſm̄ aliquos. Uno mō tanq̄ ad ſuū q̄dditatiue inferi⁹. Alio modo tanq̄ ad ſuū ſignificatū. Primū mēbrum declarabit' in cap̄lo de genere ad ſecundū mēbrum req̄ritur q̄ tale ſit gen⁹ et ſignificet illud tñ hoc additū tanq̄ ad ſuū ſignificatū diminuit de rōne generis vel ſaltē non opꝫ q̄ ſit gen⁹ ei⁹ Sc̄dam partē addo: q2 nō oīno diminuit: q2 vl'e eſt genus ad iſtū terminū genus tanq̄ ad ſuuꝫ ſignificatū: ⁊ etiā verū genus eius. propter iſta diuiſio nō eſt oīno ſimilis huic. aialium. aliud viuum. aliud pictū: q2 ibi nihil idē eſt viuū ⁊ pictum: hic āt aliq̄d eſt genus reſpectu alicuius ⁊ genus ad illud tanq̄ ad ſuū ſignificatū. Correlarie ſequit' ex iſto q̄ ens eſt genus iſto modo ad oīa entia mūdi. Sc̄do ſequit' q̄ aial eſt gen⁹ ad bouē in aratro. Tertio ſequitur q̄ ſubſtātia eſt genus ad primū mobile. Quarto ſequit' q̄ ly coloratū eſt genus ad ly aial. Quinto ſeq̄tur q̄ inferius eſt gen⁹ ad ſuū ſuperius vt vniuerſale in ordine ad ſignū. Et in oībus iſtis correlarijs intelligo tanq̄ ad ſuū ſignificatū: tñ q̄ volunt negare fundamētū poſſunt dicere q̄ ad ſecundum mēbrum ſufficit ⁊ requiritur q̄ ſit genus verum reſpectu talis. ⁊ cum hoc ſignificet illud tale quēadmodum eſt vl'e in ordie ad iſtū terminum genus: et ſic ens non eſt gen⁹ ad oīa tanq̄ ad ſua ſignificata: q2 correlaria q̄ inducit vident' abſurda. difficultas tamen ē ad nomē.

Correlaria.

Pręterea vniuerſale ī titulo queſtionis poteſt capi ſignificatiue vel materialiter ⁊ ſecundum hoc habere plures ſenſus quib⁹ relictis: quia facile ſunt pono concluſiones. quarū prima eſt. Aliquod vl'e eſt genus ad quinq̄ vniuerſalia. patet animal eſt genus ad iſtos terminos bos leo numerādo quinq̄. Secunda concluſio. Nullum vl'e eſt genus ad oīa vniuerſalia. patet nō ly vniuerſale primo: quia non predicatur quidditatiue de iſtis terminis homo animal ⁊c. ergo non eſt genus ad illos. Et iſta concluſio eſt reſponſiua ad dubium immo vniuerſale non ē genus ad omnia de quibus predicatur eſſentialiter vere ⁊ vniuerſaliter vel ſaltem non accidentaliter patet: quia non eſt genus ad iſtos duos terminos vniuerſale ⁊ genus. Et eodem modo poſſumus probare q̄ nullum aliud vniuerſale eſt genus ad omnia vniuerſalia.

Cōcluſiones.

¶ Tertia cōcluſio. loquendo conſequenter ad eos q̄ concederent correlaria inducta aliqd̄ vl'e eſt genus ad oīa vniuerſalia tanq̄ ad ſua ſignificata. patet. ly vniuerſale eſt genus ⁊ ſignificat oīa vl'ia. ergo eſt gen⁹ ad oīa vniuerſalia tanq̄ ad ſua ſignificata: ꝯn̄a tenet ex terminis ex quo iſte terminus vniuerſale ſignificat iſtos terminos predicatur de eis accidentaliter quando ſtant materialiter et eſſentialiter quando ſignificatiue ſumuntur. ⁊ eodē modo reſpectu ipſiuſmet.

¶ Ex dictis ſequūtur correlaria. quorum Primum eſt. genus generaliſſimū eſt ſpecies. Correlarium.

¶ Secundū eſt vniuerſale in plus ſe habet q̄ genus generaliſſimū: tamē veritas huius copulatiue oē genus eſt vl'e: ⁊ non omne vl'e eſt genus: facile oſtendit vter iſtorū terminorum ſit ſuperior ad reliquum.

¶ Tertium correlariū. Differentia eſt ſpecies.

¶ Quartū. ſpēs ē ſpēs capiendo predicatum ſignificatiue qualitercunq̄ capiatur ſubiectum.

¶ Deinde r̄ndetur ad rationes. ¶ Ad primam concedo cōſequentiam: ⁊ nego falſitatem conſequentis.

¶ Ad ſc̄dm argumentum concedo q̄ genus eſt ſubiectū libri p̄dicabiliū ſil'r ⁊ ſpēs ⁊ propriū ⁊ accidens: tñ pro propoſitione ibi tacta ponam tres propoſitiones. Quarū prima eſt non q̄cquid predicatur de ſuperiore predicatur de inferiore eius patet. hoc complexū ſubiectum logice predicatur de ly argumentatio ⁊ de nullo inferiore eius. Inferunt' ꝑpōnes.

¶ Secunda propō. non quicquid p̄dicatur de ſuperiori ſignificatiue ſumpto predicatur de inferiori eius. patet ly ſcutū predicatur de iſto termino coloratū et de nullo inferiori eius: imo non de diſiuncto compoſito ex omnibus inferioribus eius: q2 hec eſt vera. hoc coloratū eſt ſcutū demōſtrando ſcutum tribus coloribus eque ſuperficialiter coloratum. tamen hec eſt falſa. hoc albū vel nigrum vel rubeum eſt hoc ſcutū poſito q̄ tales colores ſint. Et hoc eſt facile cognitu ſi intelligas veritates diſiunctiuarum. ¶ Tertia propoſitio. quotienſcunq̄ aliquod predicatur. predicatur de aliquo ſuperiori ſignificatiue ſumpto de predicamento ſubſtātie illud dicitur de aliquo inferiori ei⁹ patet inductiue. Poteſt tamen cadere difficultas de virga cuius vna medietas eſt mortua ⁊ altera viuit: tamen illa eſt phyſica ⁊ dico q̄ nihil eſt. immo due ſubſtantie. ¶ Ad tertium reſponſum eſt in notabilibus. ¶ Ad quartum nego antecedens. ⁊ ad probationem concedo antecedens et nego conſequentiā: quia arguitur a pluribus ſuppoſitionibus determinatis reſpectu partium multitudinis. in ordine ad vnā determinatā reſpectu totius multitudinis. Sed ex illis oportet concludere q̄ cuiuſlibet ſcitie

vle eſt ſubiectū quam concedo ex qua non ſeqtur vniuerſale cuiuſlibet ſcientie eſt ſubiectū.

¶ Ad quintum cōcedo ꝙ predicabile eſt ſubiectū libri predicabiliũ nec hoc eſt incōueniens plura eſſe ſubiecta cōuertibilia quemadmodū cōſequentia ⁊ argumentatio ſunt ſubiectum totius logices et conuertibilia omnia in propoſito reputantur ſynonyma: tamen facta fuit vna ratio talis ꝙ iſte liber denominatur liber predicabiliū. ergo predicabile eſt ſubiectum attributionis eius. Illud argumentum probaret euclidē eſſe ſubiectū geometrie.

¶ Ad ſextum dicitur ꝙ quodlibet illorum eſt ſubiectum libri predicabilium ſed precipue mentale.

¶ Ad ſeptimū cōcedo ſequelam ⁊ nego falſitatē cōſequentis. Et ad probationem cōcedo qḋ eſſet vniuerſale ⁊ vlteri' conceditur ꝙ vniuerſale eſt paſſio vl'is. nec ſequit idem eſſe paſſionē reſpectu eiuſdē capiēdo etiā ſignificatiue vl'e ſicut ly vl'e. Et ad improbationem illa paſſio cōtinet ſub ly vl'e ſi ly vl'e capiatur materialiter: nego ſilr ꝙ ptinet ſub pprio.

¶ Ad octauum nego cōſequētiam ⁊ ad ꝓbationē dico ꝙ nō oportet ꝙ verificetur in recto de principaliter cōſideratis: ſʒ ſufficit obliquo. ¶ Ad nonū ⁊ vltimū cōcedo maiorem ⁊ nego minorē. Et ad ꝓbationē ſubiectū dʒ eſſe termin' pmo notus: diſtinguo vel ſi ly prio dicat prioritatē tpis vel ordinis ⁊ ſic nego. vl' vt tm̄ valet ſicut principaliter ⁊ ſic cōcedo. Et ſubſumendo in tali ſenſu nego minorē. Et qñ dr ly termin' eſt cōior. diſtinguitur vel in predicādo ⁊ ſic conceditur: vel de adequate conſideratis ī hac ſcientia. ⁊ ſic negatur.

Queſtio. ¶ Queritur quarto vtꝝ diffinitio vl'is ſit bñ poſita in qua dr vl'e eſt equiuocum incōplexū cathegoreuma formaliter cōe. Et arguit ꝙ nō ſeqret ꝙ ly hō nō cēt vl'e ſʒ ꝯña eſt falſum igitur ꝯña pꝫ: q2 eſt equiuocum.

¶ Secundo arguitur corpus aīatū eſt vl'e. ⁊ tñ eſt ꝗd cōplexū. ergo nō opꝫ eē incōplexum. maior eſt porphirij in arbore.

Diffinitio ¶ Tertio arguitur. albū pure adiectiue tētū eſt vl'e. ⁊ tñ eſt ſincathegoreuma quod patet q2 nō pōt reddere ſuppoſitū verbo ſignificatiue ſumpto: ergo male ponitur cathegoreuma. ⁊ eodem modo poteſt quis argumentari de obliquis.

¶ Quarto arguitur. ꝓbando ꝙ albū pure adiectiue ſumptū nō eſt vl'e: ⁊ hoc ſic nō eſt p̄dicabile ergo nō eſt vl'e. ꝯña tʒ a conuertibilibus. ꝓbat aña nō pt eſſe p̄dicatū propoſitionis: ergo nō eſt p̄dicabile: conſequentia tenet. q2 qḋlibet predicabile debet predicari de ſubijcibili. Forte dicis nō pōt eſſe predicatū ſolitarie bñ tamen cū addito. Contra ſeqretur ꝙ hoc ſignū oīs eſſet vl'e. ſed cōſequēs eſt falſum ergo ⁊ antecedens ⁊ patet conſequētia. q2 lʒ nō poteſt predicari ſolitarie pōt tamen cū addito.

¶ Quinto arguitur. Sequeretur ꝙ ly ens eſſet vniuerſale: ſed conſequens eſt falſum: ergo ⁊ antecedens. ⁊ patet conſequētia per totā diffinitionē diſcurrendo, ſed falſitas conſequētis oñditur per Ariſtotelē. iiij. tho picorum dicentem. Si illud qḋ ſequitur ad oīa aſſignetur eſſe genus mala eſt aſſignatio ⁊ exemplificat ipſe de ente. Ariſtoteles.

¶ Sexto arguitur. ſequeret ꝙ de' eſſet vl'e ſed cōſequens eſt falſum. ergo ⁊ añs cōſequētia clara eſt ⁊ cōſequentis falſitas patet dupliciter. Cū primo: q2 tunc poneret in p̄dicamento ſed hoc eſt falſum eo ꝙ non eſt ens finitum ⁊ limitatum. Tum ſecundo: quia nō dicitur de his coniunctim ſingulariter de quibus diuiſim ſingulariter predicatur.

¶ Septimo arguitur. ſequeretur ꝙ aīatū hac aīa nō eēt vl'e: ſed cōſequens eſt fl'm: ergo ⁊ añs: ⁊ ꝓbo cōſequētiā: q2 nō ē formaliter cōe ſed falſitas cōſequētis oñdit: q2 ei nō repugnat ſupponere pro plurib': q2 ſupponit pro capite ſortis ⁊ pede ei'. Et ſi dicas ſunt idē equalenter volo eādē aīam nūero ponere ī ſorte ⁊ platone iā predicat de vtroq3 illoꝝ vl' ſaltem de pronominibus eos demonſtrantibus.

Martin' magiſter. Georgi'. ¶ Octauo ſic arguitur martinus magiſtri cōtra Georgiū: huic termino albū hac albedine ſupponere pro plurib' repugnat. ex ſuo mō ſignificādi formali ſupponere ꝓ pluribus realiter diſtinctis: ergo ſibi repugnat ex mō ſuo ſignificādi formali cōſequētiā relinquit notā. Tamē poteſt ꝓbari a ſuperiori ad inferius negatiue cū diſtributiōe ſupioris ⁊ añs ſeqtur ꝑ aduerſarios cōcedentes ꝙ ē terminus cōis.

¶ Nono arguitur ſic. nullum indiuiduū eſt p̄dicabile ꝓprie dictū. ſed album hac albedine vel a ſuo loco eſt predicabile proprie dictum. ergo nō eſt indiuiduum. minor pꝫ q2 predicatur aptitudinaliter de pluribus.

¶ Decimo arguit. cōtra hoc ꝙ hoc albū eſt vl'e: q2 vel eſt gen' vel eſt ſpēs et tūc habebit pro indiuiduo ſub ſe albū hac albedine: ſed hoc nō. ¶ probat poſito ꝙ eadē albedo nūero ponat in aſino ⁊ in hoīe iſta eſt falſa. oē albū hac albedine eſt hoc albū. ſed hoc eſt de ratione ſuperioris predicari vniuerſaliter. ⁊ vere extremis ſupponentibus de inferiori dedūctis alijs impedimentis igitur.

¶ Undecimo arguit. Iſti termini ipertinēter ſe hñt albū hac albedine ⁊ hoc albū. q2 nō oē albū hac albedine ē hoc albū put arguit argumētū p̄cedēs nec oē qḋ ē hoc album eſt albū hac albedine in caſu faculi. ⁊ ſic dicere eſt cōtra naturā ſuperioritatis et iferioritatis.

¶ Duodecimo arguitur. hec arbor eſt indiuiduū. ergo ly hoc albū cōſequentia tenet per ſimile. ⁊ añs eſt Ariſtotelis in p̄dicamēto ſubſtātie. Forte dicis non ē ſīle in t'mis abſolutis ⁊ cōnotatiuis. Cōtra hoc idē eſt indiuiduum ⁊ terminus cōnotatiu'. patet q2 vtrūq3 ſignificatū ſingularizat pro materiali ⁊ formali: q2 idē eſt ſignificatiuum materiale ⁊ formale huius termini idem. ¶ In oppoſitum arguitur per communem logicam. In iſta queſtione tot erunt articuli ſicut in alijs. Ariſtoteles.

¶ Notādū eſt primo ꝙ circa quidditatē ipſius vniuerſalis duplex ē opinio nūc currens. ⁊ t'tia rōnabiliter addit. Prio Georgi' ſic diffinit. vl'e in p̄dicādo ē cathegoreuma Quid vniuerſale. Georgi'.

incõplexum vniuocũ formaliter cõe. Unũ dicit il
lud eſſe formaliter cõe cui ex mõ ſignificãdi for
mali nõ repugnat ſignificare plura eẽntialiter
diſtincta diuiſiȝ ⁊ vniuoce. Et vocat modũ ſigni
ficandi formalẽ modũ ſignificãdi rõne cui⁹ ter
minus ponit̃ in predicamẽto. Et talis ẽ triplex
Quidã abſolutus: ⁊ ille idẽtificatur cũ mõ ſigni
ficandi formali. Quidã adiectiuus vt albus ni
ger. Quidã cõnotatiu⁹ vt dñs ſeru⁹. Ex iſto pa
tet ꝙ mod⁹ ſignificãdi formalis in ꝓpoſito nõ
diſtinguitur cõtra modũ ſignificandi acciden
talem. Preterea dicit penas aliud attẽdit̃ ter
minum eſſe vniuerſalẽ ⁊ eſſe idiuiduũ ⁊ penes
aliud terminũ eſſe cõeȝ ⁊ ſingularẽ. quia ad ter
minum eſſe vniuerſalẽ vel indiuiduũ attendit̃
penes modũ ſignificandi formalẽ ſed ad termi
num eſſe cõem vel ſingularẽ attenditur penes
modũ ſignificandi abſtractiuũ. Secundo diffe
runt. quia terminus cõis vel ſingularis non ex
cludit cõplexionẽ vniuerſalẽ ⁊ indiuiduũ exclu
dunt. Ultimũ dictũ eſt cõforme cuilibet opinio
ni. Poſtea infert aliq̃d eſſe vniuerſale ⁊ nõ eſſe
terminuũ cõem vel ſingulare: vt pȝ de adiectio
adiectiue ſumpto. Secũdo infert ꝙ aliq̃d ẽ vni
uerſale qđ eſt terminus ſingularis. vt patet de
ſubiecto hui⁹ hoc albũ currit: ſed ly hoc albũ eſt
terminus ſingularis capiẽdo ſingulare ꝓ ſub
iecto ꝓpoſitionis ſingularis. ⁊ capit̃ ibi ſingu
lariter pro illo quod ſignificat ſubſtractiue. q̃
ſingularizatur pro materiali et non formali ſi
gnificato. ⁊ ſic in eo ſeruatur ratio vniuerſalis.

¶ Notãdũ eſt ſcđo ꝙ hec opi
nio non placet Martino magiſtri et ponit aliq̃
argumenta cõtra eã q̃ ſoluent̃ in fine q̃õnis. Et
alr̃ diffinit vniuerſale in predicãdo ſic. Ule eſt
termin⁹ incõplexus vniuoc⁹ cõis nõ de oĩb⁹ q̃d
ditatiue dicibilis nat⁹ ꝟificari de aliq̃ median
te hoc verbo ẽ̃t et de cõiunctim acceptis plr̃ de
quib⁹ diuiſim acceptis verificat̃ ſingulariter.
dicit̃ nõ q̃dditatiue dicibilis de oĩbus ad diffe
rentiã huius termini ens q̃ predicat̃ de ꝓnoĩe
vel de pronoĩbus demõſtrante vel demõſtran
tibus res quaſcũq̃ q̃dditatiue id nõ eſt vlẽ etiã
ſi predicet̃ denoĩatiue de oĩbus bñ eſſet vlẽ vt
patet de paſſionib⁹ entis. Dr̃ notãter nat⁹ veri
ficari de aliq̃ mediãte hoc verbo ẽ̃t ꝓpter tales
termios chimera. hircoceru⁹ tragelaph⁹ ⁊ alios
Et id nõ oportet ꝙ verificet̃ mediãte hoc ꝟbo ẽ
vt patet de iſtis terminis generandũ ꝓducẽdũ
preteritũ futurũ q̃ non verificant̃ mediante hoc
verbo eſt: ſed ẽ̃t. Et infert oẽs tales terminos
eſſe vniuerſales nõ demõſtratũ nõ ſignificatũ
nõ ſupponens. Et dr̃ de his cõiunctim acceptis
ꝓpter iſtũ terminũ eſſentia diuina. ⁊ iſtũ termi
num de⁹. q̃ lȝ cõcedat̃ pr̃ eſt deus filius eſt de⁹
ſpirituſſanct⁹ eſt de⁹. Iſta tñ nõ cõcedit̃. pr̃ ⁊ fi
lius ⁊ ſpirituſſanct⁹ ſunt dij. Et etiã dicit primã
opinionẽ peccare declarando terminũ cõem q̃
ſm eã ly eſſentia diuina nõ eſſet termin⁹ cõis ſi
militer nec ly de⁹ qđ eſt falſum cũ nõ ꝑdicẽtur
de plurib⁹ eẽntialiter diſtinctis. Poſtea dicit ꝙ
aliq̃ dicũt in diffinitiõe termini cõis ex mõ ſigni
ficandi formalis loco hui⁹ ex mõ ſue ſignifica
tionis ſed in hoc dicit ipſi fallunt̃. Nã aĩa tunc
hac aĩa eſt termin⁹ cõis ⁊ tñ ex mõ ſuo formali
ſignificãdi ſibi repugnat ſignificare plura. ſed
iſta argumẽta parui momẽti ſunt q̃ prima opi
nio tȝ ꝙ termin⁹ cõis ẽ cui nõ repugnat ex par
te ſue ſignificatiõis accipi pro plurib⁹ eẽntiali
ter diſtinctis. modo dico ꝙ non repugnat huic
termĩo deus. ſimiliter iſti termino eſſentiã di
uina vel perſona diuina ſupponere pro plurib⁹
rebus eſſentialiter diſtictis quantũ eſt ex par
te ſue ſignificationis ſed defect⁹ ꝓuenit ex par
te rerũ ſignificatarũ. Ad aliud vbi dicit aliq̃ di
cũt formaliter cõe in diffinitiõe termini cõis ni
hil cõtra primã opinionẽ q̃ hoc nõ ponit. Et di
cit terminus cõis attendit̃ ex parte modi ſigni
ficandi materialis. Sȝ qñ aliq̃s ita diceret ſuũ
argumẽtũ nõ oñdit oppoſitũ ſcđm ſic dicentes.
Et qñ ipſe arguit. animatũ hac aĩa predicatur
de plurib⁹ diſtinguo vel ratione ſignificati for
malis ⁊ hoc negarẽ vel ratione ſignificati mate
rialis ⁊ ſic concederẽ ⁊ tunc ſi inferant ergo nõ
eſt termin⁹ cõis negarẽ cõſequentiã cum cõſe
quente.

¶ Notãdum tertio ꝙ preter | Tertia vniuerſal diffinitio
iſtas diffinitiones ponit̃ tertia ſic. vlẽ eſt vni
uocũ incõplexũ cathegoreuma cõe hñs tñ cõ
notationem vni⁹ predicamẽti conditionaliter.
Dicit̃ primo vniuocũ q̃ equiuocũ nõ eſt vniuer
ſale inquantũ huiuſmodi: ſed bene vniuerſalia
Dicit̃ incõplexum ad differentiã incõplexorum
que ſecundũ vſum philoſophorum non ſunt vni
uerſalia. Et per cathegoreuma intelligitur ca
thegoreuma ſignificatione. Dicitur cõe ad dif
ferentiã termini ſingularis qui reſpectu ſigni
ficati in ordine ad qđ eſt ſingularis non eſt vni
uerſale nec terminus cõis. Dicit̃ habẽs tñ ⁊c.
propter iſtã terminũ cenans q̃ non eſt vniuerſa
le ſed vniuerſalia cũ habeat cõnotationes duo
rum predicamentorũ vt in predicamentis pate
bit. Et dico ꝙ de virtute ſermonis ſufficeret di
cere vniuerſale eſt incõplexũ cõem habens cõ
notationem vnius predicamenti: q̃ vniuocum
nihil excludit cum quodlibet equiuocuȝ ſit vni
uocum. nec oportet dicere cathegoreuma: q̃ ſin
cathegoreuma nõ eſt proprie terminus: immo
neq̃ cõplexum eſt terminus propriiſſime capiẽ
do ⁊ ſic ſufficeret dicere vniuerſale termin⁹ cõ
munis habens tantũ cõnotationẽ ⁊c. Sed iſtõ
non adeo clare explicat diffinitum propterea | Diffinitio vniuerſal ſufficiens
ponimus reſiduos. Et iſte terminus eſt cõmu
nis cui nõ repugnat ⁊c. ſicut dicit prima opinio
Et licet ly eſſentia diuina per nullam potentiã
poſſet ſupponere pro pluribus eſſentialiter di
ſtinctis defectus eſt ex parte rei ſignificate nõ
tamen ex parte termini ſignificantis quemad
modum ariſtoteles diceret de iſto termino ſol
⁊ ſecundum rei veritatem de iſto diſiuncto ſor
tes vel chimera non ſtando incõplexione quod
per nullam potentiã poteſt ſupponere pro plu
ribus: ⁊ tamen eſt terminus cõmunis. Et poni
tur eſſentialiter diſtinctis quia ly eſſentia diui
na repugnat ex parte ſue acceptionis ſuppone
re pro pluribus licet de facto ſupponat pro plu
ribus perſonis. Ex iſto ſequit̃ ꝙ quodlibet vni
uerſale eſt terminus cõmunis: ſed non contra
prima pars patet quia ponitur in diffinitione
eius in recto. Secunda pars patet quia cõmu
nis non excludit complexionem niſi capiatur ꝓ
prie vniuerſale vero excludit ⁊ nulla alia ẽ dif
ferentia ſecundum duas vltimas opiniones. | Scđe opinio no declar eſt.
Differentia iſtarum opinionum patet per pro
poſitiones ad quas reſponderent. Nam prima
opinio concedit ꝙ deus eſt vniuerſale. Secun
do concedit ꝙ ens eſt vniuerſale. Tertio ne
garet ꝙ album hac albedine eſſet vniuerſale.
quarto negaret tales terminos infinitos eſſe
vniuerſalia. Secunda opinio negaret duas pri

mas ⁊ concederet ſecundas. Sed tertia opinio reſponderet ſicut prima niſi ad tertiã propoſitionem ⁊ ſic particulariter vtriꝗ ↄtradico imitando vſum cõmunẽ ſicut Ariſtoteles probat diffinitionem ſcire. Sed contra ſecũdã opinionem inſtatur. Primo per hoc ꝙ dicit mediante hoc verbo poteſt. primo chimera eſt quid complexum vt poſtea dicetur. Secundo tales termini generandũ producendũ non excluduntur ab alijs diffinitionib⁹: patet per particulas iſtarum diffinitionum ⁊c. poſſunt ſupponere mediante hoc verbo eſt: vt demõſtrando antichriſtũ verum eſt dicere: hoc eſt generandũ vel producendum. Et ſic demonſtrãdo adã preteritũ verũ eſt dicere hoc eſt genitum eo ꝙ tales termini annexam ampliationẽ habẽt. Etiã ſol nõ eſſet vniuerſale ſecundũ opinantem quia nõ dicitur de his cõiunctim pluraliter de quibus diuiſim ſingulariter vꝫ eo ꝙ non habet plurale. Et ſi dicas deus põt facere plures ſoles ⁊ nõ plures deos hoc eſt dictu quia defectus non eſt ex parte impoſitionis. Etiã deus poteſt admitti in plurali numero apud peritos admittitur ſecundo non poteſt rõnabiliter reſponderi de iſto diſiuncto ſortes vel chimera. Tertio gratis addit illã particulam. Et ſimiliter de ly ens ⁊ contra cõmunẽ vſum vbi opinio cõmunis querit in predicamẽtis, an ens ſit genus ad ly ſubſtantia. Aliqui tenent ꝙ ſic. alij vero non ⁊ omnes currunt ex falſo preſuppoſito per hanc opinionẽ. Etiaꝫ talis terminus infinitus eſt cõplexus. et eſto ꝙ eſſet incõplexus difficile eſt dicere ꝙ predicabile eſt generaliſſimũ ⁊ ſpecialiſſimum de quibus queritur in capitulo de genere.

Improbat auctor ſecundaꝫ opinionẽ.

Triplex ꝓdicabilis acceptio ſcḋm primam ⁊ tertiam opiniones.

¶ Notandu eſt quarto ꝙ predicabile ſecundũ primã ⁊ tertiam opiniões tripliciter accipitur. Uno mõ largiſſime pro omni illo quod ſecundu ſe vel ſuum ſinonimũ poteſt eſſe predicatũ propoſitionis. Secũdo mõ capitur large ꝓ incõplexo vniuoco nato predicari ꝺ aliquo ſecundũ ſe vel ſuum ſinonimũ ⁊ ſic cepit p.h. in principio predicabiliũ ⁊ in omnibus ãte dictis ly vniuocũ capitur large: qꝛ in mentalib⁹ nõ eſt vniuocatio ꝓprie. Et iſtis modis nõ conuertitur cũ ly vle. Tertio mõ capit̃ ſtricte ⁊ ſic ẽ cathegorcuma in cõplexum vniuocũ formaliter cõe natũ ꝓdicari de plurib⁹ ⁊ hoc ſm primã opinionem ⁊ ſm tertiã declaratũ eſt. Secunda opinio adderet quartã acceptionẽ per quã excluderet trãſcendens ⁊ ly deus. ¶ Iſtis notatis ponitur vna cõcluſio eſto ꝙ due prime opiniões nõ ſunt demonſtratiue improbate tertia eſt rationabilior: patet ex predictis.

In mẽtalib⁹ non eſt ꝓprie equiuocatio.

Tertiam opinionẽ ceteris ꝓponit.

¶ Dubitatur prio an omnis complexio ĩpediat rationẽ predicabilis ſicut ꝓtendunt diffinitiones. Et arguit̃ primo ꝙ non. Corpus animatum eſt predicabile vt patet in arbore porphirij ⁊ tamen eſt qd cõplexũ igitur.

¶ Secudo arguitur. Non eſt maior ratio ꝙ complexio impediat rationem ꝓdicabilis ꝙ incomplexio. ſed ſecundum nõ impedit: ergo neꝗ primum.

¶ Tertio arguitur. Currit eſt predicabile quia ponit̃ in ꝓdicamento actiõis ⁊ non tanꝗ indiuiduum ⁊ tñ non eſt quid complexũ igit̃. Si neges ꝙ ponatur in ꝓdicamẽto. tunc nulla ſunt verba in predicamẽto actiõis.

¶ Quarto arguitur. Deus eſt predicabile et eſt quid complexum complexiõe diſtante: igitur minor patet ſecundum eos qui tenent propoſitionem increatam.

¶ Quinto arguitur. iſte terminus album ſubſtantiuatus eſt predicabile ⁊ tamen eſt quid complexum igitur. In oppoſitum eſt communis logica. Pro iſto.

¶ Nota ꝙ iſtud dubiũ vnum preſupponit ⁊ aliud dubitat. Unde cõplexio ſic diffinitur eſt aggregatũ mentale ex plurib⁹ cõceptibus vel ex plurib⁹ actibus vel ex actu ⁊ cõceptu ſe habẽtib⁹ adinuicẽ ſicut determinatio ⁊ ſuũ determinabile vel aggregatũ mentale ex coniungenti ⁊ ſuis congrue coniunctis vel aliquod huiuſmodi cõplexo ſubordinatũ. Dicitur habentib⁹ ſe adinuicẽ ſicut determinatio ⁊ ſuũ determinabile: qꝛ ad hoc ꝙ duo conceptus ſimplices faciãt cõplexionẽ requiritur ꝙ mutuo ſe determinent vel coniungantur adinuicẽ mediante aliquo cõiungenti. Et dicitur notanter cõiungenti ⁊ nõ cõiunctione qꝛ coniungens interdum eſt cõiunctio interdũ verbũ interdũ ꝓpoſitio. Et diuiditur cõplexio. Quedã eſt diſtans: quedaꝫ eſt indiſtans. Cõplexio diſtans eſt cui⁹ extrema diſtant per aliqđ cõiungibile ⁊ tale eſt duplex. nã quoddã eſt propoſitionale: aliud nõ propoſitionale hmõi plerũꝗ vocatur indiſtans capiendo indiſtãs vt diſtinguit̃ contra diſtans propoſitionale. Cõplexio indiſtans eſt cui⁹ partes ſe habent ſicut determinatio ⁊ ſuum determinabile ad inuicẽ. Ex iſto ſequitur ꝙ homo aſinus nec eſt diſtans nec indiſtans. Triplex ẽ cõplexio indiſtans. quedaꝫ cõpoſita: ex terminis cõnotatiuis: quedã ex abſolutis quedã ex abſoluto ⁊ cõnotatiuo. Tertiũ membrũ ſubdiuiditur. nã quedã eſt cõplexio ex tranſcẽdente abſoluto ⁊ termino cõnotatiuo. quedam ex termino abſoluto nõ trãſcendenti ¶ Tunc ponunt̃ ꝓpoſitiones Quartũ prima eſt Cõplexio diſtãs impedit rationẽ predicabilis de cõplexione ꝓpoſitionali. patet per Ariſtotelẽ in tertio capitulo primi tractatus predicamẽtoꝝ dicentẽ ſingula igitur eorũ que dicta ſunt ipſa quidem ſm ſe in nulla affirmatione dicuntur. Ad ſecundũ membrum eſt communis vſus. ¶ Secunda propoſitio. prima duo membra complexionis indiſtantis impediunt rationem predicabilis ⁊ non tertium: ⁊ iſtud vltimũ mẽbrum maxime habet veritatẽ quãdo terminus abſolutus eſt tranſcendẽs Prophirius tamen per ly corpus animatum videtur includere non tranſcendens tamẽ poteſt dici ꝙ ponitur loco termini nondum impoſiti: tamen tales termini in damaſco in tyro videntur eſſe ſpecies predicamenti vbi et per conſequens vniuerſalia ſed iſta non probari poſſunt ſed dependent ex vſu. Ex iſto pꝫ quõ oꝫ intelligi ly incomplexum in diffinitione vlis.

Complexionis diffinitio.

Quid requirit̃ ad hoc ꝙ duo cõcept⁹ ſimplices faciãt cõplexionem.

Coniungibile duplex.

Cõplexio indiſtans quid eſt ⁊ quotuplex eſt.

Alia ↄplexionis diuiſio.

¶ Deinde reſpondetur ad rationes. ¶ Ad primã dictũ eſt in notabilibus. Ad ſecundã eſt vſus philoſophorum. Ad tertiaꝫ de ly currit reſpondetur multipliciter. Uno modo negando ꝙ ſit predicabile vel ponatur in predicamento. Et dicitur ꝙ Ariſtoteles quando poſuit verba in ꝓdicamento actionis hoc intellexit ratione participiorum ⁊ non ratione verborum. Aliter dicerent illi q̃ tenent verba adiectiua in mente concederent ꝙ eſt predicabile ⁊ ꝓ

Utrũ currit ſit ꝓdicabile et quõ intellexit ariſtoteles verba poni in ꝓdicamẽti actiõis rõne ſcꝫ participiorũ.

dicatur ſcdm ſe dicendo ſic. ſortes currit. iā idē terminus numero mētaliter eſt predicatū ⁊ copula. Tertio dicit̄ ꝙ eſt predicabile eſto ꝙ ſit cōplexum ⁊ tale nō impedit: qꝛ verbū ſubſtātiuū ⁊ participium ſuū magnā conuenientiam habēt cū tranſcendente ⁊ termino cōnotatiuo: ⁊ ſic eſt predicatū cum addito. vt ſortes eſt ens qd currit. ¶ Ad quartū conceditur aña: tamen ſubiectum ſtat materialiter: modo iſte terminꝰ deꝰ. non eſt propoſitio ſm aliquos. ¶ Ad quintū argumentum reſpondetur in dubio ſequente.

Duplex opinio circa hoc ſcꝫ album ſubordinetur conceptui cōplexo.

¶ Dubitatur ſecundo. An album ſubordinetur conceptui cōplexo. ad iſtud ſunt due opiniones. quarū prīa eſt. albū ſubordinat̄ cōceptui cōplexo: pbatur ſic. qꝛ ſi ſubordinaret̄ cōceptui incōplexo ſeqretur ꝙ ly albū ſecundum eundē conceptū ſupponeret ⁊ cōnotaret: conſequēs eſt falſum: qꝛ tūc ſuppoſitio eēt cōnotatio. ⁊ pbo cōſequentiā: qꝛ hic cōceptus ē ſuppoſitio demonſtrādo cōceptū huius termini albū: ⁊ hic conceptus eſt cōnotatio ergo cōnotatio eſt ſuppoſitio: cōſequētia eſt ſillogiſmus expoſitorius. Et veritates premiſſarū patēt per opinantes. ¶ Secūdo ſi ſic ſeqretur ꝙ ei correſponderet vnus cōceptus repreſētatiuꝰ ſubſtātie ⁊ accītis. conſequens eſt fl̄m. qꝛ ſubſtantie ⁊ accidentis nō eſt idē cōceptus. ¶ Ad primum reſponderent aduerſarij concedendo illatum.

Secunda opinio.

¶ Ad ſecundum dicerent nō eſſe inconueniens eundem terminū cōnotatiuū ſubſtantiā ⁊ accidens ſignificare vt pꝫ de idē. de abſoluto foret eſſet inconueniens. alij dicerent ꝙ ly albū ſubordinatur conceptui incōplexo repñtatiuo confuſe ſubſtantie ⁊ albedinis eius: qꝛ niſi ſic ſeqretur ꝙ nullū haberemus cōceptū cōnotatiuū extrinſece conſequens videt̄ inconueniens: qꝛ tunc nulla haberemus predicamēta mentalia cōnotatiua: qd pbatur: qꝛ cuilꝫ termino cōnotatiuo rñdet duplex cōceptꝰ in mēte p aduerſariū quoꝝ neuter eſt cōnotatiuꝰ: qꝛ ſi aliqs illoꝝ eēt cōnotatiuꝰ ille iterū cōpleret ex cōceptu ſꝫ quē ſupponeret: qꝛ ex conceptu ſm quē notaret. Secundo ſequeret̄ ꝙ albū illa ſignificaret equoce patet: qꝛ ſignificat illa mediantibꝰ diuerſis cōceptibus totalibꝰ nō ſynonimis: igit̄ equiuoce Et iſte rationes ſunt efficaciores rationibꝰ aduerſarioꝝ: ꝰ cōcedo ꝯcluſionē quā ptendunt.

¶ Dubitatur tertio. An ly album adiectiue ſumptū ⁊ ſubſtantiuatū eandē rem ſignificet adeqte. Ad illud cōiter dicit̄. ꝙ nō qꝛ albū ſubſtantiuatū ſubſtantiā albā ⁊ albedinem ſignificat. nec obſtat illud Ari. albū ſolam qualitatē ſignificat qꝛ hoc intelligit̄ de ſignificato formali cōnotato. ſed albū adiectiue ſumptum albedinē ſolū ſignificat: qꝛ ſi ſignificaret albedinē ⁊ ſubſtātiā albā: iā nulla eſſet dr̄ia inter albū ſubſtantiue ⁊ adiectiue tentū qd ē fl̄m Sed iſtud videtur mihi non intelligibile.

Johānes buridanꝰ.

¶ Contra hoc arguitur. Iſta eſt vera. hō eſt albus capiendo ly albꝰ pure adiectiue qꝛ vt dicit Johannes buridanus in prīo capitulo ſuarū ſuppoſitionum adiectiua adiectiue tenta poſſunt per ſe predicari. Dubium ē apud doctores. tenea tur ſic pro nūc. ſuppoſitio eſt rationalis ⁊ quando negaretur poteſt argumentum formari de iſta. ſortes eſt homo albus tunc cū iſta ſit vera. ſortes eſt albus: vel predicatū pro re alba ſupponit. vel pro nulla re alba ſi ſecundum ſequeretur ꝙ nō eſt vera. ſi primū

Adiectiua adiectiue poſſunt p ſe predicari.

ergo ſubſtātiam albam ſignificat ab inferiori ad ſuperius. ſimiliter in iſta. ſortes eſt hō albus ſolum predicatum pro ſubſtantia ſupponit: ergo ſubſtantiā ſignificat. Et ex q̄ ly albus eſt cathegoreuma ſignificatiōe ⁊ in recto ſubſtātiā ſignificat: quia alias iſta concederetur. ſortes eſt homo albedo nec valet dicere vnū eſſe cōcretum: ⁊ alterum abſtractum. quia hoc nō obſtat terminos eſſe ſinonimos vt patet de iſtis homo ⁊ humanitas.

¶ Secundo arguitur ſic ly albus pure adiectiue ſumptū eſt terminꝰ cōnotatiuꝰ: ergo habet duplex ſignificatū ſcilicet materiale ⁊ formale. cōſequentia tenet: quia implicatur in diffinitione termini cōnotatiui. antecedens patet. quia in iſta ſortes eſt albus monachus. ſunt duo termini cōnotatiui a parte pdicati vt cōiter dicitur igitur. propterea dicitur ꝙ ly albū pure adiectiue ſumptū ſubſtantiam ⁊ albedinem ſignificat ⁊ non ſolum albedinem quemadmodū ſi caperetur ſubſtantiue: ⁊ tamē iſtud differentie eſt quia quando capitur ſubſtantiue poteſt reddere ſuppoſitū verbo: quando adiectiue minime: qꝛ de natura ſubſtantiui eſt reddere ſuppoſitū verbo. Deinde.

Jtē dr̄ia differt a ſpecie. q2 dr̄ia predicaẗ de pluribus ſpēbus. ſpēs vō nō. Similiter dr̄ia differt ab accn̄te: q2 accn̄s ſuſcipit magis ꝛ minus. itēſionē ꝛ remiſſionē dr̄ia vō non ſuſcipit magis neq3 minus. Differt aūt ſpēs a gn̄e: q2 gen9 ꝯtiet ſpēs ꝛ nō ꝯtineẗ ab eis. Spēs aūt differt a differētia: q2 ex plib9 differētijs bn̄ ꝯſtituiẗ vna ſpēs vt iſte dr̄ie rōnale mortale ꝯiungūtur ad ꝯſtitutionē huius ſpēi hō: ſpēs vō nō ꝯiūgitur ſpēi vt gignat aliā ſpēm. Quedā em̄ pticularis eq̄ cuidā ptículari aſino ꝑmiſceẗ ad muli gn̄atione: ſ3 nō eq̄ ꝛ aſin9 in cōi. Spēs aūt differt a ꝓprio: q2 ſpēs natura prior ē: ꝓpriū vō poſteri9 eſt ſpecie. Preterea quoꝝ termini id eſt diffinitiōes ſunt differētes ipa ſunt dr̄ia: ſ3 diffinitiōes ſpēi ꝛ ꝓprij ſunt differētes: ergo ſpēs ꝛ ꝓpriū ſunt dr̄ia. Spēs autē differt ab accn̄te: q2 ſpēs ꝑdicaẗ in qd: accidēs vō in q̄le vel qūo ſe h3. Spēs etiā natura ṗor ē accn̄te: oē em̄ accn̄s natura poſterius eſt ſuo ſubiecto. Propriū autē differt ab accn̄te: ꝙ ꝓpriū de vna ſola ſpecie ꝑdicaẗ cui9 ē ꝓpriū: accn̄s vō de plib9 ſpēbus. ꝛ accn̄s primo ineſt indiuiduis: ꝛ ꝑ poſteri9 gn̄ibus ꝛ ſpēbus. nō em̄ homo aut aīal currit niſi q2 ſortes vel plato currit. Propriū aūt primo ꝯuenit ſpeciei: et ꝑ ſpeciē ꝯuenit idiuiduis. Jtē gen9: ſpēs dr̄ia: ꝓpriū eq̄lr pticipanẗ ab oībus de q̄bus ꝑdicanẗ: accn̄s vō nō: ſ3 ſuſcipit intēſionē ꝛ remiſſionē. Jtē gen9: dr̄ia. ſpēs: ꝓpriū: vniuoce ꝑdicanẗ: accn̄s aūt nō ꝑdicatur vniuoce ſed denoīatiue. Predicari autem vniuoce eſt predicari ſm̄ vnum nomen ꝛ rationem vnam ſm̄ illud nomē ſumptum vt homo ſm̄ vnum nomē predicatur de ſorte ꝛ de platone: vt ſortes eſt homo: plato eſt homo: ꝛ ratio eius ſm̄ illud nomē eſt vna: vt aīal rōnale mortale. Et ob hoc ens nō pōt eſſe gen9: q2 l3 ſm̄ vnū nomē prediceẗ de plurib9: nō tn̄ ſm̄ vnam rōnē entis. Rō em̄ entis ſm̄ ꝙ dicitur de ſubſtātia eſt ens per ſe: ſm̄ autē ꝙ diciẗ de alijs nouē ꝑdicamētis eſt ens in alio: ꝛ ſic predicaẗ ſm̄ diuerſas rōnes. ꝛ ſic nō ꝑdicatur vniuoce: ſed potius equiuoce aut multipliciter. Predicari aūt equiuoce eſt predicari vno nomine ꝛ rationibus diuerſis ſm̄ illud nomē ſumptis. vt canis vno noīe ꝑdicatur de cane latrabili. ſydere celeſti et piſce marino. nō autem ſm̄ aliud nomē rō eſt eadē oībus. ſed alia ꝛ alia. Denoīatiua dicuntur quecūq3 ab aliquo ſolo caſu ſunt differentia. ꝛ ſm̄ illud nomen habent appellationē. vt a grāmatica grammaticus. a fortitudine fortis vnde grammaticus ꝛ fortis ꝑdicātur denominatiue. ergo accidens denominatiue dicitur predicari.

Quo inuicem cōueniunt ꝑdicabilia.

Ens non pōt eē genus.

Predicari vniuoce quid eſt.

Que dicūtur denominatiua

Queritur decimo circa quintum predicabile quod eſt de accidente: an diffinitio ſit bene poſita: ꝛ illa q̄ ponuntur in notabilib9 ꝛ arḡ ꝙ non illa diffinitio datur ꝑ oppoſita copulatiue. ergo nō eſt bene poſita. ꝯſequentia tenet: ꝛ añs patet per adeſſe et abeſſe. Si dicatur ꝑ abeſſe vel abeſſe: tunc hic eſſet predicatio accidentis homo eſt riſibilis: cum predicatum poteſt adeſſe vel abeſſe: ergo. Et cōfirmatur quia ſolutione data ſeq̄retur ꝙ anima bouis eēt accidēs. cōſequens eſt falſum de ſe ꝛ patet ꝯſequētia: q2 pōt adeſſe ſubiecto ſcz materie prime et abeſſe preter ſubiecti corruptionē quia materia manet in vtroq3 termino tranſmutationis.

Scd̄o arḡ cōbuſtus eſt accidens reſpectu domus ꝛ tamē nō poteſt adeſſe ꝛ abeſſe domui preter ſubiecti corruptionem q2 quāprimū adeſt ſubiectum deſinit eſſe igitur.

Tertio arḡ hic eſt ꝑdicatum accidētis: britānus eſt homo et tn̄ predicatū nō predicatur tranſmutabiliter qd̄ patet poſtꝙ ꝑdicatum affirmatū eſt nō poteſt vere negari de ſubiecto ſupponente igitur.

Quarto arḡ hic hō eſt mortuus: nō eſt predicatio gn̄is: ſpēi: dr̄ie: nec ꝓprij: ꝛ eſt ꝑdicatio. et tn̄ nō eſt accidētis ergo ſcd̄a diffinitio accidentis eſt nulla. Forte dicis. ꝑdicatio hec eſt diſpata eo ꝙ ꝑdicatū eſt de ſe āpliatiuū: ꝛ nō pōt cōpetere ſubiecto ſine ampliatiōe. Contra. añ dictū eſt ꝙ āpliatiōe intrinſeca non impedit: tunc ſupponamus ꝛ loquamur ꝯſequēter ꝛ naturaliter Forte dicis accidētis. Cōtra predicatum non pōt vniuerſaliter vere negari: q2 ꝑ naturam hec eſt impoſſibilis. nullus hō eſt mortuus: et hec neceſſaria aliquis hō eſt mortuus.

Quīto arḡ. hec ꝑdicatio hoc eſt falſum ſ3 demōſtrato ꝛ nō quattuor prioꝝ ꝑdicabiliū et tn̄ nō eſt quinti predicabilis. ergo diffinitio male ponitur minor pz: q2 predicatū nō pōt adeſſe ſubiecto. i. ꝑe ꝛ affirmatiue predicari: tamen ſemper illa affirmatiua eſt falſa ꝓpter ſuūpſius falſificationē. Et confirmatur hoc idē arguendo de hac omnis propoſitio eſt particularis cum predicatum non poteſt adeſſe ſubiecto: ꝛ tn̄ nō eſt predicatio quattuor primorum predicabilium neq3 iuuat dicere eſt predicatio diſparata: quia tunc tales forent impoſſibiles quod non eſt dicendum: ergo.

¶ Sexto arguitur hic eſt pre dicatio hec. ē p̄dicatio nō q̄nti p̄dicabilis demō ſtrādo propoſitionē: cuius ꝓnomē eſt pars ⁊ tamen nō eſt quattuor primorū predicabiliū neq̄ quinti. igitur. Probatur: nō quinti: q2 detur oppoſitum eſt quinti. tūc ſic vel predicatū cōpetit ſubiecto vel nō ſi ſm nō eſt quinti predicabilis. ſi primum tunc ita eſt ſicut illa ꝓpō ſignificat ſ3 illa ſignificat. ꝙ hec predicatio eſt nō quinti p̄dicabilis: ⁊ ita eſt per te. ergo nō eſt quinti p̄dicabilis. Et ex illo ſequit̄ predicatū non pōt cōpetere ſubiecto: ergo nō eſt quarti predicabilis: ⁊ nō triū primorū vt notū eſt. Forte dicis predicatu3 eſt cōplexum. Contra hoc nihil impedit cū cōmuniter accidens non excludit cōplexionē. Forte dicis predicatum non pōt cōpetere. Contra. tunc capiam hoc totum. hec eſt predicatio non quinti predicabilis manente acceptione terminorum et in mentali vltimata ergo.

¶ Septimo arguit̄. De iſta. hō viuit: an ſit p̄dicatio quinti p̄dicabilis ducat argumētū q2 facile eſt. ¶ In oppoſitū eſt cōis logica. In iſta queſtione ꝓceditur ſicut in aliis.

Accidens dupliciter capitur.

¶ Notandū eſt primo ꝙ ille terminus accidens capit̄ dupliciter. vno mō prime intētionalr̄ ⁊ eſt res q̄ nō pōt ꝑ ſe naturalr̄ exiſtere: nec eē pars reiꝑ ſe naturaliter exiſtētis. Dr̄ naturaliter q2 ſupernaturaliter pōt qd̄ libet accidens mundi ſiue abſolutu3 ſiue reſpectiuū eē ſine ſubiecto vt patet de albedine in ſacramento eucbariſtie que nec eſt in aere nec in aliquo alio ſubiecto nec in ſubiecto quo nec in ſubiecto quod. Dicitur inſuper nec eſſe pars. ꝓpter formā ſubſtantialē ⁊ materiam primā: que poſſunt eſſe per naturam per ſe. Si dicas quid Ariſt. dixiſſet ſi fuiſſet vnū accidens ſeparatū a ſubiecto dicitur ꝙ caſum nō dediſſet vel ipſo dato ſtatim deſineret eſſe in rerū natura: eo ꝙ ſuū eſſe eſt inherentia ad ſubiectū: ſ3 dictum Ariſtotelis hic non recipim⁹ cum oppoſitum eſt nobis certiſſimū. Alio modo capit̄ ille terminus accn̄s ſecunde intētionaliter ⁊ ſignificat terminos accidētaliter de aliis predicabiles tales terminos creãs albus cādidus. Silr̄ adeſſe ⁊ abeſſe capiūtur duob⁹ modis. Uno mō vt ꝯueniūt rebus ad extra ⁊ tn̄ valēt ſicut p̄ns eſſe remotū eſſe. Alio mō ꝯueniūt terminis: ⁊ tūc tn̄ valēt ſicut vere affirmatiue p̄dicari et vere negatiue predicari.

Adeſſe et abeē duobus modis capiūtur.

¶ Tertius terminus eſt p̄ter ſubiecti corruptionem: qui pōt exponi de rebus ⁊ de ſignis. De rebus quidem ſic. preter ſubiecti corruptionē tantum valet ſicut hoc ꝙ ſubiectum deſinat eſſe. de terminis tantū valet ſicut abſq̄ hoc ꝙ ſubiectū deſinat ſupponere. ¶ Quartus terminus accidens ſeparabile capitur prime intētionaliter: ⁊ tantū valet ſicut accn̄s qd̄ facile ⁊ cōiter a ſubiecto pōt ſeparari. Et ſcd̄e intētionalr̄ tn̄ valet ſicut frequēter cōtingit affirmatiuas eſſe veras: ⁊ frequēter negatiuas. vt ſor. eſt calidus. ſor. non eſt calidus. ⁊ accidens inſeparabile etiā capitur iſtis duob⁹ modis p̄me intētionalr̄ tātūva et ſicut difficulter poſſe a ſuo ſubiecto remoueri vt albedo reſpectu oloris ⁊ nigredo reſpectu corui ⁊ ethiopis vel indi. Alio mō capit̄ ſcd̄e intentionaliter: ⁊ tunc tantū valet ſicut difficillime dare negatiuas veras reſpectu talium ſubiectorū vt coruus non eſt niger: olor non eſt albus.

Accn̄s ſecūde intētionaliter duob⁹ modis capit̄. Intellect⁹ prime diffinitionis accn̄tis de rebus.

¶ Notandum eſt ſecundo ꝙ iſte terminus accn̄s ſcd̄e intētionalr̄ capit̄ duobus modis. vno mō cōiter ⁊ ſic oē p̄dicabile qd̄ p̄dicat̄ accn̄talr̄ directe ⁊ trāſmutabilr̄ l ordine ad aliud dr̄ ei accn̄s: ⁊ hoc mō includit ſingularia ⁊ cōplexa. Alio mō capit̄ ꝓprie ⁊ diffinit̄ eodem modo vt ſupra addendo iſtu3 terminū vle ſi capiat̄ vt eſt inferius ad vle. Si capiat̄ vt inferius ad predicabile. loco vlis ponatur p̄dicabile ⁊ ſic accidēs vt modū ſupponendi et predicandi cōnotat eſt ꝓprium reſpectu ſuimet vt modum ſupponendi connotet. ¶ Iſto notato exponitur prima diffinitio accidentis de rebus ſic. Accidēs eſt quod pōt adeſſe ſubiecto: ⁊ abeſſe preter corruptionē ſubiecti capiēdo oēs terminos vt cōueniant rebus. Accidēs eſt res vt albedo color q̄ pōt adeſſe ſubiecto ⁊ abeſſe preter corruptionem ſubiecti hoc eſt p̄ter deſitionem ſubiecti denominandi: ⁊ ſic excluditur forma ſubſtātialis: q2 l3 forma ſubſtantialis poteſt adeſſe et abeſſe ſubiecto preter corruptionē ſubiecti inheſionis: nō tn̄ p̄ter corruptionē ſubiecti denominationis. Adeſt hic nō dicit actū vt p3 de albedine in ſacramēto eucbariſtie: ſed aptitudinē non quidem aptitudinē ad potētiā q2 illa albedo vt experiētia docet addita ſubſtātia nō ei inhereret immo ſi reprobaret̄ eadē ſubſtātia in qua prius erat ⁊ ei addatur vt cōiter opinantur doctores non inheret illi: eſt ſemꝑ tamen apta nata hoc eſt ex natura eius. quēadmodu3 eſt de qualibet alia albedine ſecū euiſdem ſpeciei ſpecialiſſime ſubiecto inherere. Unde aliqd̄ pōt ⁊ eſt aptū natū vt albedo inherēs ſubiecto pōt inherere ⁊ eſt apta inherere. ſimiliter grave et exiſtēs ſurſum remoto ꝓhibente. Aliqd̄ pōt quod nō eſt aptu3 natū vt graue pōt moueri ſurſum et tn̄ non eſt aptū natū ad hoc. ⁊ aliquid eſt aptū natū quod non pōt vt albedo ſepata. ſilr̄ hō q̄ non pōt viuere ꝑ vnum breue tp̄s propter magnā infirmitatē ille eſt aptus natus ridere ⁊ tn̄ nō pōt ⁊ hic non excludo quancūq̄ potētiam: q2 deus rebus ip̄is indidit hanc naturā poteſt hoc ⁊ oppoſitū.

Poſſe et aptū natū eē ⁊ poſſe nec aptum natū eſſe.

Nec te moueat quod eſt aliqd̄ accidēs quo adueniente in ſubiecto ſtatim ſequit̄ corruptio eius quia ꝑ tp̄s vel inſtans pōt ei inherere ſubiecto denolarionis ⁊ inheſionis ſubſtātialiter nō variato. Sed iſtam expoſitionem nō intēdebat porphirius cum loquatur de predicabilib⁹ que ſunt termini.

Aliqd̄ ē accidēs quo adueniente in ſubiecto ſtatī ſequit̄ corruptio eiꝰ

¶ Propterea nota tertio ꝙ diffinitum ⁊ termini capiunt̄ in diffinitione ſcd̄o intētionalr̄ et exponitur diffinitio ſic. Accidēs eſt predicabile quod poteſt vere et affirmatiue p̄dicari de ſubiecto ⁊ vere negatiue preter ſubiecti corruptionem hoc eſt preter hoc ꝙ ſubiectū deſinat ſupponere ⁊ p̄ter ſubiecti corruptionem b3 determinare ⁊ ly adeſſe ⁊ ly abeſſe q2 l3 cōbuſtum qn̄ vere affirmat̄ de papiro vel ligno inferat ſubiecti corruptionē p̄me intētionaliter nō tn̄ ſecunde: q2 ſubiectū adhuc ſupponit: q2 quādo illa eſt vera lignū eſt cōbuſtū lignū adhuc ſupponit quia predicatum ampliat ad preterita ⁊ verū eſt dicere. hoc fuit lignū demōſtrādo lignū cōbuſtū qd̄ nūc nō eſt lignū ſed fuit lignū et ita in aliis dicat̄. Poſtea Por. obiicit de accidēte inſepabili ꝙ hec diffinitio nō videt̄ ei conuenire. Ad quā obiectionē r̄ndet in littera ꝙ coruus poteſt intelligi albus et hoc debet intelligi nō mō intellectu apprehenſiuo ſed adheſiuo vero: nos

Expoſitio diffinitionis accidētis terminus ſecūde intētionaliter captis.

ꝙ actu apprehēdamus vel adhereamus. hoc eſt nō repugnat principijs intrinſecis corui eē dato ꝙ coru⁹ nō ſit niger ⁊ eodē mō de albedine oloris. Immo dicit Albert⁹ magnus. ſi coruoꝝ oua ponerētur in pinguedine catti vel muſtelle ⁊ viuo argēto in loco frigido generarenť corui albi. Etiā experimur ꝙ ethiopes vel indi habitātes in ſeptimo climate ⁊ in octauo ꝙ aliꝗ ſupaddūt magis incipiūt albeſieri: ⁊ ſic nō eſt repugnātia ex pte materie ethiopis neqꝫ forme eiuſdem ꝙ ethiops ſit et nō ſit niger: ꝙ repugnātia nō prouenſat ex pte materie pꝫ. Et videť mihi ꝙ i hoc btūs Auguſtin⁹ ꝗnto de trinitate caplo. iiij. intēdebat ſoluere difficultatē prefatam. dicit enī ſic Nam et ſi quedā dicūtur accidētia inſeparabilia que greci appellāt achoriſta ſicut eſt plume corui color niger emittit eū tñ nō tādiu pluma eſt: ſed qꝛ nō ſemp eſt pluuia. Quapropter ipſa materia mutabilis ⁊ ex eo ꝙ deſinit eſſe illud aīal vel illa pluma totūqꝫ illud corpus in terra mutať ⁊ vertiť amittit vtiqꝫ etiā illū colorem. vbi opꝫ dicere ꝙ illa res que informabať forma plume vł forma corui: poſtea informabať forma terre: et materia ꝗ prius erat nigra poſtea efficitur alba qꝛ nō ſufficit dicere ꝙ niger pōt negari de coruo ꝑ deplumationē: qꝛ tūc ꝓtereť ꝗſtio de pluma nō reputo hec magnā difficultatem Imo magis ego ſic pōdero de colorato reſpectu corporis.

Nota albtus de cornis albis.

De ethiopib⁹ albis

Auguſtin⁹

℄ Notādū eſt tertio ꝙ ꝓpriū nō differt ab accidēte inſepabili eo ꝙ propriū ꝑ nullā potentiam pōt ſeparari de ſubiecto ſupponēte accidēs ꝟo pōt: qꝛ tunc verteref ꝗſtio quid dicendū eſt ſm Ariſtotelē ⁊ porphiriū. ſed dr̄ per hoc differiť ꝙ ꝓpriū per nullā potētiam poteſt negari. accidēs ꝟo pōt ad hūc ſenſum ꝙ non repugnat pncipijs intriſecis ſubiecti eē ſine tali.

Quare ꝓprium differt ab accidēte iſeparabili.

℄ Scdā diffinitio accidētis ē. accñs eſt ꝙ cōtingit ineſſe ⁊ nō ineſſe ita ꝙ ſub alijs ꝟbis dicatur idē qḋ ꝑ primā diffinitionē. nec hoc inconuenit aliqḋ plurib⁹ modis diffiniri vt aīal rōnale ſubſtātia rōnalis reſpectu hoīs. Sed martin⁹ dicit ꝗ ille videaſ cōis modus exponēdi eſt a veritate alienus. ſed dicit ꝙ hec ſcdā eſt declaratiua pme nā in pma diffinitione dictū eſt ꝙ accñs pōt adeſſe ⁊ abeſſe ⁊c. ꝗs poteſt opinari ꝙ de rōne accidentis eſt ꝙ poſtꝗ affirmatū eſt nō pōt negari ſed videre meo iſte rōnes nō cogunt recedere in cōi mō exponendi. Et qñ arguit fuiſſe rome qñ affirmatū eſt nō pōt negari hoc nego: qꝛ ꝗro ab eo ꝗd eſt ibi predicatum ⁊ nō pōt dicere ꝙ fuiſſe rome: ſed hoc totū ens rome ⁊ copula: hoc ꝟbuꝫ fuit: ſed iſtud ꝑdicatū ens rome pōt vere negari ⁊ nō ſeqtur nō poteſt vere negari mediāte copula de pterito: ꝗ nō pōt vere negari: qꝛ poſtꝗ ſortes fuit rome verum erit dicere vel nō repugnat ſortes nō eſt rome. Etiā dico ꝙ ſortes nō fuit rome illa eſt poſſibilis: qꝛ ꝑpoſito impoſſibilis ꝑ accidens in ꝑpoſito nō reputatur impoſſibilis: qꝛ poteſt eſſe vera vbi pōt amplıat ad preterita. Item nō poſſum intelligere quin ad preteritū ſit potentia ſicut ad futura. Et eadem penitus eſt ratio omnibus iſtis dictis ſoluitur argumentū ſortes fuit heri. iſta eſt vera hodie illa ē vera. ſortes nō eſt heri. Cōtra dicis capiam hoc totuꝫ homo qui fuit heri poſtꝗ affirmatur nō poteſt vere negari. igitur. Reſpondeť ꝙ hoc predicatū poſtꝗ affirmatū eſt poteſt negari: ſed hoc predicatū non poteſt negari poſtꝗ affirmatū eſt pꝛo

Scda diffinitio accidentis.

ꝑpoſitionis pars pars. hoc predicatū poteſt negari et capio poteſt in toto ſuo vigore et hoc predicatū eſt hoc predicatū poſtꝗ affirmatum eſt. Ex his colligere neceſſe eſt hoc predicatū poſtꝗ affirmatum eſt poteſt negari. Secūda patet ex appellationibus: ita ꝙ ſummatim ille modus in effectu cōis nihil aliud vult ꝙ ad accidēs ſufficit ſucceſſiua verificatio ꝑdicati ad ſubiectū vel non repugnātia verificationis ſiue ab affirmatione incohoetur ſiue negatione. ſecus eſt in propria: qꝛ nō ſtat negatio ſubiecto ſupponēte.

℄ Notādum eſt quarto ꝙ in hac diffinitione poniť ⁊ melius ꝗ vel. ꝗ Martinus cōtra hoc inſultet: ſed nō eſt opus reſpondere: qꝛ ſua ratio eſt parui ponderis et in tertio notabili ꝟtualiter ſoluta. Accidētia ſunt i multiplici differētia. Nam quedā poſſunt affirmari poſtꝗ negata ſunt ⁊ econuerſo. vt ſcribēs. Quedā ſunt ꝗ poſſunt vere affirmari poſtꝗ negata ſūt ſed nō cōtra. vt homo qui fuit rome. Tertia ſūt que poſſunt vere negari poſtꝗ affirmata ſunt: ſed non contra: vt infans minor decem annis. Quarta ſunt accidētia in quibus licꝫ affirmatio poteſt ſequi negationē: ⁊ negatio affirmationē: nō tamen quālibet negationē poteſt ſequi affirmatio: vt puer adoleſcēs. nam de ſorte de nouo nato verū eſt dicere ꝙ ille nō eſt puer ante ſeptē nīū immo tunc eſt infans et poſtea verū eſt dicere ille eſt puer. Tertio ſortes nō eſt puer: ſed illā negationeꝫ nō poteſt ſequi affirmatio ꝙ ſortes eſt puer. Quinta ſunt accidētia in quib⁹ nō quālibet affirmationē poteſt ſequi negatio: vt ſunt oppoſita ꝑdictorum nō puer. nam pmo de ſorte nato dicitur. ſortes ē non puer. Poſtea quādo ē puer verū eſt dicere ſortes nō eſt nō puer. ⁊ poſtea quādo eſt adoleſcens vel iuuenis verum ē dicere ſortes nō eſt non puer. Sexta ſunt accidentia que licet nō poſſint affirmari poſtꝗ negata ſunt nec econuerſo. poſſunt tamē ſubiecto ſupponente affirmari de ſubiecto vel eorum oppoſita vt moriturum: qꝛ talia predicabilia ſapiunt naturam futuri cōtingentis: nam ſi ſemel verū ſit dicere eſt ſortes moriturus: nunꝗ verū erit dicere ſubiecto ſupponēte ſortes nō eſt moriturus: ⁊ ita de ſuo oppoſito.

Refellit martinū

Eorū ꝗ affirmari et negari poſſunt ſufficientia.

℄ Notandū eſt quinto ꝙ predicari accidentaliter eſt ſuperius ad predicationem accidentis: quia predicari accidētaliter cōuenit et proprio et quinto predicabili: nec predicabile dicit accidens. quia aliquod accidēs ſignificat: quia tunc ſedens non eſſet ꝑdicabile accidentis. Sed dicitur accidens reſpectu alicuius: quia ſignificat aliud quod non eſt illi eſſentiale vt ambulans nō eſt eſſentiale homini. vnde accidentia que important aliquam mutationem ex parte rei pro qua ſupponit non conueniunt deo. vt album nigrum an talia dicitur per communicationē idiomatū miſſa facio: quia altioris ſcientie ſunt. ſed quando accidentia important aliquid accidentaliter ex parte connotati deo conueniunt: vt creans gubernās iuſtus bonus. non quia bonitas vel iuſticia deo inhereat prime intentionaliter: ſed quia predicantur de iſto termino deus denominatiue et hoc ē ineſſe ſecūde intentionaliter: quia deus eſt benefactiuus creaturis eſt bonus: ⁊ qꝛ iuſte erga eas agit iuſtus. dicitur homo eſt iuſtus per habitum ad

Predicari accñtalr ē ſuperius ad ꝑdicatione accidentis.

Accidētia īportātia aliqḋ accidētalr ex pte cōnotati deo cōueniūt.

actus iuſticie inclinantem miſericors eſt non qꝛ pietas vel miſericordia ei inſit realiter: imo citius miſereri eſt ei propriū. ſm̄ illud in collecta. Deus cui proprium eſt miſereri ⁊ parcere ſemꝑ. Unde beatus Auguſtinus ſeptimo de trinitate capitulo quinto. Nefas eſt autem dicere vt ſubſiſtat ⁊ ſubſit deus bonitati ſue. atq; illa bonitas non ſubſtātia ſit vel potius eſſentia neq; ipſe deꝰ ſit bonitas ſua ſed in illo ſit tanq̄ in ſubiecto.

Cōcluſio reſpōſiua. ¶ Iſtis notatis ponitur hec concluſio. Diffinitio accidētis ſic intellecta accidēs eſt quod adeſt ⁊c. eſt predicabile quod accidentaliter ⁊ trāſmutabiliter ⁊ directe predicat̄ de ſuo ſubiecto id eſt quod poteſt affirmari de ſubiecto non per ꝓpoſitionem affirmatiuam veram: ſed per propoſitionem ſignificātem taliter eſſe qualiter eſt dūʒ non ſit aliter annexum vł ꝙ ei nō repugnet negari. non ꝙ predicabile accidēs et ſuū oppoſitū cōueniāt ſubiecto: ſed ꝙ neutri illorū repugnat ſubiecto cōpetere preter eiꝰ corruptionē.

¶ Dubitat̄. poſtq̄ʒ eſt hic ſermo de accidente an accidentia denominent ſua ſubiecta:

Accidētium prima diſtinctio. quero que accidentia denominēt et q̄ non. ¶ Pro dubio nota ꝙ accidentiū. Quedaʒ ſunt nata competere certi determinat e parti ſubiecti. Quedam vero poſſunt multis partibus indifferenter. exemplum primi. vt claudicatio reſpectu tibie. ſimitas reſpectu naſi. criſpitudo reſpectu pilorum. et cecitas vel viſio reſpectu oculorum. non ꝙ huiuſmodi ſunt vera accidētia ad extra: ſed ꝙ interdum huiuſmodi termini ſignificant ſubſtantias qualiter non eſt eis eſſentiale: vt cripitudo nihil aliud eſt q̄ crinis criſpus vł multitudo pilorum. ſed non eſt de eſſentia pilorum ꝙ ſint criſpi. Uiſio tamen accidens ſignificat ſcʒ vnam qualitatem cauſatam a viſibili in oculum. Exemplum ſecundorum accidentium: vt albedo que poteſt oculo inherere denti ⁊ aliīs partibus.

Secunda diſtinctio. ¶ Secunda diſtinctio. Accidentium. Quedā ſunt eſſentialiter talia. vt color albedo. vnde eſſentialiter tale eſt qn̄ non ſtat ipſum eſſe qn̄ ipſum ſit tale vt albedo. Accidentalr̄ tale qn̄ ſtat ipm̄ eſſe ⁊ nō eē tale vt ſciētia viſio. vn̄ ſi illā viſio quam ego habeo de celo poneretur in lapide non eſſet viſio. quēadmodum ſi ſcientia quā habeo de hac ſuper lineam datam ⁊c. poneretur in murum non eſſet ſcientia: vt cōmuniter opinantur doctores. Accidentia diuiſibilia extenſiue ex naturis rerum non poſſunt inherere ſubiecto indiuiſibili: ſed bene econuerſo.

Tertia. ¶ Tertia diſtinctio accidentium corporalium. quedam inſunt parti exteriori. quedam interiori.

Quarta. ¶ Quarta diſtinctio accidentium. quedam vniformiter inſunt ſubiecto quādo accepta equali extenſione. ſubiecti eſt equalis intenſio accidentis. Quedam difformiter: et oppoſito modo diffinitur.

Quinta. ¶ Quinta diſtinctio. Accidentium difformiter inherentium ſubiecto. Quedam vniformiter inſunt: et quedam difformiter. Exemplum primi vt lumen cauſatum a candela a ſperice circa candelam ad octo vel decem pedum pedalitas circa cādelam habet forte octo gradus luminis. Secunda pedalitas ſubiecti proprie habet ſeptem tertia ſex quarta quinq;. et ſic conſequenter difformiter. difformiter quando non ſeruatur talis ordo: vt ſi pma pedalitas vnius corporis eēt calida vt octo ſecūda. vt quattuor. tertia. vt quinq;. et ſic irregulariter. Ex his exemplis facile poteſt colligere diffinitiōes terminorum.

Cōcluſio. ¶ Iſtis notatis pono concluſiones. Prima eſt accidentia primo modo. denominant totuʒ ſubiectum quando inſunt ſue parti. Probatur concluſio. Aliquando denominat et tunc non inſunt niſi ſue parti. igit̄. ꝯña tenet cū maiore. et minor pʒ. qꝛ da eius oppoſitū hoc eſſet contra naturā accidentiū de primo modo ſi inherent alteri parti.

¶ Contra hanc cōcluſionem

Caſus de monſtro. arguitur dato vno monſtro ſicut frequenter cōtingit habente vnum truncum et bina capita ⁊ ſit vna anima informans hoc totum et ſit vnū caput criſpum et alterum lene: ⁊ vnus naſus ſimus et alter aquilus: tunc illo dato talis nō eſt ſimus: et tamen ſimitas preciſe conuenit naſo. igitur. ꝙ non ſit ſimus arguitur ſic quia eadem ratione eſſet aquilus. Dicitur ꝙ talis non eſt ſimus ſed aquilus et ſimus copulatim et non copulatiue. et eodem modo non eſt criſpus ſed criſpus et lenis. Sed de orbato vno oculo ⁊ alterū habēte. dicitur ꝙ ille non eſt cecus nec eſt cecus oculo ſed oculo cecus. vt patet quinto metaphyſice. Sed ſimpliciter vidēs. immo ſi argus eēt ⁊ eſſet omnibus oculis priuatus vno dempto dicat̄ ꝙ eſt videns ⁊ nō eſt cecus. ſed ſi eſſet homo qui mille pedibꝰ incederet ille eſſet claudus ad claudicationē vnius tibie. Iſta patēt partim ex terminis partim ex cōmuni modo loquēdi.

¶ Cōtra hoc arguitur. Bene

ſequitur ſortes habet naſum ſimum: ergo eſt ſimus. patet per me denominatio accidentis potentis competere vni parti totum denominat. Forte negas conſequentiam: ſed oportet addere et non habet accidens oppoſitum per ſubiectum adequatum eius. Sit tibi analogia propoſitio mixte qualitatis. Contra. tunc per abſciſſionem vnius naſi nō ſimus eſſet ſimus. Reſpōdetur concedendo totum argumētum: ſed ſi ad imaginationem que poſſibilis eſt eſſet vnus homo qui haberet tres naſos duos ſimos ⁊ vnum preciſe aquilum poteſt dici ꝙ eſt ſimus ſimpliciter et tria capita haberet duo criſpa alterū lene dicitur ꝙ talis eſſet criſpus. Potes hic dubitare ſi quiſpiam haberet duos naſos: quorum vnus haberet amplius de ſimitate q̄ alter de aquilinitate vel econuerſo: vel ſi eſſet vnus qui haberet naſum ſimum et alium naſum non ſimum neq; aquilū more cōmuni quid eſſet de tali qualiter denominabitur. Potes querere quantum aquilinitatis ſufficit ad denominationem naſi aquilini: ⁊ eodem modo de ſimitate. Et eodem modo potes querere quot pilorū criſpitudo req̄ritur ad eſſe criſpum: ⁊ tunc dentur illi ⁊ auferatur vniꝰ et qualis manebit denominatio de caluicie ſuo modo ſic dicatur. Iſta de naſis cū honeſtate gratiā recreationis ſint dicta.

Alius caſus de naſo extra locū ſolutū. Si naſus poneret̄ in pectore vel in alia corporis parte forte nō eſſet naſus de accidentibus indiuiſibilibus extenſiue: ſi inhereāt vni parti totum compoſitū denominēt. licet requirit̄ certa intenſio illius qualitatis antequā talis qualitas ſm̄ cōem modum loquēdi ſubiectum denominet licet quis habeat ſcientiā huius. omnes anguli coalterni ſunt equales: nō ꝓpterea dicimꝰ vulgariter talē eſſe geometriam; ſed requiritur vna pars con-

cluſionem geometricarum. et hoc eſt de virtu-
te ſermonis. verum ſi geometria capiatur co-
lectiue ſi pro ſimplici actu vel habitu non opor-
tet ſed queris cum ſcientia geometrica ſortis
ſit in eiusꝰ anima et eadem anima eſt in pede
et in naſo vtrum hec geometria ſit in pede
vel in naſo. dicitur ꝙ non oportet. nõ eñ opꝫ ꝙ
ala habeat ſcientiam in pede: ſed bene verũ eſt
ꝙ hec ala in pede habet ſciẽtiã ꝙ patet hoc ha-
bet ſciam demõſtrãdo animã ⁊ hoc eſt ala in pe-
de: ergo. ſed ala habet ſciẽtiã in capite vbi vigẽt
ſenſus. ſed res illa que eſt ſcientia ſi poneretur
in lapide non eſſet ſcientia nec lapis illa quali-
tate dicꝭ ſciens: qꝛ requiriꝭ ꝙ ſubiectũ eiꝰ deno-
minationis ſit vitialiter perceptiuum: et ſic illa

Scđa concluſio.

ſecunda concluſio. ¶ Scđa concluſio. de accidẽ-
tibus corporalibus pluribus partibus inheren-
tibus vt albedine tunc vel ſubiectum habet albe-
dinem ſm oẽs partes exterioresvel ſm aliquas
⁊ hoc dupliciter vel ſm maiorẽ. partem habet al-
bedinẽ et ſm minorem alium colorem. vt verbi
cauſa. eſt vnum corpus tripedale cuius tres pe-
dalitates ſunt a. b. c. a et b ſunt alba et c eſt ni-
grũ vel ecõuerſo. vel eſt equalitas puta ꝙ per to-
tum eſt album et medietas b et totum reſidum
Et iterum ſi aliquod corpus habet maiorem pꝫ-
tem albam hoc eſt dupliciter. Vel illa maior pꝫ
communiter veſtibus occultetur vel aliquo hu-
iuſmodi vel illa pars ſm curſum nature non eſt
natum occultari. vt verbi cauſa. ſigno ſortem cu-
ius facies eſt alba et totum corpus nigruꝫ tunc
hec concluſio plures complectitur partes. Pri-

A maiori ⁊ digniori ſit denolatio.

ma eſt: reſpiciendum eſt ſecunduꝫ denominatio-
nem vulgarem ad partem exteriorem ⁊ non in-
teriorem. probatur. ſi vnus equus cuius cutis
vel pellis ſit alba puta cuius pili ſunt albi. talis
equus dicitur albus: eſto ꝙ ſanguis diffundatur
per totum corpus extrinſece. Similiter olor eſt
albus propter pennas licet caro eius ſit nigra.

Correlariũ primũ

Et Jacobita reputatur niger frater et tamen
pluresveſtes habet albas ꝙ̃ nigras: ⁊ hoc ſolum
propter veſtem ſuperiorem. Oppoſito modo eſt
de fratribus beate virginis de monte carmelo:
et in aliquibus ſufficit aptitudo ad partes ſupe-
riores in aliis hoc non ſufficit. Exemplum pri-
mi carmelita nudus vocatur albus frater. eſto
ꝙ ſit ethiops quia ſufficit ꝙ ſit profeſſionis co-
rum qui ordinatur habere tales veſtes. Exem-
plum ſecundi. bos non dicitur rubeus niſi ha-

Secũdum correlariũ

beat rubeos pilos actu. Ex iſto ſequitur. Duo
ſunt colorati: quorum vnus eſt niger ⁊ alter al-
bus: ⁊ niger habet maiorem albedinem intẽſi-
ue et extenſiue ꝙ̃ albus ⁊ econuerſo. De nigredi-
ne correlariũ eſt claruꝫ ſuppoſito ꝙ vnꝰ habeat
in parte exteriori albedinẽ alter vero in interio-
ri ſolũ. Secũdo ſequitur ꝙ aliquid eſt nigrum ⁊
poſtea ſit albũ ſine aditiõe albedinis imo abſꝫ
hoc ꝙ albedo variet ſuũ ſitum patet capio vnaꝫ
auẽ cũ plumis nigris iam talis eſt nigra habeat
cutẽ albã deplumetur auis ⁊ patet intentum ꝙ
corpus põt eſſe albiſſimũ ſine additione albedi-
nis. ⁊ perditione nigredinis propter ſolũ ſitum
nõ eſt difficultas ſm modum iſtũ vulgariuꝫ. Et
cauſa eſt quia quãdo eſt in parte exteriori eſt in

Quid reqꝛitur phiſice ad rei denolationem.

loco ſufficienti denominare totum. Phiſice ta-
men poteſt bene dici ꝙ hoc non requiritur ſed
illud eſt albiſſimum quod habet intenſioreꝫ al-
bedinem. ſed phiſice nunc non procedo ſed vul-
gariter quantum ſufficit logico pro communibꝰ
ſuis ſophiſmatibus. Ecce vnam concluſionem

Cõcluſio ad hoc pꝫ[illegible]

iſtius membri. Si corpus tripedale habeat ma-
iorem partem albam et minorem nigram: tunc
ipſum corpus eſt album. ſi equaliter non eſt al-
bum nec nigrum copulatiue: ſed copulatim. vt
capto vno ſcuto cuius vna medietas eſt alba ⁊ al-
tera nigra. hoc ſcutum eſt album ⁊ nigrum copu-
latim. De oppoſito habente partes abſconſas ⁊
aliquas patentes: vt homo cuius facies ⁊ manꝰ
cõmuniter patent. ſi ille partes ſint albe ⁊ totũ
reſiduum corporis abſconſum ſit nigrum: tunc
talis iudicatur albus. ⁊ hoc eſt verum denolatio-

Duplex ẽ dnolatio, qdad eã reqꝛritur.

ne intrinſeca. ¶ Unde aduerte ſm cõmuniter
loquentes duplex eſt denolatio. Quedã intrinſe-
ca: ⁊ anteqũ aliquid ſit album denolatiõe intrin-
ſeca oportet habere maiorẽ partem albaꝫ. Sed
ad eſſe albuꝫ denominatione extrinſeca ſufficit
habere maiorẽ partẽ partis patentis albã: vt ſi
maior pars faciei humane ſit alba ⁊ vna parua
pars nigra et totum reſiduũ corporis nigrũ ta-
lis hõ eſt niger denolatione intrinſeca albus de-
nolatione extrinſeca: hoc nihil aliud eſt dictu ni-
ſi in parte q̃ apparet nobis maior pars eſt alba
⁊ pono duos ſortẽ ⁊ platonẽ quorũ vterqꝫ habet
corpus nigrum ⁊ maiores partes facierũ albas
equaliter abſcondaꝭ corpus ſortis veſtibꝰ corpo-
re platonis oſtenſo nigro: quero an idẽ ſit iudi-
cium iſtarũ denominationũ ⁊ dicitur ꝙ ſic.

¶ Arguiꝭ contra illã cõcluſio-
nẽ qua dr ꝙ ſcutũ cuius vna medietas eſt alba ⁊
altera nigra nõ eſt albũ nec nigrũ copulatiue et
hoc ſic maior pars illius ſcuti eſt alba: ergo iſtud
ſcutum eſt album ꝯña tenet ex dictis probatur
antecedens: ſit ſcutum tripedale. Arguitur ſic bi-
pedalitas includens partem albam et ſemipe-
dalem nigram eſt alba vt notum eſt et hec bipe-
dalitas eſt maior pars illiꝰ ſcuti: ergo maior pꝫ
illius ſcuti eſt alba. Et eodem mõ poſſum pro-
bare ꝙ hoc ſcutum ſit nigrum capiendo medie-
tatẽ nigram cum ſemipedalitate alba.

¶ Ad hoc argumẽtũ rñdeꝭ cõ-
cedendo antecedens puta ꝙ maior pars iſtius
ſcuti eſt alba: qꝛ medietas ⁊ amplius vt argumẽ-
tum bene probat. Sed non dico ꝙ pars alba eſt
maior parte nigra eiuſdem ſcuti immo pono ꝓ-
poſitiones. Prima qualibet parte alba ſcuti ac-

Propoſitiones notande.

cepta pars nigra eſt maior patet inductiue iſta
parte alba data demonſtrando medietatem ſcu-
ti pars nigra eſt maior quia b c eſt nigra volo ꝙ
a et medietas b. propinquior a ſit alba et totuꝫ
reſiduum nigrum et hac parte data demonſtrã-
do b c que eſt alba aliqua pars nigra eſt maior
patet b c eſt nigra cum medietate a propinquio-
ri b et conſequenter.

¶ Scđa propõ qualibet pꝫte
nigra data pars alba eſt maior patet. eodeꝫ mo-
do probando.

¶ Tertia propoſitio. In caſu
dato nulla eſt maxima pars alba iſtius ſcuti. pꝫ-
batur nõ medietas qꝛ a b eſt album: nec a b. eſt
maxima pars alba. patet: qꝛ. a ⁊ b ⁊ medietas c eſt al-
bũ: ⁊ ſic conſequenter. Et eodẽ mõ nulla eſt ma-
xima pars nigra ſcuti datꝭ. Utrũ deꝭ minima pꝫ
q̃ nõ eſt alba logico impertinẽs Tũc reſpõdeo ad
formã argumenti cõcedo antecedẽs ⁊ nego ꝯñaꝫ

Intellect⁹ nationis denomi- extrinſece ſupi⁹ aſſi- gnate.

q: qñ dicit q qr. medietas z maior pars alba ſuf ficit ad denominandum totum hoc intelligitur qñ ſm ſe z quodlibet ſui ſm partē exteriorē mo do ſic nō eſt de ſorto dato: q: licet a b. ſit albū me dietas b. eſt nigra. z ſic a. b. pars nō eſt alba ſm ſe z quodlibet ſui.

¶ Cōtra hoc arḡ. Pono q to- ta medietas ſorti ſit alba vt ſupra dēpta vna p- ua pte puta digitali quā ſigno rubeā z volo in p te nigra puta in medietate q̄ pri⁹ erat nigra ſm quodlȝ ſui ſic vna ps alba tridigitalis vel q̄dri- digitalis. tūc ſic arguit. hoc totū ſortū eſt albū: z tamen medietas non eſt alba ſm ſe z quodlibet ſui rurſus quelibet pars illius ſorti eſt alba ergo ſortum eſt album.

¶ Ad primū iſtoꝝ concedo q ſortū in dato caſu eſt album z medietas eſt alba ſm ſe: z quodlibet ſui in forma vel in valore: vo- co in valore qñ pars alba que eſt cū medietate nigra poſita in alia medietate z pte rubea poſi- ta loco partis albe reddit medietatē albā ſm ſe z quodlibet ſui albedine non variata ſm exten- ſionem quia albedo valde intenſa in vna parua parte ſi varietur ſm extenſionē poteſt reddere totam faciem albam.

¶ Ad ſecundū qñ dicitur que libet pars illius ſorti eſt alba: ergo totum ſortū eſt albū forma arguendi nihil valet: ſed antece- dens eſt falſum in ꝓpoſito nego q quelibet ps ſit alba: ſed quelibet pars que imbibit a. b. eſt al ba: z quelibet imbibens b c. eſt nigra. Forte di- cis. quelibet pars eſt alba diſiunctiue vel nigra. Reſpondet q forma arguēdi non habet appa- rētiā ſed nego antecedens: quia iſta pars nō eſt alba vel nigra nec diſiunctim nec diſiūctiue hec pars eſt alba vel nigra demonſtrando b. nec ſe- quitur. hec pars eſt alba z nigra. ergo eſt alba vł nigra quemadmodum totum ſortum eſt albū z nigrū: tamen nō eſt album vel nigrum. Que- ris a me q̄ta pars requiritur vltra medietatē ad hoc quod aliquod totū dicatur album etiam pono ſortum cuius vna medietas eſt alba ſm ſe totā ſincathegorematice gradu vt quattuor: et altera eodem modo nigra z medietati albe ad- ueniant alii quattuor gradus albedinis: nunq̄d totum erit nunc albū quia albius q̄ antea. Re- ſpondetur ad primum ſufficit quantumcunq ꝑ- ua pars vltra medietatē ad hoc q ſit alba cauſa eſt quia accidens denominat: niſi quando impe dimentum eſt ei equale qđ nō cōtingeret ſi me- dietas vnius corporis eſſet alba ſm ſe: z quodli- bet ſui cum aliquo addito.

Quid req̄- ritur vltra ſic colora- tā medie- tatē alicu- ius rei ad hoc q tali- ter ſit co- lorata.

¶ Ad ſecūdum ego ſemper ex cluſi intenſionē a propoſito: ſed ad extenſionē habui oculum potes ibi dicere q in illo caſu to- tum eſt album: et licet preciſe medietas ſit alba ſm ſe et quodlibet ſui q: non eſt equale z impe- dimentum denominationis: patet reſpiciendo ad intenſionē nigredinis in ſuperficie. Queris an rubedo vel viriditas tantum impediat deno minationē albedinis ſicut nigredo q̄ eſt alterū extremum verbi cauſa: ecce vnū ſortum cui⁹ vna medietas eſt alba z altera rubea equaliter dici tur q tantum impedit pone medietatē ſorti da ti albam rareſieri vel alterā cōdenſari z dic con- ſequenter.

¶ Secundo arguitur. Rube- do cauſata ex verecūdia de qua loquit Ariſto. in ꝑdicamentis: vel ex potatione quā pariſii vocāt alemanicā eſt color z nō ſufficit denolare ſubie- ctū: ptȝ p Philoſophū. ſi q̄s fuerit rube⁹ ex vere- cūdia: talis nō cēſet rube⁹ z p eūdem modū loquē- di. Si q̄s formoſus iuuenis corā graui viro eru- beſcat nō obſtāte dicimus: ille eſt pulcher iuue- nis: z hoc nō eſſet niſi p pulchriorē colorē q̄ eſt al bedo quē tūc nō habet in facie. Reſpōdeo dupli- citer. primo ſic talis nō eſt rube⁹. ptȝ p Ariſtote- lē z eūdem modū loquēdi: q: nō hȝ rubedinē ſuffi ciētē denominare ſubiectū: q: añq ſit ſufficiens opȝ q p aliquātulū ſatis magnū tēp⁹ ꝑmaneat quāte magnitudinis debebit illud tempus eſſe ex me non habebis: ſed dicitur q talis eſt adhuc albus: et habet albedinem in parte exteriori in potentia propinqua que ſufficit ad denomi- nandum ipſum.

De rubo- re ex vere- cūdia cau- ſato.

¶ Cōtra hoc arguitur. Poſi- to q illa rubedo cauſata ex vecūdia maneat diu tūc in tertio vel ſecūdo die talis cenſebit rubeus quare ergo magis iudicabit rubeus in fine q̄ in pricipio. Si dicas propter permanentiam.

¶ Cōtra hoc arḡ. Si aqua ca- leſiat in duo tpe vel in inſtāti ſꝫ calida eſto q ite rū ſtati corripat calor ſilr pono illū q̄ duo tpe eſt rubeus ex verecūdia: tunc nō eſt rubeus: poſtea volo q ſit albus per adeo paruū tēpus iterum ni ger z ſic ꝯſr talis nūq̄ erit coloratus: patet p ſo- lutionē datā: licet iſta argumenta videātur pun gere ſolutionē credo tñ nō vniuerſaliter. ¶ Ad p̄- mā partē ſi rubedo diu maneat iudicabit rube⁹ ꝓpter permanentiā rubedinis in parte ſuperfi ciali z nō in principio. nec eſt ſile de aqua: q: opȝ reſpicere ad naturā paſſi z nō p̄ſe ad accidēs. z in q̄b⁹ nō imitare communē modum loquendi. ¶ Ad aliud de cōtinua generatione z corruptio ne accidentiū dicitur q illa poteſt concedi talis non eſt coloratus eo q non eſt permanenter co loratus vel dicitur ſic z melius. qui eſt rubeus ex verecūdia eſt rube⁹ ſimpliciter p tēpore pro quo eſt rubeus. Et ab Ariſtotele. in predicamētis dꝫ q ipſe vult dicere talis non eſt rubeus ſm com- munem denominationē immo albus. id eſt ta- lis regulariter eſt albus et hoc eſt niſi adueniat aliqua cauſa generatiua rubedinis que parum durat vel alterius coloris. Iſtud patet per com- munem modum loquendi dicimus de inconſtā- ti q nunq̄ eſt in vno propoſito coq non perma nenter manet in vno. et tamen notum eſt habȝ multa et varia.

In calidi- tate vł fri- giditate aq̄ reſpiciē- dū eſt ad naturam paſſi.

¶ Tertio arḡ ad idem. Ponat ſortes in mille locis diſcontinuis ſimul et ſemel q̄ caſus eſt poſſibilis in vno loco habeat digitum album: et totum reſiduum nigrum: et ſic digit⁹ milleſima pars in alio loco habeat aliam partē equalem illi preciſe albam et totum reſiduum nigrum: et ſic per omnes partes ſic procedendo tunc ſic arguitur. talis non eſt albus: et tamen medietas et plus q̄ medietas eſt alba. quod pa tet quelibet pars digitalis q̄titatis eſt alba. er- go q̄libet ps eſt alba. immo ſm ſe z q̄dlȝ ei⁹ igit. Forte concedis q ille eſt albus: immo eſt; conſe- quēs ex caſu. ¶ Cōtra. Pariſi⁹ eſt niger ſimplr et non eſt albus pariſius; quia ſolum habet. di-

Caſus de ſorte cōdi nūero in mille lo- cis diſcon tinuis.

gitum album pariſſi: puta indicem vel pollicem ſm quodlibet aſſignare. ¶ Reſpōdetur admiſſo caſu concedendo ꝙ talis non eſt albus: et negatur ꝙ medietas et amplius ſit alba: imo nulla pars pedalis eius ē alba ex caſu immo eſt niger. quod patet. qꝛ vbicūqꝫ eſt: eſt niger. et cauſa eſt. quia albedo nō continuat̃ cū partibus illis. ¶ Cōtra. Dicis pono ſortem in vno loco tātū ⁊ habeat digitū albū ⁊ ei cōtiguetur nigredo piſalis extēſiōis: ⁊ poſtea ſit alia pars digitalis alba ⁊ poſtea ps piſalis nigra. ⁊ ſic cōſequēter tūc talis ē albus: ⁊ tñ albedo nō cōtinuatur. igit̃.

Quid req̄rit̃ ad eſſe album.

¶ Reſpondet̃ ꝙ hoc argumētum nō vadit ad rem: quia ad eſſe album nō requirit̃ talis cōtiguatio ſicut argumentū imaginatur ſed ſufficit cōtinuatio vel contiguatio ſufficiens ad denoīationem ſm aliquā certā partē in aliquo loco vel imaginario. Nec iterum valet hec ꝯña. pollex eſt cōtinuus indici. et albedo ineſt vtriqꝫ illorū: vel ſaltem vtriqꝫ illoꝝ ineſt albedo. ergo ille due albedines cōtinuāt̃. poteſt etiā defenſari ꝙ tale corpus eſt albū. ¶ De accidētibus difformibus reducitur ad vniformitatem. et eodē modo dicat̃. vt ꝓbi cauſa. ecce corp⁹ quadrupedale cuius prima pedalitas ē alba. ſecūda nigra. poſtea quinta pars vnius pedis tertie pedalitatis eſt alba: ⁊ vltime due octaue partes vltime pedalitatis ſcꝫ quarte ſunt albe reducant̃ ſimul ⁊ videat̃ quāta pars totius eſt alba. Si libeat cuipiam ſpeculatione intētionis deſcēdere capiat illā regulam calculatoriā cōmunē omnis latitudo vniformiter difformis rñdet ſuo gradui medio ꝓbi cauſa. iſtud corpus ē quattuor pedū eſt calidum vniformiter difformiter ī gradu extremo intenſiori incipiens ab octo ⁊ in remiſſiori terminatur in nō gradu caloris oportet videre quis ē gradus medius: ⁊ notū eſt ꝙ q̄ttuor totū eſt calidū: vt quattuor eodē modo de albedine et alijs accidentibus dicatur: ſi ſit difformiter difformis in calore reducat̃ ad vniformitatē difformiter ⁊ dicatur ꝓportionabiliter. ⁊ tūc iterum oportet videre an cum albedine quattuor graduū ſint nigredines remiſſe cōpoſſibiles vel nō quod logicus debet ſupponere ex phīa. ⁊ dicere ſi dicatur ſic dicēdū eſt ſic vel ſic. Si dicatur ꝙ ſe cōpatiētur in gradib⁹ remiſſis ⁊ tota latitudo terminat̃ in octo more cōmuniori tunc habens quattuor gradus albedinis ꝑ totū eſt album: qꝛ ſunt tot nigredinis gradus: ſed req̄ritur albedo ſupra quattuor: ſed eodē modo dicat̃ ibi ſicut de ſcito. Si dicatur ꝙ repugnāt in quibuſcūqꝫ gradibus poſſumus dicere ꝙ ſi vnum corpus haberet q̄ttuor gradus albedinis vniformiter ꝙ ipm eſt album: qꝛ nullus gradus oppoſitus impedit denoīationem. imo idem eſſet ſi haberet vnum gradum albedinis: ⁊ ſic ſequitur huic corpori ineſt albedo. ergo aliq̄d eſt albuꝫ: qꝛ ſi inſtares maxime eēt de dente ethiopis: ſed hoc nō: qꝛ licꝫ nō ſequit̃. dēti ethiopis ineſt albedo. ergo ethiops eſt albus. tñ ſequitur. dens vel aliqua ps eius eſt alba que ſūcedit ad aliquid eſſe albū.

Regl̃a calculatoria cōis.

¶ Reſpondetur ad argumenta ante oppoſitum. Hec diffinitio datur ꝑ oppoſita copulatiue ⁊c. verum eſt ſed nō per repugnātiam q̄d intereſt inter terminos dixi in oppoſitionibus. Cōfirmatio ſoluta eſt in ſcd̄o notabili. ¶ Ad ſcd̄m de talibus cōbuſtum ſolutio pꝫ in principio tertij notabilis. ¶ Ad tertium de hac hritānus eſt homo dr̄ ꝙ nullius predicabilis ꝑdicatio eſt: quia nō eſt ordinata: ſed capiat̃ hec: homo eſt britānus. dr̄ ꝙ illa eſt ꝑdicatio quinti ꝑdicabilis: qꝛ nō eſt repugnātia de quocūqꝫ homine ꝙ ſit ⁊ nō ſit britānus. ¶ Ad quartum de iſta. homo eſt mortuus. Reſpōdet̃ ꝯſequēter ad hoc quod argumētum adducit ꝙ ampliatio intrinſeca nō impedit. ⁊ ſm Ariſtotelem poteſt ſatis bene dici ꝙ eſt ꝑdicatio ꝓprij. qꝛ iſtud predicatū mortuū cōpetit ſubiecto particulariter ſupponēti ⁊ nō poteſt vere negari vlr: ſed ſm fidem dicit̃ ꝙ eſt ꝑdicatio quinti ꝑdicabilis cū predicatū pōt affirmari de ſubiecto ⁊ negari de eodem. ¶ Ad quintū nolo inſiſtere. ¶ Ad ſextum argumentū de iſta hec eſt predicatio nō quinti predicabilis vel ſaltē hoc totū hec ꝑdicatio eſt nō q̄rti vel quinti ꝑdicabilis dr̄ ꝙ nullius predicabilis ē ꝑdicatio ꝓpter repugnātiam. ¶ Ad ſeptimū de iſta. hō viuit reſpōſum eſt in notabilibus:

Vtrū tm̄ q̄nqꝫ ſūt ꝑdicabilia.

¶ Queritur vndecimo de veritate hui⁹ tantū quinqꝫ ſunt predicabilia. ¶ Pro ſolutione q̄ſtionis nota ex quo in titulo queſtionis ponitur dictio excluſiua titulus poteſt exponi more aliarū excluſiuarū. et poteſt eſſe excluſiua: vel propoſitio de excluſo ſubiecto: ⁊ hoc rōne dictiōis tm̄. ⁊ qꝛ in dicta excluſiua ponit̃ terminus numeralis diſtincte numeruꝫ ſignificās: vt q̄nqꝫ ipſa poteſt exponi gratia alietatis et gratia pluralitatis: ⁊ iſtos ſenſus pōt habere de ꝓprietate ſermonis. Si capiat̃ ī ſenſu excluſo equalet ſue ꝑiacēti eo ꝙ q̄lꝫ excluſiua capta ī ſenſu excluſo equalet ſue piacēti Et lꝫ iſtud dictū nō reſtrictum nō eſt verum vt pꝫ ex exponibilibus: qꝛ impertinēs eſt nūc loqui de talibus vtar ea tanq̄ vera: ⁊ ita in multis alijs. ¶ Ex dictis ſequūtur tales vere tm̄ tria ſunt ꝑdicabilia: tātū quattuor ſunt predicabilia: tātum mille ſunt ꝑdicabilia. patꝫ per earū preiacētes. Si capit̃ in ſenſu excluſo gratia alietatis valet hanc: quinqꝫ ſunt predicabilia: ⁊ nulla nō q̄nqꝫ ſunt ꝑdicabilia. ⁊ equalet ſue vniuerſali in terminis trāſpoſitis oīa ꝑdicabilia ſunt quinqꝫ. Si exponatur gratia pluralitatis: ⁊ excluſiue exponitur ſic. Quinqꝫ ſunt predicabilia ⁊ nō plura q̄ quinqꝫ ſunt ꝑdicabilia ⁊ equiualet ꝓpoſitioni indefinite de ſigno collectiuo: de terminis tranſpoſitis: ⁊ hos ſenſus ꝑfatos habet titulus queſtionis de rigore logices. Alius ē ſenſus in quo fit hoc eſt dictu. Aliuseſt ſenſus in quo autores vtūtur hoc titulo: ⁊ eſt iſte tantum quiqꝫ ſunt termini oīa ꝑdicabilia ſignificātes ſtādo ꝓmo in hac diuiſione ꝑdicari de pluribus differētibus ſpecie in eo quod quid: et dando ei ſuum ꝑdicabile ſcꝫ genus de pluribus differentibus numero in eo qd̄ quid de pluribus differētibus in eo quod quale de ſuo ſubiecto intrāſmutabiliter ⁊ de ſuo ſubiecto trāſmutabiliter itaꝙ iſtis q̄nqꝫ diuiſionib⁹ reſpōdēt appropriate q̄nqꝫ termini. ſ. genus: differētia: propriū: et accidēs. et ille eſt ſenſus in quo autores queſtione vtunt̃ data. Et hoc eſt verū quinqꝫ ſunt predicabilia: ita ꝙ non plura nec pauciora. adequata ſupple ſtādo in diuiſione data in qua ſteterūt maiores noſtri ſignātes ne generetur in nobis confuſio numeri predicabiliū. ſi queratur quid mouebat ad hoc maiores reſpōdere poſſunt ꝑ illud ſtoratiatum. Sic volo ſic iubeo ſit pro rōne volūtas. et hoc rationabiliter quēadmodū de impoſiti‑

Propōes vere ī vno ſenſu falſe in alio.

[redacted]

Refellit ponentes ſex ꝑdicabilia.

dis terminis. Ex iſto ptꝫ ꝙ aliqui inaniter ponunt numerū ſex predicabilium innitētes huic rationi ꝑdicari de pluribus differentibus ſpecie in eo qᵭ quid ⁊ de plurib' differētibus nūero in eo qᵭ quid faciūt duo ꝑdicabilia. ergo predicari de pluribus differentib' ſpecie in eo qᵭ quale: et de plurib' differentibus numero in eo qᵭ quale debebūt facere alia duo ꝑdicabilia: quia non eſt querenda ratio: vel ſaltem ſi querat nulla dabit niſi volūtas maiorū: an habuerint aliquas congruentias ꝑ eis: vel ne dz ꝙ ſic. Si tu ponas ſex pari rōne ponā preciſe quattuor. ſic arguēdo nō eſt maior ratio ꝙ ꝑdicari de plurib' differētibus ſpecie in eo quod qd. et de plurib' differētib' numero in eo qᵭ quid cōſtituunt duo predicabilia ꝙ̄ ꝑdicari de pluribus differētib' ſpecie in eo qᵭ quale: ⁊ de plurib' differētibus numero in eo qᵭ quale. ſed ſcḋa duo nō faciunt duo ꝑdicabilia: ſꝫ preciſe vnū. ergo duo prima nō faciūt duo predicabilia: ſed preciſe vnū. ⁊ vocabo illud a. ⁊ habebit genus et ſpeciē ſub ſe: quēadmodū differētia habet differētiam genericam et ſpecificā ſub ſe. Nec diſcrimen video innitēdo rōni. et ſic ad oīa hec argumēta oportet ſolū reſpōdere ꝑ vnū verbū ſunt tm̄ duo predicabilia que reſpōdēt in qd et in quale notū eſt ex dictis ꝙ ibi nō ſiſtit diuiſio: et arguēdo ꝙ ſunt ſex ꝑpter rationē ante dictam dicitur ꝙ diuiſio nō procedit vſqꝫ ad illud diuiſio inqꝫ penes quam maximus numer' ꝑdicabilium capitur. ¶ Deinde.


Pari rōe ꝑſit poni quattuor ꝑdicabilia ꝙ̄ ſex.

Propōes queſtiōis reſpōſiue.

¶ Reſpondetur ad queſtionē

per ꝑpoſitiones. Prima eſt vera queſtio in ſenſu excluſo. ptꝫ ꝑ veritatē eius preiacētis. ¶ Scḋa cōcluſio. falſa eſt queſtio in ſenſu excluſiuo ſi ponatur grā alietatis patet ꝑ vniuerſalē in terminis trāſpoſitis illa eſt nota falſa omnia predicabilia ſunt quinqꝫ. licet ibi poteſt eē ſophiſma: qꝛ duo ꝑdicabilia ſunt quinqꝫ res ⁊ octo predicabilia ſunt quinqꝫ: vel per tranſcēdens vel ꝑ aggregationē: ſed vniuerſalis debet eſſe hec oīa ꝑdicabilia ſunt qnqꝫ predicabilia. ¶ Tertia concluſio. falſa eſt queſtio exponēdo gratia pluralitatꝭ patet ꝑ indefinitā in terminis tranſpoſitis capto ſigno collectiue: oīa ꝑdicabilia ſunt qnqꝫ predicabilia vt patet in principio qōnis: mūc ſunt predicabilia. et iſte cōcluſiones ponūtur de virtute ſermōis. ¶ Quarta cōcluſio. vera ē queſtio in ſenſu quo cōceditur ꝗ explicatur ꝑ hoc totū. tm̄ quinqꝫ ſunt termini ſtādo ī diuiſione data ſic ꝙ nō ſunt plures ꝙ̄ qnqꝫ dati nō ſic intelligendo ꝙ non ſunt plura ꝑdicabilia ꝙ̄ illi qnqꝫ termini: ſed ſic ꝙ nullū eſt predicabile quin contineatur ſub vno iſtorum vel eſt vnum iſtorū. hoc eſt predicabile etiam eſt ſpecies album eſt predicabile. etiam eſt accidēs. ⁊ ſic de alijs. Et ad oīa alia argumenta decem ſunt predicamenta ergo decē ſunt predicabilia: ergo non tantum quinqꝫ ſunt predicabilia: cōcede vtrāqꝫ conſequentiam cū vtroqꝫ cōſequēte capiēdo vltimum cōſequens de virtute ſermonis capiēdo in ſenſu in quo auctores concedūt illam. cōſequētia vltima eſt nulla. ⁊ ad impugnādam hāc ꝑpoſitionem oportet impugnare in illo ſenſu: quia de illo ſenſu cōtenditur cōmuniter in ꝑdicabilibus ſicut bonus ſocrates dixit vni impugna me ad intētionē meā et bene argumentaris. ¶ Ad illud argumētum hec ſunt predicabilia demonſtrādo genus ⁊ ſpeciem: et hec ſunt tm̄ duo. ergo tātū duo ſunt predicabilia. Cōcedo totum argumētum: quia ꝯſequens capitur in ſenſu excluſo quēadmodū minor. alias eſſet fallacia equiuocationis: et argueretur a nō diſtributo ad diſtributū. et de hoc argumento tātum duo ſunt predicabilia exponendo eam gratia pluralitatis: capias predicabilia a parte ſubiecti ꝑpter argumentū quod cōmuniter fit de ſecunda exponēte non plura ꝙ̄ duo ſunt predicabilia capiēdo eius cōtradictoriā plura ꝙ̄ duo ſunt predicabilia: vbi ly duo diſtribuit ab hoc cōplexo plura ꝙ̄ et ſenſus eſt. quibuſcūqꝫ duobus datis plura entia ſunt ꝑdicabilia quod patet falſum: cū quodlibet cōtinuum ſit infinita multitudo: ⁊ per conſequēs quodlibet predicabile ſiue mentale nō ſit cōtinuū ſaltem ſm extenſionem eſt infinita multitudo.

¶ Et hec de predicabilibus Magiſtri Johannis maioris dicta ſufficiant.


Genus generaliſſimum vniuerſale.
Predicatio.
Directa
Predicatio.
Directa.
Eſſentialis.
Corporea
Incorporea
Eſſentialis.
Subſtantia. Superius.
Animata.
dr̃ia
dr̃ia
Inanimata
Animatum
Inaīatum.
Corpus & Sub. Inferius.
Senſibile
dr̃ia
dr̃ia
Inſenſibile.
Rationale.
Irrōnale.
Anima & Su. Inferius.
Mortale.
dr̃ia
dr̃ia.
Immortale.
Equus.
Aſinus.
Species. Sp̃aliſſima. Homo.
Plato
dr̃ia
dr̃ia
Brunellus
Sortes.
Priamus
Individuum Johannes.
Baudinus
Dr̃ia.
Dr̃ia
Benedictus
Eſſentialis.
Eſſentialis.
Tēdēdo ſurſum ab inferiori ad ſupius. predicatio indirecta.
Predicatio accidentalis aſinus niger.
Predicatio accidentalis homo albus.

¶ Magiſtri iohānis maioris hadingtonenſis liber predicamentorum feliciter Incipit.

Prima diuiſio libri ꝑdicamētorum.

In hoc libello Intē/tio eſt methodū aperiri in cathegoricas ariſtotelis. Hic liber prima ſui partitione tripharia ſcinditur. In antepredicamenta: ꝑdicamenta ꝛ poſtpredicamenta.

Extollit librū ꝑdicamētorum ad ea q̄ fidei ſunt diuiſionis membra reducent.

¶ Circa iſtam tertiā figuram poteſt queri ordo modoꝝ. de darapti ꝛ felapton non eſt difficultas cū ſint modi vniuerſales. Sꝫ queſtio eſt quomodo diſamis precedit datiſi cū tedioſior ſit reductio ad darij ꝓpter tranſpoſitionem premiſſaꝝ. ſed iſtud nō eſt magni pōderis. Propterea queritur qd eſt dare terminos ī quibus omni ꝛ in quibus nulli.

Q̄ones.

¶ Reſpondetur ꝙ dare terminos in qbus oī ꝛ in quibꝰ nulli nihil aliud ē ꝙ dare vnā vniuerſalē affirmatiuā vel vnā vniuerſalem negatiuā cōpoſitā ex maiori ꝛ minori extremitatibus ꝗ ſtat in veritate cū premiſſis. Et hac arte Ariſtoteles primo priorū ſeparat cōbinationes vtiles ab inutilibus vt verbi cā. Queritur verū ex puris particularibꝰ aliqd ſequitur ſyllogiſtice. ſi dicatur ꝙ ſic capiant particulares petendo a rñdente an cōcludendū eſt affirmatiue vel negatiue. Si dicatur affirmatiue camꝰ ad terminos in qbus nulli. ſi dicat negatiue: eūdum ē ad terminos in qbꝰ oī: vt ſi ſequat alal ē hō ꝛ riſibile ē alal. ergo riſibile ē hō per aduerſarium mutemꝰ ꝑmiſſas dicamꝰ in minore: aſinꝰ ē alal: tūc ꝑ aduerſariū ſeqtur cōcluſio affirmatiue: ꝛ aña ē verū. ergo ꝛ ↄ̄ñs ꝛ ibi dant termini in qbus nulli ꝛ ꝑ ↄ̄ñs duo cōtradictoria vera eodem mō arguēdo ex puris negatiuis vel ex puris affirmatiuis in ſcda figura. ꝛ in qualꝫ ↄbinatione inutili ad dādos terminos in qbus nulli facile ē capere terminos diſparatos. Sꝫ ꝑ terminis in qbꝰ oī capiant termini cōuertibiles vl̄ inferiꝰ cū ſuo ſuperiori ꝛ faciamꝰ ſedeci cōbinatiōes in ſcda figura ꝛ ſedeciꝫ in tertia quēadmodū in pꝛia factū ē ꝛ ꝑ terminos in qbꝰ oī ꝛ in qbꝰ nulli cōbinationē vtilē ab inutili ſecabimꝰ. Sꝫ qñ dicimꝰ terminos in qbꝰ oī nō opꝫ capere vl̄em ꝓprie dictā: vt pꝫ cū terminis ſingularibꝰ cū qbꝰ interdū ē inutilis cōbinatio ſꝫ vocemꝰ vl̄es qñ ꝑdicatū accipit de ſubiecto cū ſigno vl̄i vt oē ens qđ ē ſortes ē hō quēadmodū de reductione contingit. Illud argumentū ē in baroco ois hō eſt alal. ſortes nō ē alal: ergo ſortes ē hō. ergo ſtre duci ī barbara nō ꝗ habeamꝰ ꝑpōnes vl̄es abſolute ſꝫ ad ſenſum datū ſic reducēdo. ois hō eſt alal. omne ens quod eſt ſortes eſt homo: ergo omne ens quod eſt ſortes eſt animal.

Quid dare terminos in qbꝰ omni ꝛ in qbꝰ nulli.

Ariſtoteles.

¶ Contra litterā arguitur ſic hic arguit ex puris ꝑticularibꝰ. alal ē ſortes albū ē ſortes. ergo albū eſt alal. ꝛ tñ nō eſt poſſibile dare terminos in qbꝰ nulli. Silr̄ hic ois hō oē currens eſt albū eſt currens. ergo albū eſt hō ꝛ ita in nullis aliis. ¶ Rñdet ꝙ ibi nō arguitur cum particularitate mediū ꝛ cōcedit ꝙ ibi nō eſt poſſibile dare terminos in quibꝰ nulli quēadmodū in nulla bona ↄ̄ña ꝗ ſyllogiſtice ↄcludit cōcluſionem affirmatiuā: ꝛ eodē modo ſi cōcludat negatiuam nō ē poſſibile dare terminos ī qbꝰ nulli.

¶ Secundo arguitur ſequeretur ꝙ bocardo ꝛ baroco nō eſſent ↄ̄ñe formales ↄ̄ñs ē falſum. ergo dicta nulla ↄ̄ña pꝫ: qꝛ in eis reperiunt termini in qbꝰ oī ꝛ in qbꝰ nulli ꝙ reperiant termī qbꝰ nulli nō ē qſtio ꝙ reperiātur termini in quibꝰ oī ꝓbat. et capio iſtos terminos. a hō nō ē alal. ꝛ ois hō ē riſibilis cū quibus ſtat hec. oē riſibile ē alal. Eodē mō in baroco. ois hō eſt alal. a riſibile nō ē alal cuꝫ qbꝰ ſtat oē riſibile ē hō. Forte dicis non dant termini in qbus oī ꝛ in qbus nulli ex eiſdē terminis. qđ requirit alr̄ incaſſum reducerēt ad cōtradictionē hoc nihil vꝫ: qꝛ nō eēt poſſibile ſic vnꝙ dare terminos in qbꝰ oī ꝛ in qbus nulli ꝛ de cōtradictione pꝫ ex dictis. Tunc ad formā argumenti. Rñdetur concedendo ꝙ in bocardo ꝛ in baroco dātur termini in qbꝰ nulli: ꝛ negat ꝙ dant termini in qbus oī. qꝛ ad bene dandū terminos in qbus oī opꝫ cōtradictoriū ꝑpōnis inferibilis. opꝫ ergo dare hanc. oē riſibile ē h alal: oē riſibile ē hō mō quelibet copulatiua cōpoſita ex duabus premiſſis ꝛ vna iſtarum eſt impoſſibilis.

¶ Tertio arguitur iſte premiſſe ſunt diſpoſite in darij. ois hō poſſibiliter currit ꝛ albū eſt hō cū qbꝰ ſtat vna vl̄is affirmatiua cōpoſita ex extremitatibꝰ illaꝝ ꝑmiſſarū. ergo in darij dant termini in qbus nulli. Aſſumptū pꝫ de hac oē albū poſſibilr̄ nō currit. ꝗ ſtat cū illis premiſſis: ꝙ dentur termini in quibꝰ omni nō eſt dubium. ¶ Reſpondetur ꝙ male dātur termini in quibus nulli vt patet ex ſolutiōe argumenti precedentis oportet capere impoſſibilr̄.

¶ Quarto arguitur ad idem cū iſtis duabꝰ. ois ↄcluſio ē falſa: ↄcluſio de darij ē cōcluſio ſtat hec nulla cōcluſio de darij ē falſa: pꝫ ex dictis circa darij: qꝛ ↄ̄ñs illarū ī darij erat ſlīn ꝛ ꝑmiſſe vere. ꝛ potes rñdere ↄ̄ñter dupliciter. Tū pꝛio negādo ꝙ ille ꝑmiſſe ſint in darij. qꝛ oēs ꝑmiſſe de darij īferūt cōcluſionē in darij. nec ſunt eiuſdē forme cū ꝑmiſſis de darij ꝛ cā ꝑfingi ↄ̄ñter. Scdo dr̄ ꝙ dare terminos in qbus nulli ī darij contingit dupliciter. Uno mō dare vnā vl̄em negatiuā ꝗ cōſtituit vnā copulatiuaꝫ verā cū ꝑmiſſis. ꝛ hoc nō ē ↄ̄ueniēs. Alio mō ꝙ ita ē ſicut ſignificat ꝑ cōtradictoriū ↄ̄ñtis inferibilis ꝛ ꝑ ꝑmiſſas. ꝛ hoc ē dare terminos in quibus nulli quod non contingit in propoſito.

Aduerte.

¶ Quinto arguitur cū premiſſis de cameſtres vt ſtat vl̄is affirmatiua ergo cameſtres dant

in cameſtres dant̄ termini in quib' ol. ↄſequētia eſt nota. ꝓbatur añ°. q: cū illis duabus in qualibet bibliotheca eſt liber nullus ſummuliſta eſt liber ſtat quēʒ ſummuliſta eſt in bibliotheca. ergo ſibi dātur termini in q̄bus nulli nullus ſummuliſta eſt in bibliotheca: quia illa eſt cōcluſio de cameſtres. ¶ R̄ñdet̄ negādo ꝙ dent̄ termini ī q̄bus ol in cameſtres nō dʒ inferri illa negatiua nullus ſummuliſta eſt in bibliotheca ibi arguit̄ a nō diſtributo ad diſtributū reſpectu hui' termini ens: ꝛ ex illo male dātur termini in q̄bus omni videat̄ cōcluſio inſcribilis cauēdo ne arguat̄ a nō diſtributo ad diſtributū: ꝛ tūc nō poſſum' dare terminos in q̄b' ol hoc eſt nō poſſumus dare contradictoriū illius concluſionis inſcribilis.

Dubium.

¶ Ulteri' dubitat̄ an ſint plures modi ꝙ iſti de quib' locuti ſumus. Dicit̄ ꝙ ſic primo de ſyllogiſmis expoſitorijs de q̄b' ſtatim dicet̄. Scd̄o de ſyllogiſmis hypotheticis poſſum' dare octo modos cōditionaliū. In prima figura quattuor affirmatiui ꝛ quattuor negatiui: vt ſi ſortes currit hō currit ſi hō currit aīal currit. ergo ſi ſortes currit aīal currit arguendo a primo ad vltimum. Hic ſunt tres cōditionales quarū media eſt maior propō. ꝛ antecedēs illius cōditionalis eſt mediū ↄñs eſt maior extremitas et añs prime propōnis minor extremitas: hoc pʒ tráſponēdo p̄miſſas ſic. ſi hō currit aīal currit. ſi ſortes currit hō currit, ergo ſi ſortes currit aīal currit. Scd̄o poſſum' argumētari dādo ↄñs ſcd̄e ꝓpōnis negatiuū vl' maioris quā pro eodē capio: añs affirmatiuū tertio ecōuerſo faciēdo antecedens negatiuū ꝛ conſequens affirmatiuum Quarto faciendo ꝛ antecedēs ꝛ cōſequens negatiua. ꝓportionaliter contingit quadruplr argumentari negatiue etiā in ſillogiſmis cathegoricis capiendo concluſiones formales q̄ mediate ſequuntur plures reperientur modi vt barbara barbari celarent celaro ceſare directe et indirecte concludendo. ꝛ eodem modo de cameſtres ceſaros cameſtres darapti diſamis ꝛ daptiſi directe ꝛ indirecte ex puris affirmatiuis in ſecunda figura diſtribuendo mediū etiam in quarta figura ſi libeat eā ponere: ſed hoc ibi ſeruandū eſt ꝙ inferantur concluſiones ſole ſcd̄m habitudinem reductionis ad primaʒ figuram: ſed iſta ſunt preter modum philoſophicum propterea hic non eſt immorandū. poſſumus difficultare

Dubitatō

ſicut ante tactū eſt de propoſitionib' mixte quātitatis ꝛ dicere ꝙ hic eſt argumentū in darij ſortes currit et plato diſputat. ſortes eſt ſortes vel ſortes currit ꝛ ſortes currit. ergo ſortes currit dicendo ꝙ tota copulatiua eſt vniuerſalis ꝛ quelibet cathegorica ei' indefinita ſuo more: ſed hoc ſolum eſt multiplicare verba.

¶ Sequitur de ſillogiſmo expoſitorio.

Subdubitatio.

¶ Ultimo dubitatur vtruʒ in qualibet figura vʒ ſillogiſmus expoſitorius:

Sillogiſmi expoſitorū diffinitio.

¶ Notandum eſt tertio ꝙ ſillogiſmus expoſitorius eſt ſillogiſmus tenens virtute termini ſingularis et ſic fundatur. quecunq̄ conueniunt vni tertio conueniunt inter ſe ꝛ hoc pro affirmatiua non realiter exponendo quecunq̄ conueniunt: vel ſunt eadem vni tertio non oportet ꝙ ſint eadem inter ſe due medietates continui ſunt idem vni tertio ſcilicet toti compoſitorū tamen non ſunt eedeʒ inter ſe ſed ſic logice. ſi duo predicata conueniant vni termino ſingulari hoc eſt predicentur vel ſubiciant̄ vel vtrinq̄ illi duo termini enūciātur inter ſe proportionabiliter de ſillogiſmo expoſitorio negatiuo dicatur quecunq̄ remouentur ꝛc. ad ſillogiſmū expoſitoriū req̄rit̄ ꝙ mediū teneat̄ ſingulariter ꝛ vniuoce q̄re nō ſeq̄t̄ ſortes eſt termin' ſingularis ens ē ſortes. ḡ ens eſt terius ſingularis. nec ſequit̄ iſte hō ē ſedēs iſte hō ē ſtās demōſtrādo diuerſos. ḡ ſtās ē ſedēs ¶ Scd̄a ↄditio ꝙ mediū ſit totale extremū in vna p̄miſſarū ¶ Tertia q̄ cōiter ponit̄ ē ꝙ in affirmatiuis equaleat vni de omni ꝛ in negatiuis vni de nullo.

Documentum.

Sillogiſmi expoſitorū conditiones.

¶ Iſtis notatis r̄ñdet̄ ad dubiū ꝑ ꝓpōnes. Quarū prīa ē. null' ſillogiſm' expoſitori' vʒ in qualʒ figura. ꝓbat̄ ꝓpō. nu l' ſillogiſm' ē in qualʒ figura ꝛ hic ſecludim' ſillogiſmos ex terminis ſynonimis ḡ. Scd̄a ꝓpō in qualʒ figura vʒ ſillogiſm' expoſitori' affirmatiu'. ꝓbat̄ inducēdo ſub iſto termino figura. Sʒ iſte due ꝓpōnes inferūt has null' ſillogiſm' expoſitori' in q̄lʒ figura vʒ. in q̄lʒ figura vʒ ſillogiſm' expoſitori' q̄ nō ↄdicūt pʒ intelligēti. Tertia ꝓpō ſillogiſm' expoſitori' negatiu' nihil vʒ in ſcd̄a figura ↄcludēdo terminos vt iacēt ſiue maior ſit negatiua ꝛ minor affirmatiua. vel ecōuerſo ꝓbat̄ in talib' ar̄ a nō diſtributo ad diſtributū exēplū nō ſequit̄ aīal nō ē ſortes. ꝛ hō eſt ſortes. ḡ hō nō eſt aīal. nec ſeqtur aīal eſt ſortes. plato nō eſt ſortes ergo plato nō eſt aīal ſʒ cauēdo ne arguat̄ a nō diſtributo ad diſtributum. ↄñā bene valet inferendo ſortes aīal nō eſt Quarta propō. minore negatiua nō ſequitur in prima ꝛ tertia figuris. in prīa ſortes eſt animal plato non eſt ſortes ergo plato non eſt aīal. In tertia ſortes eſt animal ſortes nō eſt equus ergo equus nō eſt aīal. intelligatur hoc ſicut propō p̄cedēs. Quinta ꝓpō maiore negatiua et minore affirmatiua vʒ ſillogiſmus expoſitori' negatiu' in prima ꝛ in tertia figuris. Sed ad hū arguēdū q̄ñ ponitur termini āpliatiui in maiore capiamus ꝓpōnē in forma ꝛ in minori āpliatiōe ſub diſiunctiōe cōcludēdo ſm̄ naturā ampliationis.

Ad enodanda dubia propōnes

¶ Cōtra iſtud ar̄. nō ſeq̄t ī hac camera ē ſortes ī hac camera ē plato. ergo plato ē ſortes. ꝛ tñ ar̄ expoſitorie ī tertia figura igit̄ ꝙ nō ſequat̄ manifeſtū ē. Forte dicis ſicut dicendum eſt ꝙ mediū dʒ eē totale extremū in minori ꝛ tunc oportet dicere hec camera ē plato ꝛ tūc ſicut concluſio eſt falſa ita ꝛ minor.

¶ Cōtra hoc ar̄. tūc bū ſeqtur in hac camera eſt ſortes ꝛ hec camera ē vna domus. ergo vna dom' ē ſortes qd̄ ē fl̄m. ¶ R̄ñdetur negādo vltimā ↄñam opʒ cōcludere obliquitatem in cōcluſione quā habes in maiori inferēdo in vna domo eſt ſortes. Eodem modo hic dicat̄ in hoc inſtāti ē aſin': ī hoc inſtāti ē hō: ergo hō ē aſin'. ꝛ in hoc inſtāti ē hō: ꝛ hoc inſtans eſt preſens. ergo inſtans preſens eſt homo.

¶ Scd̄o ar̄. nō ſeqtur hic de' ē vbiq̄: hic de' ē aliq̄s hō. ergo aliq̄s hō ē vbiq̄ ꝛ tñ ar̄ expoſitorie in tertia figura igit̄. ꝛ eodē mō in prīa arguat̄ hic de' ē vbiq̄: aliq̄s hō ē hic de' ergo aliq̄s hō eſt vbiq̄. ꝛ in ſcd̄a figura vbiq̄ ē hic deus. aliquis hō eſt hic de'. ergo aliquis hō eſt vbiq̄. Argumentū expoſitoriuʒ in vna figura poteſt diſponi per omnes. propterea ſufficit vnū impugnare pro omnibus. ꝙ argumentū princi-

pale non valeat patet antecedens eſt catholicū hic deus eſt vbiq̧ nō ſolū poteſtatiue ſed per reale pñſentiā. minor eſt nota de deo filio. ¶ Rñdet̃ ꝯcedēdo ſillogiſmū ꝓpoſitū ſi maior extremitas teneat̃ vniformiter maior propō eſt hic deus eſt vbiq̧ cuius predicatum eſt vbiq̧ ens. tunc cōcluſio eſt vera. aliq̄s homo eſt vbiq̧ ⁊ ſenſus eſt. aliquis homo eſt vbiq̧ ens ⁊ hoc eſt veruꝫ: q: vbiq̧ deus. ergo vbiq̧ ens. nec hic arguitur cū diſtributione ſuperioris ens ⁊ deus ſtat confuſe tm̄. Et eodē mō conceditur aliquis homo eſt in burſa mea: ſed ille homo non eſt hō in burſa mea nec hꝫ pedes in burſa mea: nec caput in burſa mea. vbi in hoc argumento eſt error in altera lectura in impreſſione habetur nec caret pedib' in burſa que propō repugnat proceſſui littere.

¶ Tertio ar̃. Non ſeqtur hoc ens preceſſit ſuā matrē: ⁊ hoc eſt vel fuit aliq̄s hō ergo aliquis hō ꝑceſſit ſuā matrē ⁊ tm̄ ar̃ expoſitorie. igit̃ ꝙ non ſequat̃ ptꝫ maior eſt vera demōſtrando dei filiū: q: anteq̧ abrahā fieret iſte fuit minor eſt nota: cōcluſio videt̃ eſſe falſa. ¶ Rñdetur negādo ꝙ cōcluſio eſt falſa ſed nullus homo fuit hō añ ſuā matrē quēadmodū nullus hō eſt vbiq̧ hō q: deus nō eſt hō niſi vbi habet humanitatē aſſumptā: ⁊ q: deus non aſſumpſit humanitatē ante ſuā matrē. Ex iſto ptꝫ has eſſe concedēdas. adā fuit primus hō aliq̄s hō creauit adā aliq̄s hō ꝑceſſit adā filius meus eſt in templo demonſtrādo filiū beate virginis qñ ipſa erat extra templū filius beate virginis erat cum ea qñ ipſa dolens querebat eum.

Corrolarium.

¶ Quarto arguit̃. Nō ſeqtur ſortes eſt pariſiꝫ ſortes eſt ſortes albus: ergo ſortes albus eſt pariſiꝫ. ⁊ tm̄ ar̃ expoſitorie. igit̃ maior ptꝫ poſito ꝙ ſortes ponat̃ in duob' locis. rome ⁊ pariſius: ſit albus rome ⁊ niger pariſi' tūc añs eſt verū et conſequens falſum. ¶ Rñdet̃ negādo ꝙ nō ſequitur ⁊ nego ꝙ conſequēs ſit falſum in caſu immo verum. ſed iſta eſt falſa ſortes eſt albus pariſiꝫ. Quia illa duo dicit. Unum eſt ꝙ ſortes ſit pariſiꝫ ⁊ ꝙ denominatio albi ꝑueniat pariſiꝫ ꝙ eſt falſum ⁊ ſic concedo hāc copulatiuā ſortes albus eſt pariſiꝫ ⁊ nulla albedo eſt pariſiꝫ: q: ponendo cum caſu argumenti ꝙ nulla albedo ſit pariſiꝫ hꝫ tota copulatiua. eodē mō hec eſt concedenda. ſortes niger eſt rome. ſed ſortes nō eſt niger rome. Et eodē modo potes ꝓbare. hoc corpus xp̄i in ſacramento eucbariſtie eſt in decuplo longi' hac hoſtia ſic arguendo hoc corp' xp̄i in celo eſt in decuplo longius hac hoſtia hoc corpus chriſti in celo eſt hoc corpus in eucbariſtia. igitur. ⁊ per eandem formaꝫ probare potes hoc corpus xp̄i in pixide eſt extenſum ex qua inferre neſcis hoc corpus xp̄i eſt extenſuꝫ in pixide ⁊ ita de aliis ſimilibus dicatur.

¶ Quinto arguit̃. Nō ſequit̃ hec res eſt maior q̄ ante erat hec res eſt diſtantia ſortis ad platonem. ergo diſtantia ſortis ad platonē eſt maior q̄ ante erat tamen arguitur expoſitorie. igitur: maior patet. ponendo ꝙ diſtantia ſortis ad platonē ſit medium per quod diſtant ⁊ cum hoc ꝙ augmentetur medium continue per condenſationem mediū ſic. ſ. ꝙ plato ſemper magis approximetur ſorti inſequendo condenſationem mediū. Si diſtantia ſortis ad platonem ponatur eſſe ſortes in idem redit vo lo ꝙ ſortes cōtinue augmētet̃ ſemper appropinquādo platoni iā añs eſt verū. Rñdetur ꝙ ſi predicatū concluſionis ſit maior extremitas in forma: cōſequentia eſt bona ⁊ concluſio concedēda quēadmodum premiſſe ſenſus eſt diſtantia ſortis ad platonē eſt maior res q̄ añ erat qḋ eſt verum ſed ſi adiectiuum maior habeat diſtantia ꝑ ſubſtantiuo tunc nego conſequentiā. añs eſt verum ⁊ conſequens falſum. nec expoſitorie arguitur. vñ ibi ponuntur propōnes. Prima eſt diſtātia ſortis ad platonē eſt minor diſtantia q̄ ante erat. Secunda diſtantia ſortis ad platonem nō eſt maior res q̄ añ erat nec prima propō infert cōtradictoriū ſecūde q: licet ſequat̃ eſt diſtantia ergo eſt res non tamen ſequitur eſt minor diſtātia ergo eſt minor res.

Hec ꝓpoſitiones.

¶ Sexto arguitur. non ſequitur. hec eſt aliud q̄ aſinum te genuiſſe et hoc eſt impoſſibile. ergo impoſſibile eſt aliud q̄ aſinum te genuiſſe ⁊ tamen arguitur expoſitorie igitur maior patet quia demonſtrando iſtaꝫ homo eſt aſinus. antecedens eſt verum ⁊ ꝯñs falſum maior patet q: hoc eſt ⁊ hoc nō eſt aſinum te genuiſſe. ergo hoc eſt aliud q̄ aſinū te genuiſſe. Rñdet̃ ſi termini capiantur vniformiter conſequentia eſt bona. ⁊ ad maiorem diſtinguo eam: vel aſinū te genuiſſe capitur ſignificatiue: ⁊ tūc tm̄ valet ſicut aſinus qui te genuit ⁊ tūc iſta eſt falſa demōſtrato hoc homo eſt aſinus; q: ſic exponit̃ hoc eſt ⁊ aſinum te genuiſſe eſt modo ſcḋa exponens eſt falſa per te demonſtrando ſortē ſi demonſtretur brunellus. tunc eſt vera. Si te genuiſſe capiatur materialiter pro illa propōne aſinus te genuit tunc conceditur maior ⁊ minor ⁊ concluſio ſenſus eſt. aliquod impoſſibile eſt aliud ab illa pōne aſinus te genuit. Sed ſi concluſio capiat̃ modaliter ita ꝙ ſit ſenſus talis ꝓpō eſt impoſſibilis aliud q̄ aſinus te genuit. tunc non ſequit̃ ex illis premiſſis.

¶ Septimo ar̃. nō ſequit̃ hoc aggregatum non erit cras per ly hoc demōſtrādo manum ſortis ⁊ totum reſiduum ⁊ hoc aggregatum eſt vel erit ſortes: ergo ſortes nō erit cras ⁊ tamen arguitur expoſitorie. igitur. maior patet q: hodie abſciſa manu antecedens erit verū et conſequens falſum. q: pono ſortē victurum ꝑ vnum annum. Et confirmatur. nō ſequitur hoc erit pars ſortis demonſtrando vnum paruum. ſortē in iuuentute. et hoc eſt vel erit ſortes ergo ſortes erit pars ſortis vniuoce capiendo ſortem in vtroq̧ extremo. ⁊ tm̄ ibi ar̃ expoſitorie igit̃ maior ptꝫ q: añs eſt verū ⁊ ꝯñs falſum.

¶ Pro materia argumenti ſuppono tres modos idenditatis. Et philoſophia dicitur ꝙ tribus modis proportionabiliter terminus dicitur eſſe ſingularis. Primo modo quando ſignificat preciſe vnam rē primo modo idēritatis. Scḋo modo minus proprie quando ſignificat vnam rē ſcḋo modo idēritatis. Tertio modo quando ſignificat preciſe vnam rem. tertio modo identitatis. exemplum primi michael ſcḋi ⁊ tertiȷ ſortes ⁊ ſecana. Oportet capere plura tot modis ſicut idē. Etiam vniuoce capit̃ trib9 modis ſm̄ tres acceptiones termini ſingularis ⁊ equiuoce tot modis oppoſitis.

Trifariam terminū eſſe ſingularem contingit.

¶ Iſtis notatis dicitur ꝙ nō

quilibet terminus ſingularis ſufficit ad eē mediū in ſillogiſmo expoſitorio. rō eſt qꝛ ſillogiſmꝰ expoſitorius tȝ eo ꝙ ſi aliq̄ p̄dicata cōueniūt vni tertio inter ſe cōuenire debēt. mō notū ē ꝙ vnū p̄dicatū v̄ificat̄ de termino ſingulari large ſumpto ꝛ etiā ſuū ꝯdictoriū. ergo talis terminus ſingularis nō ſufficit ad radicē ſillogiſmi expoſitorij: nec ad oppoſitionē. Et ſic r̄ndeo ad formā argumēti qn̄ arguebat̄ h̄ aggregatū non erit cras ꝛc. cōcedo maiorē ꝛ minorē et ꝯcluſionē. Si ſortes in concluſione capiat̄ eodē mō ſicut in minori. Forte dicis. ſortes erit cras eſt vera: ꝛ ꝑ ꝯñs duo ꝯdictoria vera. ¶ R̄ndet̄ ſi ſortes capiat̄ vniuoce p̄mo mō vniuocatiōis affirmatiua eſt falſa et ille nō ꝯdicit: qꝛ q̄libet equiuocatio ſiue primo mō ſiue ſcd̄o mō tollit oppoſitionē. Ad ꝯfirmationē q̄ dicis hoc erit ps ſortis. q̄ro vel ſor. capit̄ pro illo qd̄ demōſtrat̄ ꝑ ꝓnomē hoc p̄ñſe: tūc nego maiorē vl̄ capis ſortes ꝑ ſorte futuro ad tres annos ꝛ tūc ꝯcedit̄ maior ꝛ ad minorē hoc ē vel erit ps ſortis ſi ſor. capiatur ꝑ ſorte qui nūc eſt. verū eſt ſi ꝑ alio negat̄ et qn̄ ꝯcludis ſortes erit ps ſortis: diſtinguitur vel ſortes ſemꝑ capit̄ vniuoce ſic nego: vel ſortes in recto ꝑ ſorte qui nūc eſt et obliquo pro ſorte futuro ſuppoſito ꝙ iſte ſortes ſit pars illius: et nulla reſolutio in ſorte ſit: cōcedo ꝙ ſortes erit pars ſortis.

¶ Cōtra hoc ar̄. De ineſſe illius de futuro eſt impoſſibilis. ergo ꝛ illa de futuro nota eſt ꝯſequētia: ꝛ ꝓbatur antecedēs. Iſta eſt ſua de ineſſe ſortes eſt pars ſortis. Et confirmatur qꝛ tūc ſecana eſſet terminus cōis: qꝛ p̄dicatur de pluribus ſucceſſiue: et nō al's doctiſſimꝰ affirmatiue exponendo eſt terminus cōis: ſed h̄ eſt contra cōem logicam: igitur.

¶ Ad primū r̄ndet̄ ꝙ illa non eſt eius de ineſſe ſortes eſt ps ſortis. ſed hec hoc eſt pars ſortis: ꝑ ly hoc demōſtrādo illud ꝑ quo verificatur ꝓpō de futuro. Si dicas ſubiectū eſt terminus abſolutꝰ. ergo ſubiectuȝ dȝ remanere in eius de ineſſe. ¶ R̄ndeo ꝙ ꝯſequētia eſt nulla: vt dicet̄ in appellationibꝰ: ens poſſibilr̄ nō eſt ens eſt vera ſimplr̄: ꝛ hō poſſibilr̄ nō eſt aīal ſm̄ Ariſto. ꝛ tamē ens nō eſt ens eſt impoſſibilr̄ ſimpliciter ꝛ hō nō eſt aīal ſm̄ Ariſt. Sed nō contēdamus de nōie concedo hāc poſſibileȝ. ſortes eſt pars ſortis capiendo terminos pro illo pro quo verificatur ꝓpō de futuro. Ad aliud nego ꝙ ſecana ſit terminꝰ cōis. et quādo arguis ſupponit pro pluribus ſucceſſiue diſtinguo vel vt pluribus opponitur ad tres modos idētitatis. ꝛ ſic nego. ſecus eſt de doctiſſimus. vel ꝙ ſupponat pro pluribus capiendo pluribus oppoſito mō ad duos primos modos idētitatis: ꝛ ſic concedo. ergo ſecana eſt terminus cōis. nego ꝯſequētiā quia ad terminū cōmunē opȝ ꝙ ei repugnet ſignificare plura vt plura opponitur ad tres modos idētitatis. ꝛ vſus artiſtarū ꝛ cōmunis modus loquēdi ad hoc ſufficit. dicimus eandem vrbem eē pariſium que erat in tempore Karoli magni: ꝛ ſuper hoc fundat̄ terminus ſingularis cuius fundamentū nō ſufficit ad ſillogiſmū expoſitoriū.

¶ Cōtra hoc arguit̄. Iſte ſunt due ſingulares oppoſite qualitatis. ſortes erit cras: ſortes non erit cras in caſu precedēti cum omnibus conditionibus ad contradictorias. ergo contradicunt: nego aſſumptum: termini capiunt̄ equiuoce vt eq̄uoce diſtinguit̄ ꝯ modus primū vniuocationis. Sed queris q̄ñ opponantur ſic captis terminis dr̄ ꝙ ſubcontrarie. ſecus eſt de iſtis duabus ſortes diſputat ſortes non diſputat capiendo ſubiecta ꝙ duobus diuerſis vt diuerſis diſtinguat̄ a tribus modis idētitatis ꝛ lȝ hanc materiā poſuerim in exponibilibus. hic repeto quia non fuit plena ſoluta.

¶ Contra hoc arguit̄. ſm̄ iſtū modum ꝓcedendi concludit̄ vnū pure hereticū. ergo male ponitur añs pȝ ſic arguendo hoc aggregatū: nō reſurget in extremo iudicio. hoc aggregatū eſt vel erit ſortes. ergo ſortes non reſurget in extremo iudicio maior eſt vera demōſtrādo per ꝓnomē partem materie que non reſurget in hoc cōpoſito qd̄ eſt verum. qꝛ ſi quelibet pars materie quam hoc aggregatum habeb. ꝛ reſurgat in hoc cōpoſito hoc cōpoſitū reſurget in mira magnitudine. minor eſt vera.

¶ R̄ndetur ꝙ ꝯñа eſt bona et concluſio concedenda de virtute ſermonis. ſ. ꝙ ſortes non reſurget in extremo iudicio nec hoc eſt hereticum dūmodo concedatur ſortes reſurget in extremo iudicio capiēdo ſortem vniuoce. ſcd̄o mō vniuocationis: qd̄ cōcedimꝰ: ꝛ eodeȝ mō conceditur ꝙ auferens digitū vnius hominis puta platonis hoīem occidit ꝛ plato deſinit eſſe: ſȝ populus concedēs tales. plato viuit ſtat in ſecūdo modo vniuocationis plura hic abſona de virtute ſermonis poſſunt inferri que ſunt vera ſentiendo vt pauci: ſed loquendo vt plures exponūtur ad ſenſum vulgarū. Sentiendū vt pauci loquendū vt plures.

¶ Octauo arguitur. non ſeqꝛtur. Iſte homo vel aſinꝰ eſt aſinus et iſte homo vel aſinus eſt homo: ergo homo eſt aſinus et ſic arguitur expoſitorie: igitur maior patet. qꝛ antecedens eſt verum ꝛ conſequens falſum.

¶ Reſpōdet̄ qꝛ hoc argumentū eſt frequenter tactū ſub paucis ſi totū diſiunctū ſingulariȝet̄ in vtraq̄ ꝑ vno ſuppoſito. ꝯñа eſt bona ꝛ vna p̄miſſarum eſt falſa ſicut ꝛ ꝯñs ſi iſte demōſtrat diuerſa ſuppoſita eſt fallacia equiuocatiōis. Si ſingulariȝet̄ iſte terminus hō mediū in nulla eſt extremū etiā nō hn̄ cōcluditur.

¶ Nono ar̄. nō ſeq̄tur iſte hō hn̄s equū. nō eq̄tat illuȝ. ꝛ iſte homo hn̄s equū eſt aliquis hō habens equū. ꝗ aliq̄s hō habens equū nō equitat illum. poſito ꝙ q̄libet hō habeat duos equos: quoꝝ vnū equitat. alterū vero non. añs eſt verū et conſequens falſum. Forte negas maiorē ſicut neganda eſt ꝓpterea ꝓbat̄ maior ſic. iſte hō hn̄s hunc equū non eq̄tat illū demoſtrando equū q̄ſcentē ꝛ iſte hō habēs hūc equum eſt iſte homo habens equum ergo iſte homo habens equū non equitat illum. ¶ Reſpondetur ꝙ male concluditur relatiuuȝ illum aliter refert in ꝯñte. aliter in añte. in maiori diſcrete refert equum in concluſiōe communiter. Forte dicis: ille premiſſe ſunt nate inferre aliquā ꝯcluſionē ꝛ querit̄ quā. R̄ndet̄. inferūt hāc iſte hō habens equuȝ nō equitat illū iſtū equū demonſtrādo equū pro quo verificatur maior.

¶ Decimo ar̄. non ſequit̄ hec ꝓpō eſt falſa. ꝛ hec propoſitio eſt hec propoſitio in ſenſu quo eſt vera: ergo hec ꝓpoſitio in ſenſu

quo eſt vera eſt falſa. et tamen arguitur expoſitorie: igitur maior patet: q2 tenẽdo propoſitionem plures propoſitionẽ vnã ſicut dictũ eſt in primo tractatu. añs eſt verum ⁊ conſequẽs falſum. Hic multi negãt conſequentiam ⁊ dicunt ꝙ male concluditur. ſed oportet inferre hec ꝑpoſitio in ſenſu in quo eſt vera eſt aliquod qḋ eſt falſum. ſed hoc nihil valet primo aliquid ponit̃ in ↄcluſione qḋ nec ꝑm ſe nec ꝑm ei⁹ ſynonimum ponebatur in ꝑmiſſis. Forte dicitur ꝙ illud quod infertur equiualet propoſitioni compoſite ex extremitatibus premiſſarum. Ex illo ſequitur ꝙ ſuperuacanee ponit̃. propterea conceditur concluſio que inferebatur. i. hec propoſitio in ſenſu in quo eſt vera eſt falſa ſed nõ eſt falſa in ſenſu in quo eſt vera de talibus hic binarius eſt perpetuus hic binarius eſt ſortes cõcludatur. ſortes eſt perpetuus binarius et non ſortes eſt perpetuus. Siĺr hic. hec ſunt ꝓdicabilia. hec ſunt tm̃ duo demonſtrando genus et ſpeciem recte concluditur tm̃ duo ſunt predicabilia capiendo concluſionem in ſenſu exclũo. q2 ſic capiebatur in minori.

Corrolarium.

❡ Undecimo arguit̃ nõ ſequitur hoc pot̃ eſſe currẽs: ⁊ hoc nõ eſt currẽs. ergo nõ currens pot̃ eſſe currẽs. ⁊ tñ arguit̃ expoſitorie. igitur maior pꝫ: q2 ſi nõ infinitet currens ꝑ omni illo pro quo ſupponit ſuppoſitionẽ aggregati ↄhibẽdo. añs eſt verũ ⁊ ↄſequẽs falſum.

❡ Reſpõdet̃ ꝙ nõ ſequit̃: quia arguitur a nõ amplo ad amplũ cũ diſtributione ampli. Ex illis ꝑmiſſis opꝫ ↄcludere ꝙ nõ ẽ currens. pot̃ eſſe currẽs ſi velis illũ ↄcludere in ſenſu ꝓpoſito accipe has ꝑmiſſas hoc pot̃ eſſe currens: ⁊ hoc non eſt currẽs qḋ eſt vel qḋ fuit vł qḋ erit vel qḋ pot̃ eſſe. vbi negatio infinitans cadit in totũ diſiũctũ ⁊ codẽ mõ hic dicat̃: hoc erit verũ demõſtrãdo ꝓpoñẽ falſam ⁊ ↄtingentẽ: ⁊ hoc eſt aliud a vero. ergo aliud a vero erit verum.

❡ Duodecimo arguit̃ nõ ſequit̃ hic binarius fuit rome. ⁊ hic binarius ẽ vel fuit hoc ligni. ergo hoc ligni fuit rome: ⁊ tñ arguit̃ expoſitorie. igit̃ maior pꝫ poſito ꝙ due medietates huius ligni fuiſſent rome ⁊ nõ vnite: ⁊ nunc ſint vnite pariſiꝫ. añs eſt verũ ⁊ ↄñs falſum. falſitas ↄñtis pꝫ: q2 nunꝗ verũ erat dicere. hoc lignũ eſt rome. Et codẽ mõ dicat̃ de hoc ſillogiſmo. hic binari⁹ fuit rome. hic binari⁹ eſt vel fuit ſortes: ǵ ſor. fuit rome q2 poſito ꝙ materia ⁊ forma ſepate fuerit rome ⁊ nunꝗ vnite: ⁊ nũc ſint vnite pariſiꝫ. añs eſt verũ et ↄñs falſum vt pꝫ ꝑ eius de ineſſe nunꝗ verũ erat dicere, ſortes eſt rome. ❡ Reſpõdet̃ ↄcedẽdo ↄñas ꝓpoſitas ⁊ nego ꝙ leis añtia ſint vera ↄſequẽtib⁹ falſis maior ſ. hic binari⁹ fuit rome eſt falſa ꝑdicatũ eſt ens rome. ſꝫ quẽadmodũ ↄcluſio ẽ falſa ita ⁊ maior codẽ mõ negat̃ maior ſecũda ſillogiſmi.

❡ Contra hoc arguit̃ ſaltem hec maior eſt vera. hic binarius fuit binari⁹ rome cui addatur ⁊ iſte binarius eſt vel fuit ſortes ↄcludẽdo. ergo ſortes fuit binarius rome. antecedẽs eſt verũ ⁊ ↄſequẽs falſum. falſitas conſequẽtis pꝫ ꝑ eius de ineſſe nunꝗ verũ erat dicere. ſortes ẽ binari⁹ rome. Hic reſpõdetur ↄcedẽdo ↄſequẽtiã antecedẽs ⁊ ↄſequẽs et qñ iꝑbat ꝑ falſitatẽ ei⁹ de ineſſe dꝫ ꝙ male datur ei⁹ de ineſſe ops videre verificat̃ ↄcluſio que eſt de ꝑterito ⁊ ꝑm hoc dare eius de ineſſe ⁊ nõ verificat̃ rõne ſortis ſꝫ rõe partiũ ei⁹. dicat̃ ergo hec de ineſſe. iſte binari⁹ eſt binarius rome Forte arguis cõtra maiorẽ ↄceſſam: q2 bñ ſequitur. ſortes fuit binarius Rome. ergo ſortes fuit rome virtualiter a ꝑpõne de eſt tertio adiacente ad propõnẽ de eſt ſcḋo: nego illam ↄñam: nec arguitur ꝑ regulam aſſumptam cauſa datur in exponibilib⁹.

❡ Decimotertio arguitur nõ ſeqtur. Iſte hõ eſt mortuus demõſtrando Adã ⁊ iſte hõ fuit oĩs homo: ergo oĩs hõ fuit mortuus ⁊ tamẽ ar̃ expoſitorie: igit̃ maior pꝫ ſicut dicetur in paruis logicalibus ꝑm vnũ modũ. minor eſt vera: ⁊ per ↄñs totale añs ꝓbẽte exñte falſo. Et cõfirmat̃. Nõ ſequit̃. ſortes eſt hõ: ⁊ ſortes eſt nõ oĩs hõ: ergo nõ oĩs hõ ẽ hõ: ⁊ tñ ar̃ expoſitorie. igit̃ ꝙ nõ ſequat̃ pꝫ: ↄtradictoriũ ↄñtis eſt verũ. ſ. oĩs hõ eſt hõ. veritas antecedens claret.

❡ Rñdet̃ qḋ prima ↄña nihil valet arguitur a non amplo ad amplũ cũ diſtributiõe ãpli ex parte hoĩs: ſed opꝫ inferre: quod fuit oĩs homo eſt mortuũ. ❡ Et ad cõfirmationem dꝫ ꝙ ſi nõ capiat̃ negãter in ↄñte: ↄña nihil valet: nec arguitur expoſitorie ex affirmatiuis negatiuã inferẽdo: ſi capiat̃ infinitãter ↄña eſt bona et ↄñs ẽ verũ cum toto antecedente.

❡ Decimoquarto arguit̃ nõ ſeqtur hec lõgitudo eſt viginti pedũ ⁊ hec longitudo eſt hec latitudo: ǵ hec latitudo eſt viginti pedũ: ⁊ tamẽ arguitur expoſitorie. igitur. vel apparentius cũ adiectiuo dicatur hec latitudo ẽ cẽtipedalis: hec lõgitudo ẽ hec latitudo: ergo hec latitudo eſt cẽtipedalis: q2 demõſtrãdo vnũ corpus hñs viginti vel cẽtũpedes in longitudine: ⁊ tenẽdo ſicut cõiter tenẽt nolales ꝙ idem nũero ẽ lõgitudo ⁊ latitudo: ꝙtitas eſt res quã taxiã añs eſt verũ ⁊ ↄñs falſum. Et cõfirmatur nõ ſeqtur. hec ꝓpõ eſt falſa ꝑ ly hec demõſtrando añs hui⁹ ↄñtie hõ eſt aſinus: ǵ baculus ſtat ĺ angulo: ⁊ hec ꝓpõ eſt hoc añs: ergo hoc añs eſt falſum: ⁊ tñ ar̃ expoſitorie igitur. Ad hec duo argumẽta ſufficiẽter rñſum eſt ex dictis: ꝙ ſi maior extremitas teneatur vniformiter ĺ maiori ⁊ in ↄcluſione ↄña eſt bona: ⁊ ſi alr̃ nõ opꝫ concluſio ſcḋi ſillogiſmi eſt hec latitudo eſt centipedalis. quã ↄcedo ſi cẽtipedalis capiatur ſubſtãtiue vel dꝫ ꝑ ſubſtãtiuo trãſcendens ſi ſubſtantiuus a parte ſubiecti male concluditur inferendũ eſt hec latitudo eſt longitudo centipedalis. Eodẽ modo de ſcḋa ↄſequẽtia dicatur homo eſt aſinus eſt verũ antecedens: ⁊ ſic hãc nego hoc antecedens eſt falſum antecedẽs: quia ſenſus falſe antecedit ad illud conſequẽs qḋ nõ eſt verũ. Poteſt fieri argumentum determinatione ⁊ determinabili hominem ſortes videns nõ eſt hõ ⁊ hominem ſortes videns eſt ſortes videns hominem: ergo ſortes videns hominem nõ eſt hõ capiendo hoc totum pro medio: hominem ſortes vidẽs. q2 hoc totum eſt terminus diſcretus ſed dic ſicut tibi videtur.

Nolales.

❡ Decimoquinto ar̃ non ſeqtur. hec eſſentia diuina eſt pr̃: ⁊ hec eſſentia diuina eſt filius: ergo filius eſt pater: ⁊ tñ ar̃ expoſitorie: igitur. ꝙ nõ ſequat̃ pꝫ q2 añs ẽ catholicũ ⁊ ↄñs hereticũ. Et cõfirmatur. nõ ſeqtur: hic

pater nō eſt filius: hic pr̄ eſt hec eſſentia diuina ergo hec eſſentia diuina non ē filius: ꝛ tñ arguiẗ expoſitorie. igitur ꝙ non ſequatur patet ante-cedens eſt catholicum ꝛ conſequens hereticum.

¶ Reſpondet hic cōiter ꝙ ad hoc ꝙ ſillogiſm⁹ expoſitorius valeat in affirmatiuis opꝫ vnā ſingularē equiualere vni de omni: ꝛ in negatiuis vni de nullo: ꝛ ex illo ſufficienter ſoluun-tur argumenta ꝓpoſita. hec eſſentia diuina eſt pater: nō equiualet huic omne qđ eſt hec eſſen-tia diuina ē pater nec hec hic pr̄ nō ē filius equi-ualet huic nihil qđ eſt hic pr̄ ē filius ꝑ tñ hꝫ di-ci ꝙ nō aꝛ expoſitorie. ſed ex puris particulari-bus particularitate mediū: ꝛ iſte termin⁹ eēntia diuina nullo mō ē ſingulariʒabilis ſingulariʒa-tione ſufficiente ad ſillogiſmū expoſitor. vꝫ hec patet q: hec eſſentia diuina imediate pro trib⁹ rebus ſupponit quaꝝ nulla pſonaliter ē altera: ꝛ eodem mō nullo modo termin⁹ eſſentialis in diuinis ſingulariʒari pōt. Sed termin⁹ pſonaẗ capt⁹ ſolū pro ſuppoſito imediato ſingulariʒari pōt. Sec⁹ eſt ſi capiaẗ pro ſuppoſitis mediate: q: tūc idē eſt iudicium cū terminis eſſentialib⁹ ſiue tales dicanẗ indefinite: vel ſingulares quē-admodū ſequentia currit non eſt magna queſtio ad rem: ſed do primū eo ꝙ ſimul pro plurib⁹ ca-piantur. Vñ difficile ſatis eſt in theologia expli-care ꝗ termini ſunt imediati vel mediati in di-uinis. tamen vt ſufficit in ꝓpoſito iſte termin⁹ mediate ſupponit pro plurib⁹ ꝗ nō rōne ſui. ſed q: idētificatur pro quodam alio qđ ē plures res ſupponit pro plurib⁹ vt iſte termin⁹ pr̄ mediate q: idētificaẗ cū eſſentia diuina pro trib⁹ pſonis ſuppo it. ſed imediate ſolū pro pſona patris ſic ſcꝫ ꝙ non pro alia perſona imediate: ſed eēntia diuina imediate ſupponit ꝑ trib⁹ rebus ꝛ ꝑ vna re ꝛ ꝑ qualibet pſona in diuinis. Vnde bono et groſſo mō hic dr̄ ꝙ iſte termin⁹ ſupponit ꝑ plu-ribus imediate qñ ex vſu loquendi ſanctoꝝ cō-ceditur ꝑdicari de plurib⁹ ſine diſtinctione Dici-mus pater eſt hec eſſentia diuina pariter ꝛ fili⁹ eſt. hec eēntia diuina pariter ꝛ fili⁹ ē hec eēntia diuina ꝛ ſpūſſanct⁹ ꝛ licet dicam⁹ hec eſſentia di-uina eſt pr̄: ſi hic pr̄ eſt pr̄ ibi non ē verificatio ꝑ plurib⁹ reb⁹ ſꝫ ſi diceremꝰ filius ē hic pr̄ ſec⁹ foret Tūc ad primū argumentū rñdetur negādo con-ſequentiā. arguiẗ ex puris particularib⁹: q: hec eēntia diuina eſt termin⁹ non ſingulariſabilis

Attende diligēter.

¶ Ad ſcōm argumentū qđ ē cōfirmatio conce-do ꝯñam: illa ē vera. hec eſſentia diuina non eſt filius pro ꝗcūꝗ ſignificato capiaẗ hec eēntia di-uina hoc ē capiēdo ipm̄ ꝑ oī illo ꝑ quo capi pōt hoc pꝫ ꝑ falſitatē ſui contradictoꝛū oē qđ eſt hec eſſentia diuina eſt filius. que liquet eſſe falſa.

¶ Cōtra hoc arguiẗ. eſſentia diuina nō eſt pr̄ cōtradicit vni vlī ꝛ nō de omni eſt falſa. ergo queliꝫ ſingularis eius ē falſa ſic ca-pto termin⁹ ſ: q: veritas illi⁹ illam verificaret: quo facto videẗ argumentū nō poſſe ſolui. pro-pter iſtud argumentū dicit ꝗdā ꝙ totū deſtruiẗ poterat tñ videre duplicē ſolutionē quā nō ipu-gnauit vide i exponibilib⁹ ꝛ iteꝝ nego ꝯñaꝫ q: re-moueẗ maior idētitas in ꝯcluſiōe ꝗ̄ in ꝑmiſſis.

¶ Unde circa iſtos ſillogiſ-mos expoſitorios dicit doctor ſubtilis. ꝙ ſillo-giſmus expoſitori⁹ in hoc tenet ꝙ talis idētitas in affirmatiuis debet cōcludi qualē habem⁹ in

Doctor ſubtilis.

premiſſis ꝛ talis diuerſitas remanere qualem habemus in premiſſis in negatiuis. vt hic: hec eſſentia diuina eſt pater: hec eſſentia diuina eſt filius: ergo filius eſt pater denotatur idētitas eſſentie in premiſſis oportet ꝯcludere fili⁹ eēn-tialiter eſt pr̄: ita ꝙ ſit ſenſus: filius eſt idē cum patre in eſſentia ꝓportionabiliter. ego dicā i ſil-logiſmo negatiuo. iſta hic pater nō eſt filius ve-rificatur ꝓpter negationem perſonaꝝ oportet negare illum terminū fili⁹ de iſto termino eēn-tia diuina in concluſione per hoc additum a vel b. ipſum reſtringens pro pſona patris: ꝛ hec eſt vna ſolutionum quā poſuimus in exponibilib⁹ De hoc ꝙ voco illam indefinitā. hec eſſentia di-uina eſt pater reperio doctorē ſubtilem idem di-centem in argumento proximo quod facit dicit ꝙ mediū non eſt hoc aliquid ſed quale quid in hoc paralogiſmo hic deus eſt pater. hic deus eſt filius ꝛc. ꝛ notum eſt ꝙ quale quid eſt terminus cōmunis apud ariſtotelem in predicamentis: ꝛ hoc aliquid terminus diſcretus.

Ariſtoteles.

¶ Ultimo arguiẗ non ſequiẗ ſortes deſinit eſſe. ſortes eſt hic binarius. ergo hic binari⁹ deſinit eſſe ꝛ tñ arguitur expoſitorie igitur ꝙ non ſequatur patet. añs eſt verū ꝛ ꝯñs hereticum tenendo ꝙ totum eſt ſue partes.

¶ Notandū eſt ꝙ in hoc argu-mento, tāgeẗ. Utrū ſortes ſit termin⁹ cōnotati-uus. ꝛ hmōi termini ꝗ ſignificāt totū cōpoſitū. Et arguiẗ ꝙ ſic. Iſte termin⁹ ſortes prius ſuppo-nit pro corpore ꝛ aīa. ꝛ poſtea deſinit ſupponere pro corpore ꝛ aīa. ꝛ non propter defectum corpo-ris ꝛ anime ergo ꝓpter defectum cōnotationis ſeu appellationis. De rigore nego ꝯñam ꝛ ad ar-gumentum ꝓpoſitū ſic reſpondi in materia de incipit ꝛ deſinit concedendo maiorem. ſcilicet ſortes deſinit eſſe ꝛ minorem.

Queſtio.

¶ Et ad cōcluſionē hic bina-rius deſinit eſſe. diſtinguo vel manet maior ex-tremitas maioris propoſitionis in concluſione ꝛ tunc cōcedo concluſionē ſenſus eſt hic binari⁹ deſinit eſſe ens quod eſt veꝝ verificādo ꝑmiſſas ſi binarius ſit ſubſtantiuum de deſinens eē con-ſequentia eſt nulla vt frequenter ante patuit.

¶ Arguitur aliter adhuc ꝙ ſortes ſit terminus connotatiuus ſic. Quando aliquis terminus ſupponit pro aliquo vel aliꝗ-bus pro quo vel ꝗbus poſtea deſinit ſupponere in ordine ad eandem copulā ꝛ in eadē propoſi-tione aut hoc eſt propter defectū illius vel illoꝝ pro quo ſupponebat: aut propter defectum ap-pellationis hec propoſitio nota eſt cuilibet non ignoranti logicā. ꝙ enim aliquis terminus de-ſinat ſupponere pro aliquo ꝑ quo ſupponebat. hoc poteſt tantum dupliciter contingere. Uno modo propter defectū rei pro qua ſupponit. Se-cundo pōt contingere propter defectum appel-lationis. ſed ſic eſt ꝙ iſte terminus ſortes ſuppo-nit pro corpore ꝛ hac anima quando ſunt vnita eo ꝙ tūc hec eſt vera. hoc corp⁹ ꝛ hec anima ſunt ſortes. Cū autē hec anima deſinit hoc corpus informare non ſupponit pro corpore et hec aīa ꝛ non eſt propter defectū illius rei pro qua ſup-ponebat: ergo eſt propter defectū cōnotationis de ly ſortes. hac ratione efficaciter concluditur. Dicit arguens ꝙ ſortes eſt terminus cōnotati-

Dialectica regula.

uus. ꝛ quilibet terminus ſignificans totã eſſentialem tenendo ſicut cõmuniter opinantur nominales totum eſſe ſuas partes.

¶ Ad argumentũ reſpõdetur concedendo maiorẽ ad minorẽ hoc nõ ẽ ꝓpter defectũ illius rei ꝑ qua ſupponebat. clarũ eſt ꝙ hoc eſt falſum ꝛ ſic nego minorẽ ꝛ ſoluit͂ totũ argumentũ. Forte dicit arguens ꝙ nõ negata eſt minor ad ei⁹ intentionẽ: qꝛ capit rei vt tñ valet ſicut rerũ vel rei dꝛ ꝙ aptando maiorẽ ꝓportionabiliter ad illã minorem: maior eſt manifeſte falſa ꝛ eam accipiendo cõtra aduerſarios eſt ꝑtere principiũ: qꝛ ſortes ſupponit ꝑ aliquib⁹ rebus: pro materia ꝛ forma qñ forma informat: ꝛ tñ eiſdẽ reb⁹ exiſtentib⁹ licet non informatiue non ſupponit pro eis qꝛ ſortes nõ ſupponit pro illis rebus niſi quando faciunt hoc aliud poteſt apparentius colorari ꝑ hanc ſortes ꝛ plato poſſibiliter nõ ſunt entia que eſt impoſſibilis ſcd́m caſum poſitũ in materia de incipit ꝛ tamen iſta vera omnia entia poſſibiliter nõ ſunt ſortes et plato. ergo videtur ꝙ ſortes ꝛ plato ſunt termini connotatiui.

¶ Ad hoc argumentũ ibi reſponſum eſt ꝙ nõ equiualent: ſed arguẽs ex illo inſtat. ꝛ ſic iſta eſt cõcedẽda: ſortes neceſſario ẽ binarius. ꝛ hoc pꝫ. hic binarius neceſſario ẽ binarius. ꝛ hic binarius ẽ ſortes. ergo ſortes neceſſario eſt binarius: ſed hoc eſt falſum. pꝫ per ei⁹ de inẽ. Etiã modalis ꝯpoſita ei rñdẽs ẽ fſa. ꝛ per regulã in modalib⁹. In modali diuiſa de ſubiecto ſingulari abſoluto ſunt vera ꝛ compoſita. ¶ Modaliũ regula.

¶ Reſpondetur ꝙ iſta non eſt neceſſaria hic binarius neceſſario eſt binarius dato toto caſu quod patet ꝙ ſi ly materia diuideretur in duas partes: tunc illa res que nunc eſt binaria non eſſet binaria. ꝛ quando ego conceſſi illam iam incipit ꝛ deſinit: addidi ſaltẽ numerus ſed hoc non ſoluit argumentũ tranſeat maior. concedo antecedens et cõcluſionẽ ſcilicet ſortes neceſſario eſt binarius vel numerus. ꝛ nego ꝙ ſua de ineſſe ſit falſa male dat arguens ſuam de ineſſe: quia eſt hec. hic numerus eſt numerus ꝛ vel hic binari⁹ eſt binari⁹ quia ratione illius prouenit verificatio: et ꝙ ſic debeat poni ineſſe. patet ex prima queſtione exponibilium: ꝛ de hac ꝓpoſitione. ſortes fuit rome quam aſſeriximus. Ad aliud quod tangit ꝙ modalis cõpoſita de ſubiecto ſingulari ꝛ abſoluto ꝛc.

¶ Reſpondetur ꝙ hoc non ẽ verũ niſi qñ reſiduũ dempto mõ eſt de ineſſe illi⁹ modalis: qꝛ qñ dr̃ in illa regula qñ ſubiectũ eſt termin⁹ abſolutus vel pronomẽ demõſtratiuũ iã regula ꝓſupponit idẽ fore de ꝓnoĩe ꝛ de noĩe ſingulari abſoluto. ꝛ qñ hoc eſt verũ regula tenet Scd́o dr̃ ꝙ regula nõ tenet in terminis pluralis numeri. pꝫ ex modalibus. mõ binari⁹ vel numerus ſapit naturã termini collectiui ꝗ eſt equiualenter pluralis numeri eſto ꝙ interdũ ꝓnomine ſupponat dꝰmodo illud ens ſit multa. Et ex illo ſoluitur argumentũ arguentis. alibi duo cõtradictoria poſſunt eſſe vera: ergo eſt poſſibile ꝙ hoc ꝛ hoc ſint vera. Poteſt fieri argumentum de talibus ſillogiſmis. hoc fuit albũ. hoc fuit nigrum in illo tempore quo fuit nigrum. vel hoc fuit nigrum quando fuit nigrum concludendo ergo nigrum illo tempore quo fuit nigrum fuit album vel nigrum quando fuit nigrũ fuit albũ.

¶ Reſponſio. tales ſillogiſmi ſunt boni ꝛ cõcluſiones ꝯcedẽde ſicut premiſſe. Iſta eſt vꝫa. nigrũ qñ fuit nigrũ fuit albũ. ad quã non ſequitur nigrũ fuit album qñ fuit nigrum Si fieriſſet oppoſitũ ꝯtrꝰ cum ãte: quod nõ eſt fatendũ: addidiſſemus relatiuũ identitatis in minori dicendo eodẽ tp̃e: ſillogiſmus reſolubilis ab expoſitorio tertie figure parum diſcrepat. Unde quelibet propoſitio indefinita particularis vel ſingularis de ſubiecto non ſtãte confuſe tantũ habet duas reſoluentes. quarũ prioris ſubiectũ locutionis eſt pronomen demõſtratiuum eiuſdem caſus cum ſubiecto reſolubilis toto reſiduo ſeruato in forma ꝛ idem pronomẽ in recto eſt ſubiectum ſecunde copula reſolubilis capta ſub diſiunctione ad tempus preſens tenendo reſiduum vt hominis aſinus currit: hominis aſinus currit hic eſt homo. igitur. Candela eſt extincta. hoc eſt extinctum hoc eſt vel fuit candela ergo candela eſt extincta. Platoni obuiaui huic obuiaui hic eſt plato igitur regem vidi hunc vidi: hic eſt rex igitur. intellige vel fuit ſecundum exigentiã ampliationis. Eodem mõ in negatiuis: ſortes non eſt aſinus. hic nõ ẽ aſinus: ꝛ hic eſt ſortes. igitur multa alia argumenta que alibi ſufficienter tanguntur poſſunt hic applicari: ſed videatur in modalibus ꝙ denotetur verificatio fieri pro eodem. ꝛ ſeruentur reſidue proprietates logicales. Regula.

¶ Et hec de ſillogiſmis magiſtri Iohãnis Maioris dicta ſufficiãt.

¶ Tractat⁹ de locis dialecticis a magiſtro maiore editus.

Quintus tractatus in ordine ſummulariũ multa ponũtur que parum conducũt ad conſummatum ſummuliſtam vltra ea que in aliis ſummulariũ locis tanguntur propterea indignus cenſui ibi multũ immorari ſed ne aliquid de cõplemento ſummularum deficiat neceſſariora locorum dialecticorum ſubiungam.

¶ Iſti quattuor termini ꝓpõ concluſio qſtio ꝛ enũciatio differunt penes quotata idem in re eſt enũciatio ꝛ propoſitio ꝛ concluſio dicitur enũciatio. qꝛ vere vel falſe enũciat propoſitio qꝛ eſt apta nata poni ad probãdum aliquid hoc ſonat vis vocabuli propoſitio ꝑ alio vel aliis pono vſus tñ interdũ termini concludi ꝙ ponatur loco huius termini enũciatio ſit ꝙ ꝓpoſitio falſa vel impoſſibilis que nil ꝓbare ꝑt dicatur propoſitio ꝛ petr⁹ hyſpanus in primo ſummularum tractatu vnum terminũ loco alteri⁹ ponit concluſio eſt enunciatio iã ꝓbata vel hñs ꝓbationes eã cõcomitantes nõ requirit͂ ꝙ ꝓbationes cũ concluſione actualiter ponãtur ſufficit applicatio ꝓbationũ alibi. vt baccalarii in cõcluſiones ſue ponẽde in ſorbonitatis: qſtio ẽ dubitabilis ꝓpoſitio: ex ꝗ pꝫ ꝙ qſtio non eſt aggregatũ ex ſigno interrogatiuo ꝛ enũciatiõe: qꝛ tale nõ ẽ enũciatio ſꝫ ẽ illud ꝙ ſeqᷓtur ſignũ interrogatiuũ vt verũ regnũ egypti regnũ citharũ hec ſit nomẽ queſtionis ad quodlibet aggregatum

Notes hãc differẽtiã.

Petr⁹ hiſpanus.

Quid queſtio.

Corrolarium.

ex ſigno interrogatiuo ⁊ enūciatione ſolet extē di ſicut nomen concluſionis ad orationem que denotatur ſequi ad premiſſas veras vel falſas.

Argumentationem trifariam capi.

¶ Argumētatio trifariam ab artiſtis capi ſolet nōnūꝗ̄ pro ōi cōſequētiali ſiue ꝯña fuerit bona ſiue nō: ſcḋo mō pro argumētatiōe illatiua. Tertio modo pro argumentatione probatiua argumentum eſt antecedens argumentationis.

Quattuor argumentationis ſpecies.
Quid exemplum.

¶ Argumētationis quattuor ſunt ſpecies due vehemētes. ſ. ſillogiſmus et inductio de pria dictū eſt in ſ̄ꝯo tractatu de ſcḋa in puis logicalibus inductio idē eſt ꝙ aſcenſus. Exēplū eſt ꝯña que ꝓpter ſīlitudinē repertā inter res ſignificatas aňtis ⁊ ꝯñtis a ſis infert cōſequēs vt arguēdo veneti ſunt diuites qꝛ hñt bonū portū maris ergo diuites ſunt alexādrini qꝛ habēt ita bonū portū maris iſta ſpecies eſt debilis quocirca dici ſolet argumētū a ſimili claudicat quarto pede immo frequēter altero pede olū alia argumentatio ſub iſtis non incluſa eſt enthymema vel enthymematica et iſte ſpecies proportionabiliter debēt accipi ſm̄ acceptionē generis eius.

Loci dialectici diffinitio.

¶ Locus dialecticus eſt oratio ꝯfirmatiua argumētatiōis dialectice vel termini ex q̄bus talis oratio cōponitur ex quoꝝ terminoꝝ habitudine adinuicē valor argumētatiōis depēdet hic innuitur ꝙ aliq̄s eſt locus maxima aliq̄s eſt locus dr̄ia maxime maxima ⁊ dr̄ia hic nō accipiſitur adiectiue ſed appoſitorie maxima eſt ꝓpō integra locus differentia maxime terminū illius ꝓpōnis penes quos valor quē depēdet declaratur exēplo hic ē loc⁹ dialecticus auis fenix eſt in arabia ergo auis eſt in arabia locus maxima ꝑ quā probatur hec ꝯña eſt qꝛ q̄cq̄d affirmatur de ſpecie ſignificatiue illud idē de genere verificari neceſſe eſt ⁊ qꝛ hic locus maxima differt arguitiue per iſtos terminos ſpecies genus ab alia maxima vocatur locus differētia maxime: id eſt locus ponens diſcrimē vnius maxime ab alia quādo dubitamus de aliqua cōſequētia q̄rimus vnde locus hoc eſt da locum maximam ꝑ quam probatur illud argumentum.

Locorum diuiſio.

¶ Locorum dialecticorū quidam intrinſecus quidā extrinſecus q̄dam medi⁹ ⁊ pari forma locus differētia maxime diuidi pōt locus differētia maxime intrinſecus eſt duo termini ꝯuertibiles vel duo termini quoꝝ vnus verificatur de alio ſm̄ aliquē modū eſſendi in q̄ inhis ꝯſibus tanguntur. Inſunt pars toti ſpecies genus et calor igni. ¶ Rex in regno res in fine locoꝙ locatuꝫ. ¶ Ex iſto pꝫ duas eſſe ſpēs loci intrinſeci per diſiūctionem poſitā in diffinitione ei⁹ qn̄ termini ſunt cōuertibiles tūc ē locus dr̄ia maxima a ſubſtātia vel locus a ſubſtātia qn̄ nō ſunt vocatur locus a cōicantib⁹ ſubſtātiā pꝫ ex p̄dicabilibus q̄ termini ſunt cōuertibiles ⁊ ex ſi ne terminorum ex iſto eluceſcit a diffinitione ad diffinitū a deſcriptiōe ad deſcriptū ab interp̄tatione ad interpretatū a ſynonimo ad ſynonimū oē locū intrinſecū a ſubſtātia ⁊ hiq̄ualent ꝯñtie affirmatiue ⁊ negatiue ſignificatiue tēris terminis ⁊ de interpretatiōe intelligitur cōuertibili cū interp̄tato a toto ad p̄tē vel ecōuerſo ē locus itrinſecus a cōcomitātibus ſubſtātia ē cū

Quid lo. diffe. maxime.
Verſus.
Corrolarium.

multiplex totū. ſ. integrale ⁊ ſignificāt rem cōpoſitā ⁊ vix capitur ſcḋe intētionaliter totū in mō eſt termin⁹ accidēs reſpectu alterius ⁊ ps in mō eſt inferius ꝑ accidēs totū vle eſt quidditatiuū ſupius reſpectu inferioꝝ in totū quātitate totū in tpe totuꝫ in loco parū differūt: totū in quātitate nil aliud eſt ꝙ aggregatū ex termino cōi diſtributo ⁊ ſigno diſtributiuo totū in loco eſt aggregatū ex ſigno diſtributiuo ⁊ termino ſignāte locū ⁊ oē tale ē totū quantitatiuū ꝓportionabiliter dicatur de toto in tpe. ſꝫ quō ꝯñtie valēt in illis pꝫ i tractatu ꝯñarū locus a gñatione ad gñatū a corruptione ad corruptū ab vſib⁹ adūſitatū ⁊ cōiter accidētib⁹ ad iſtos locos reducuntur quoꝝ duo vltimi ſunt ita tenues ſicut ſuperficies corporis terminatiua in materia cauſarum eſt materia phiſicarum parū valori conſequentiarum conducens.

Totū multiplex acceptio.

¶ Locus extrinſecus ē locus dependēs a terminis peregrinis ⁊ quo ad ſignificationē ⁊ quo ad ſuppoſitionē vt locus a ꝯtrīs a diſparatis a maiori a minori a proportione ab auctoritate ⁊ loc⁹ ab auctoritate negatiue nihil valet tūc arguitur negatiue qñ hoc verū dicit ponit vel hmōi negatur nō ſequitur hrūs Augu. non dicit ꝙ grā cōcurrit effectiue ad actū meritoriū. ergo grā nō cōcurrit ad actū meritoriū affirmatiue etiā ꝯña eſt nulla niſi reſpectu illius qui nec fallere nec falli pōt vt dei et receptoꝝ ab eccleſia de nō receptis ab eccleſia interdū ꝯtingit differentie ⁊ qñꝙ tñ bonus dormitat homerus. Sꝫ aduertendū eſt niſi cōſtiterit ſufficit ꝙ auctor famoſus teneat falſum non eſt reiterandus: niſi homo in materia probabili teneat oppoſitum maiores noſtri in honore ſunt exponēdi ⁊ non breuiter damnandi.

Loci extrinſeci diffinitio.
Auguſtin⁹
Qñꝙ bonus dormitat homerus.

¶ Locus differentia maxime medius eſt duo termini nō cōuertibiles idem ſignificātes ⁊ diuiditur per locū a ꝯdictoriīs a priuatiue oppoſitis a relatiue oppoſitis a coniugatis a caſibus ⁊ a diuiſione.

Quid loc⁹ dr̄ia maxime medi⁹

¶ Locus a cōiugatis eſt quādo arguitur a concreto ad abſtractum vel econuerſo et ad hoc ꝙ talis conſequentia ſit bona. requiritur ꝙ predicatio ſit eſſentialis quare nō ſequitur album eſt dulce: ergo albedo eſt dulcedo nec ſequitur ſcibile eſt opinabile ergo ſcientia eſt opinio inſuper requiritur ꝙ res importata per abſtractum ſufficiat denominare ſubiectum ⁊ ſiue ſit ſiue nō oportet hoc capere in antecedente non ſequitur albedo eſt color: ergo album eſt coloratum ſtat ꝙ albedo ſit ita remiſſa ꝙ non ſufficiat aliquid denominare album ecōtrario. cōſequētia eſt bona. bene enim ſequitur album eſt coloratum: ergo albedo eſt color loc⁹ a caſib⁹ eſt ab adiectiuo ad aduerbium eius vel econuerſo ⁊ tenet in predicatione eſſentiali locus a diuiſione eſt tritus.

¶ Preterea notabis ꝙ ē vn⁹ cōmunis modus arguendi in cōtrariis tam in conſequentia in ipſo ꝙ conſequentia econtrario in ꝯſequētia in ipſo eſt in qua eo ꝙ aliquod predicatū affirmatur de aliquo ſubiecto in antecedente oppoſitū predicati affirmatur de oppoſito ſubiecti in cōſequēte vel eſt cōſequentia in qua eo ꝙ antecedens ſequitur aliqō ꝯñs ex oppoſito antecedentis ſequitur oppoſitū conſequentis.

Exempla vt ſi iuſtus eſt ſtudioſus. ergo iniuſtus ē vicioſus ſi ſortes eſt riſibilis ſortes eſt homo: ergo ſi ſortes nō eſt riſibilis ſortes non eſt hō. ex iſto paret duplex eſt.

Nonnulle conſequētiarū diffinitiones.

ℭ Cōſequētia in ipſo quedaꝫ ꝑpoſitionū quedā terminorū. Sed cōſequētia ē contrario eſt conſequentia in qua eo ꝙ ad antecedens ſequitur aliquod conſequēs ex oppoſito ꝯtrio ſequitur oppoſitū aſtris vt ſi aliquid ē hō aliquid eſt aīal: ergo ſi nihil eſt animal nihil eſt homo ⁊ ad hoc ꝙ ꝯſie hic valēt alique conditiones requirūtur. prima qꝺ arguatur cuꝫ conſtantia termini cōſequente poſiti quare nō ſequitur liberalis eſt virtuoſus: ergo illiberalis eſt vicioſus. ſecunda cōditio ꝙ arguatur in predicatiōe eſſentiali quare non ſequitur albū eſt dulce ergo nigrum eſt amarum. tertia conditio ꝙ ambo mēbra vnius cōtrarietatis nō cōtineantur ſub eodem mēbro alterius contrarietatis quare nō ſequitur illiberalitas eſt viciū. ergo ꝓdigalitas eſt virtus: quia iſta duo mēbra illiberalitas ⁊ ꝓdigalitas ſunt mēbra vni⁹ ꝯrietatis ⁊ cōtinentur eſſentialiter ſub hoc termino viciū qui eſt mēbrum alterius contrarietatis. Quarta conditio ꝙ in vtroqꝫ ſit ſimilis modus cōtrarietatis. ſ. vel extremi ad extremū vel medij ad mediū quare nō ſequitur illiberalitas eſt defectus ergo liberalitas eſt ſuperabūdantia qꝛ inter liberalitatē ⁊ illiberalitatē ē ꝯrietas extremi ad medium ⁊ inter defectū ⁊ ſuperhabundātiam eſt contrarietas extremi ad extremum.

Ad conſequentias pretactas requiſite conditiones.

Philoſophus

nõ poſſumus capere oppoſitũ ſubiecti in ſcõa exponēte nego. ⁊ ad probationē nego ꝙ exponibilis eēt vera: ſaltem extra falſificātes cuius exponētes eſſent falſe. ⁊ qñ probas illa eſt vera tm̃ currēs poteſt eſſe currēs: verũ eſt: ⁊ qñ dicis ſcõa exponēs ē falſa q: ſua cõtradictoria eſt vera ſcilicet nõ currens poteſt eſſe currens: diſtinguo vel ſi ly nõ infinitet: et ly currens pro omni illo pro quo ſupponit currens mediante copula de poſſibili ⁊ ſic nego: q: tunc valet iſtam quod nec eſt nec fuit nec erit nec poteſt eſſe currens poteſt eſſe currens. ⁊ hoc eſt falſum. vel ſi infinitet pro illo quod nõ eſt currens. ⁊ ſic eſt vera: nec ſua contradictoria eſt ſcõa exponens illius excluſiue ſ; hec eſt: nihil quod non eſt currens vel quod erit currens. vel quod fuit currens vel poteſt eſſe currens: ⁊ hoc eſt falſum. ⁊ tunc tenendo ꝙ prohibet terminus infinitus ſm̄ exigentiam termini infinitari tunc iſte diſcurſus nihil valet. hoc poteſt eſſe currens. ⁊ hoc eſt nõ currens. ergo nõ currens poteſt eſſe currens q: arguitur a nõ amplo ad amplum cum diſtributione ampli. ſ; op; cõcludere: ergo quod non eſt currens poteſt eſſe currens. nõ ergo vniuerſaliter teneo ꝙ negatio infinitans prohibet ſuppoſitione; termini ſm̄ exigentiam ampliationis q: ſicut argumentu; arguit. tunc iſta eſſet neganda citbariʒans poſſibiliter eſt nõ citbariʒans ſortes poſſibiliter eſt non albus contra communē vſum loquēdi. Sed ad tales reſpondeo cõditionaliter ſemper imitando vſum cõem loquendi concedendo propoſitiones quas vſus cõcedit ſaltē ſi radix vſus ſtat ad nomē. Et codē modo diſtinguo tales. nõ nigrum erit nigrum aliud a nigro erit nigru; nec Dorp. eſt ſcõa neganda: ⁊ prima cõcedēda ſicut dorp. facit in ampliationibus. niſi caperetur aliqua difformitas nõ ex virtute ſermonis quod ſatis puerile eſt. ¶ Sic videre meo modus exponēdi magiſtri georgii in iſtis non eſt formalis q: ipſe ca-

Georgius pit ens quod nõ eſt: quod patet quia licet ſequitur homo eſt animal. ⁊ nullum ens quod nõ eſt homo eſt animal. ergo tm̃ homo eſt animal ſaltem materialiter in ſimili non ſequitur. homo eſt animal ⁊ nullum riſibile quod nõ eſt homo eſt animal. ergo tantum homo eſt animal. quia antecedens eſt verum ⁊ cõſequens falſum ⁊ tamen antecedens vnius ↄ̄ñe eſt eiuſdem forme cum antecedente alterius ſm̄ principia eius: propterea ſemp ſic exponitur. tm̃ homo eſt animal. homo eſt animal. ⁊ nihil non homo eſt animal. ⁊ ita in aliis vt dictum eſt. nec vibrare potes cõtra me idē argumētum. q: nõ teneo ꝙ nõ hõ mentaliter includat traſcendens.

¶ Dubitatur in qua materia

eſt hec tantum homo eſt animal. Similiter dubitatur an illa ſit indefinita tm̃ animal eſt homo. Si dicas ꝙ ſic ſicut eſt dicendum. arguo aliquas concluſiones abſonas. primo ſequitur ꝙ eſſet aliqua indefinita vera cuius nulla ſingularis eſſet vera: quia nulla ſingularis iſtius tantum animal eſt homo eſt vera. non iſta tantum iſtud animal eſt homo ⁊ ſic de ſingulis. ¶ Secũdo ſequitur hec concluſio ꝙ due ſubcontrarie vltra ſe falſificantes ſunt falſe. vt patet de iſtis tantu; homo eſt animal. tantũ homo non eſt aīal: quia vtraq; eſt falſa: vt patet per ſuas exponentes. ¶ Tertio ſequitur ꝙ due contrarie ſunt vere: vt patet de iſtis duabus non tm̃ homo eſt animal. non tm̃ homo non eſt animal. Primum dubium. Secũdu;.

¶ Tertio dubitatur de verita Tertium.

te huius tantum cõtingenter eſt ens ſi dicatur ꝙ eſt vera vt videtur liber pelic. Contra per cõuerſionem in oppoſitam qualitatem infert hãc tantum ens contingenter non eſt ens: que falſa eſt. quod patet per ſecunde exponentis falſitatem. que eſt omne quod non eſt: nec poteſt eſſe ens contingenter eſt ens.

¶ Ad primu; dicitur ꝙ eſt in

materia naturali: ⁊ ratio eſt. q: omnes propoſitiones compoſite ex eiſdem extremis ſunt in eadem materia: ⁊ tm̃ nõ eſt pars extremi. Et propterea ly animal competit ly homo. ⁊ p̄ hoc ſoluitur argumētum quod forte faceres. Illud predicatum animal nõ poteſt competere ſubiecto naturaliter. eo ꝙ illa nõ poteſt eſſe vera ſm̄ ariſtotelem. tm̃ homo eſt animal. Dicitur ꝙ hoc non requiritur ſed ſufficit quod ly animal competat in propoſitione in qua deletur ly tantum Ariſtoteles.
¶ Ad aliud dicitur ꝙ illa eſt indefinita. Et ad primam concluſionem inductam a petro mantuano dicitur primo ꝙ concluſio ſatis bene poteſt recipi vt patet de hac. a homo non eſt animal que eſt vera cuius nulla ſingularium eſt vera. ſecundo poteſt quis dicere ꝙ quēadmodum illa a homo non eſt animal. formaliter valet hãc omne animal homo non eſt. ⁊ habet has ſingulares. illud animal homo non eſt. aliud animal homo non eſt. ⁊ ſic de ſingulis ita potes dicere ꝙ illa. tantum animal eſt homo habet has ſingulares tantum animal eſt hic homo tantu; aīal eſt ille homo. vel habet eaſdem ſingulares cum hac. omnis homo eſt animal que eſt ſua formaliter equiualens ex eiſdem terminis. tertio dicas ⁊ probabiliter ꝙ ſingulares huius. tantum animal eſt homo ſunt ille hoc animal eſt homo hoc animal eſt homo ⁊ ſic de ſingulis: q: ad dandas ſingulares alicuius propoſitiõis ſufficit ferre pronomen demonſtratiuum ſuper rem ſignificatam per ſubiectum quemadmodum eſt hic. quia tunc iſte homo eſt animal non foret ſingularis iſtius. omnis homo eſt animal qđ liquet eſſe falſum. ſed bene verum eſt ꝙ ſingulares ſic capte non formaliter inferrent propoſitionem cuius ſunt ſingulares vt patet hic. tm̃ homo eſt animal ⁊ ſuis ſingularibus. Secundam concluſionem ⁊ tertiam nego. Et ad ſuum argumentum ille ſunt ſubcontrarie tm̃ homo eſt animal. tm̃ homo nõ eſt aīal nego. q: in vtraq; eſt equiualenter vna vniuerſalitas. ſcilicet ly et incluſum in exponētibus. et hoc eſt contra naturam ſubcõtrariarũ. ¶ Et ad aliud de ↄtrariis nego q: in vtraq; ly tm̃ negat̃. ¶ propterea ē in vtra Petrus mãtuanus.

ꝙ vna particularitas equiualenter.ſcʒ ly vel cō tra naturas cōtrariarū. Jmmo bʒ eodē mō cō cedere duas cōtradictorias falſas.ſ.tm̄ ſortes ē alal tm̄ ſortes nō ē alal pʒ vtraqꝫ illarū eſt falſa.et ſunt due ſingulares oppoſite q̄litatis. Si dicat̃ ꝙ in vtraqꝫ ly alal diſtribuit̃ id cū contingit in ſuis ſubcontrariis:ꝛ ꝑ ꝯñs ipſe nō dat ſub contrarias falſas:q꜡ eſt ꝯtra vnam ꝓprietatem ſubcōtrariorū ꝙ in vtraqꝫ predicatū diſtribuit̃. Et ꝑ hoc nō pōt euitare.q꜡ capias iſtas duas. tantū ſortes eſt plato:tantū ſortes non eſt plato. Si dicas quicquid affirmat̃ in vna dʒ in altera negari. Propterea dʒ negari in vna ly tantū quare date ꝓpoſitiones non cōtradicūt. Si dicā ꝓportionaliter ꝛ merito ad naturas cōtrariarū ꝓpoſitionū. Etiā dicere cōtrarias veras
Et Oxonius. in quacūqꝫ materia eſt error oxonie cōdēnatus preſente archiepō cantuarieñ.

¶ Sed cōtra hec argumētor: ꝓ eo data mea reſpōſione ſequitur hec ꝯcluſio. aliqua eſt indefinita q̄ non poteſt habere ſubcōtrariam. ꝓbat̃ de iſta tm̄ homo non eſt alal. q꜡ vel illa eſt ſua ſubcontraria tm̄ hō non eſt alal ꝛ hoc nō ꝑ me vel illa nō tātum hō eſt alal ꝛ hoc non q꜡ illa eſt vniuerſalis a contradictoria alterius ꝛ nō videtur aliqua alia.ergo habetur concluſio vel ſua quam ego ſupra negaui.

¶ Reſpondet̃ negando ꝙ ſequatur cōcluſio illa immo illa eſt ſua ſubcōtraria nō tm̄ ois homo eſt alal que eſt vera ꝛ nunq̄ poteſt falſificari:niſi quando omne animal ē homo ꝛ tūc illa eſt vera tantum hō eſt animal.

¶ Secundo arguo contra dicta mea per me eſt indefinita in materia natu
Regula. rali.et in ꝑdicatione directa tātum hō eſt alal. ergo per cōmunem regulā equiualet ſue vniuerſali.ſ.tantum ois hō eſt alal qđ eſt falſum. Nego ꝙ equiualet vniuerſali. Et ad regulā particularis ꝛ vniuerſalis in materia naturali equalēt qñ ſubiectum ſtat confuſe tātum dico ꝙ ħ nō opʒ.q꜡ nō ſequitur a hō oē alal eſt ergo ois homo omne animal eſt.vt cōſtat. Nec ſequitur a homo non eſt alal.ergo omnis homo nō eſt alal ſic in propoſito.

¶ Ad tertium dubiū dicit̃ ꝙ illa eſt vera tātum ens contingenter eſt ens. et cōcedo ꝙ infert hāc tātum ens contingēter nō eſt ens.ꝛ nego falſitatē eius. Et qñ dicis.iſta ē eius ſecunda exponens.omne quod nō eſt nec pōt eſſe ens cōtingēter eſt ens.nego ſed eſt hec. Nihil quod non eſt nec poteſt eſſe ens contingenter non eſt. Unde pro expoſitione excluſiuarum de ſecundo modo in modalibus ponitur
Regula. talis regula. Quandocūqꝫ modus non negat̃ in exponibili in ſecūda exponente debet negari. Sed ſi negatur debet affirmari.

Duo corrolaria. ¶ Ex illo infero corrolaria:
Dubium. pͥmū eſt hec eſt falſa.tantum non ſortes poſſibiliter non eſt ſortes. Secundū nō ſequitur tātum non ſortes non eſt ſortes.ergo tantū non ſortes poſſibiliter non eſt ſortes.

¶ Secundo principaliter dubitat̃ de veritate huꝰ.tātū excluſum ē excluſuʒ. quādo inter excluſiuas illa ſola ſit. ¶ Suppoſito ꝙ illud dicatur ſoluʒ includi pro quo extremum alicuius excluſiue ſupponit ꝛ illud excludi pro quo oppoſitū alicuius extremi excluſiue ſupponit. Tunc illo dato querit̃ de veritate huꝰ tm̄ excluſum eſt excluſum. ¶ Et in pͥmis quero an ſubiectū ſupponit:ꝛ an aliquid ſit incluſum. Si dicatur ꝙ ſic tunc quodlibet eſt incluſum:q꜡ nō eſt maior ratio de vno q̄ de alio. Si dicat̃ ꝙ aliquid non eſt incluſum tūc nihil ꝑ idem eſt incluſum. Tūc quero an aliquid ſit excluſum. Si dicatur ꝙ ſic ſignetur ꝛ ſit brunellus tunc de brunello verū eſt dicere ꝙ eſt excluſum.ergo tūc brunellus eſt incluſum capiēdo nolaliter terminū:q꜡ omne id eſt incluſum ꝓ quo ſupponit extremū alicuius excluſiue. Si dicas idem eſt incluſum et excluſuʒ.hoc repugnat ex terminis. Si dicat̃ ꝙ qđlibet eſt incluſum tūc iſte terminus excluſum verificat̃ de quolibet ꝛ ꝑ ꝯñs qđlibet eſt excluſuʒ: quia ꝓ quolibet ente ſupponit excluſum.

¶ Pro ſolutione dubij ꝛ eiꝰ intellectu. Nota ꝙ eſt aliqua excluſiua que qđlibet includit ꝛ nihil excludit et aliqua que nihil includit:ſed quodlibet excludit.ꝛ aliqua ſiḃ eſt excluſiua que aliq̄d includit ꝛ aliquid excludit.ꝛ aliqua cuiꝰ vnū extremū aliquid includit qđ alterū extremū excludit. Exemplū pͥmi vt tātum aliquid eſt. Exemplum ſecūdi: vt tātū chimera eſt chimera. Exemplum tertij:vt tātū homo eſt riſibilis. Exemplum quarti: vt tātū animal eſt homo:ſubiectum includit aſinum:quia pro aſino ſupponit quod ꝑdicatum excludit. Aliq̄ dicūt ꝙ quādo illa eſt cum iſta tātū homo eſt riſibilis eſt vera ſed quando ſola eſt inſolubilis ꝛ copulatiua. Aliq̄ aliter ambulāt:ſed quia dubium eſt acre de ſe nolo impugnare opiniones. Sed dico pro me idem eſſe quādo illa excluſiua ſola eſt ꝛ cum aliis.ſed non ſi eſſet de vna alia excluſiua quia quando ſola illa excluſiua eſt tantū homo eſt riſiblis tunc quilibet homo eſt incluſus:ꝛ q̄libet non homo eſt excluſus. Sed adueniente illa excluſiua remanente priori vel recedente remanet noſtra difficultas.

¶ Tunc ego reſpondeo non admittendo impoſitionem terminorum: quia eſt repugnantia ex terminis quia da ꝙ aliquid ſit incluſum tunc vnum illorum extremorū ſupponit pro illo:et tunc eſt excluſum: et vltra eſt excluſum.ergo non excluſum ſupponit pro illo: ꝛ ſic duo termini contradictorie oppoſiti verificantur de eodem quod eſt mere impoſſibile naturaliter loquendo. Sed dico ꝙ incluſum debet ſic capi ꝙ illud ſolum dicatur incluſum de quo Quid dicatur incluſum.
vel pro quo:vt rectius loquar:extremū alicuius excluſiue ſupponit vel pro quo verificatur vel denotatur verificari dummodo ad talem verificationem non ſequitur oppoſitum: quemadmodum eſt in propoſito. Et illud dicatur excludi ꝓ quo verificatur oppoſitum alicuius excluſiue niſi ad talem verificationem ſequatur oppoſitum Quid ſit excluſum.
puta ipſum includi quemadmodum in propoſito. Non ꝙ hec ꝯña eſt bona hoc eſt nō excluſuʒ Analogia
ergo hoc eſt incluſum. Dabo tibi vnum ſimile vt in inſolubilibus hoc eſt falſum licet ita ſit in re: ſicut illa propoſitio ſignificat non eſt vera quia non ſufficit: vt dictum eſt: ſed oportet ꝙ non ſe falſificet. Sed tunc replicas vocetur ois illa propoſitio que ſic ſe habet ꝙ ita eſt in

re ſicut ipſa ſignificat vera ⁊ falſa que preciſe alr ſignificat. Tunc queritur an illa vt ſit vera que demonſtret ſe.ſ.hoc eſt falſum.hoc non admittimus niſi ſtando in equiuoco de ly vera ſic in ꝓpoſito ⁊ hoc intellige in inſolubilibus ⁊ erit tibi analogia in propoſito. Tum redeūdo ad ꝓpoſitū dico ꝙ ꝑ noſtrā excluſiuā: ⁊ nihil eſt excluſum:etiā nihil eſt incluſum. Et ſi dicas aliquid eſt excluſum vel nō excluſum.ſi ſcḋo tūc oppoſitū excluſiue verificaṫ de illo ⁊ ꝑ ꝯñs eſt excluſum quod negas do ſecūdū nego ꝯñam ꝙ ꝓpterea ē excluſum vt patet ex regulatione terminoꝝ qꝛ nō quodlibet de quo verificatur oppoſitū excluſiue eſt excluſum. Sed illud tenet qñ ad talem verificationē nō ſequitur illud fore incluſum.

Aduerſitas. Etiam nō oportet ꝙ ſemꝑ alterū ꝯtradictoriorū verificetur de quolibet termino ſupponēte ⁊ ſignāter qñ eſt reflexio vt hoc eſt predicatum qḋ nō verificaṫ demōſtrādo ꝑdicatū illa eſt falſa et etiā illa eſt falſa hoc eſt hoc ꝑdicatū quod verificatur vel eſt nō hoc predicatum quod nō verificatur continue demōſtrādo ꝑmum predicatū.

Dubium ¶ Dubitatur de cōuerſionibus propoſitionum excluſiuarum. Reſpondetur per propoſitiones.

Ponitur ꝓpoſitiones. ¶ Prima ē ꝙ licet excluſiua de primo mō nō pōt cōuerti in excluſiuā pōt tamē cōuerti in nō excluſiuam. Prima pars patet nā nō ſequiṫ tm̄ animal eſt hō ergo tātū hō eſt animal. Scḋa pars patet:qꝛ bñ ſequiṫ tm̄ alal eſt hō ergo hō eſt animal hoc patet.qꝛ bene ſequiṫ tm̄ alal eſt hō ergo alal eſt homo.ad ſuam preiacentē ⁊ vltra ꝑ cōuerſionē ergo homo eſt animal tm̄ omne alal ē hō ergo hō eſt animal. tātū animal eſt ſortes ergo ſortes eſt animal et ſic aliqua conuerſio eſt ſimplex aliqua per accidens.

Corrolarium. Ex illo ſequitur ꝙ nō in omni conuerſione ſimplici conuertens infert conuerſam.

¶ Secūda propoſitio ſeu regula vniuerſalis ē ꝙ ab excluſiua de primo modo ad vniuerſalem in terminis tranſpoſitis eſt bona conſequentia ⁊ econuerſo patet quia formaliter ſequitur tantum animal eſt homo ergo omnis homo eſt animal.et omnis homo eſt animal ergo tātū alal eſt homo. ¶ Ex illo ſeqtur ꝙ aliqua talis conuerſio eſt ſimplex aliqua per accidens exemplum primi:vt tātum omne animal eſt currens ergo omne currens omne animal eſt exemplum ſcḋi vt tm̄ animal eſt currens ergo omne currens eſt alal. Ex illa regula infero duo corrolaria quoꝝ primū eſt

Primum corrolarium. excluſiua de tertio modo equiualet particulari negatiue de terminis tranſpoſitis vt ille equiualent. Nō tm̄ homo eſt alal ⁊ aliquod animal non eſt homo.probatur corrolarium per

Principiū principium infallibile.quādocunqꝫ due propoſitiones equiualent.illarum contradictorie equiualent. Cum ergo iſte equiualent formaliter tantum homo eſt alal ⁊ omne alal eſt hō vt dicit ſcḋa regula ꝑpoſitiones dare.cū eis cōtradictorie eꝗualebūt.

Secundū corrolarium. ¶ Secundum corrolariū arguendo ab excluſiua de primo mō ad vnā vniuerſalē ſeruato eodem ordine ⁊ mutatis terminis finitis in infinitos valet ꝯña ſicut ꝑ cōtrapoſitionem. Probo corrolariū formaliter ſequitur per regulā tātū hō eſt alal ergo omne animal eſt homo ⁊ vltra ꝑ cōuerſionē ols non homo eſt nō animal quare poſuerim ſicut ꝑ cōtrapoſitionem eſt facile cognitu ex cōuerſione ꝑ cōtrapoſitionemq ue raro tenet.

¶ Tertia ꝓpoſitio excluſiua de ſcḋo mō pōt cōuertiri in aliā excluſiuā vel vniuerſalem mutādo terminū finitū in infinitum. ⁊ hec ꝓpoſitio eſt okam.vt formaliter ſequitur Okam. tm̄ homo nō eſt alal:ergo tm̄ alal nō eſt homo. Similiter tm̄ ſubſtātia nō eſt accidēs. ergo ois nō ſubſtantia eſt accidens.

¶ Quarta ꝓpoſitio.ꝓpoſitio excluſiua de quarto mō ꝯuertiṫ in excluſiuā rñdentē ⁊ hoc ſm̄ mentē ⁊ modū ꝓcedēdi tertie ꝓpoſitionis vt bñ ſequiṫ nō tātū hō nō eſt aſinus ergo nō tātū aſinus nō eſt hō pba regulā ꝑ prīcipium primi corrolarij ſcḋe regule qḋ diximus infallibile:quia ſi ille equiualerent tātū hō nō eſt aſinus ⁊ tātū aſinus nō eſt hō.ergo et alie equiualebunt cum eis contradicant.

¶ Sed cōtra tertiā ꝓpoſitionem arguiṫ nō ſequitur tm̄ chimera nō eſt non chimera:ergo tm̄ nō chimera non eſt chimera. Probaṫ añs eſt verū vt patet per eius exponentes que ſunt chimera nō ē nō chimera et omne qḋ nō ē chimera ē nō chimera. ⁊ falſitas ꝯñtis ꝓbatur ꝑ ſcḋe exponētis falſitatē que eſt omne qḋ nō eſt nō chimera eſt chimera:⁊ pōt formari argumētū arguēdo ex oppoſito ad oppoſitū cōtra quartā regulā. Iſtud argumētū currit exponendo per oppoſitū ſubiecti ⁊ non per aliud ab quēadmodum ipſi exponunt. Propterea alr argumētoꝛ nō ſequitur nō tātū ens homo nō eſt. ergo nō tātū hō ens nō eſt. Etiā nō ſequiṫ tātū hō ens nō eſt:ergo tm̄ ens homo nō eſt. ⁊ tamē arguiṫ per regulas ergo ꝯña tenet cū maiorē et minorē arguāt qꝛ in ꝗb⁹ iſtis añtis ſunt vera cōſequētibus falſis igiṫ. Secūdo nō ſequitur tātū a hō non eſt ens ergo tantū a ens nō eſt homo. Similiter nō ſequiṫ tm̄ hois aſinus nō eſt ens tm̄ ens nō eſt hois aſinus.nā añs eſt verū:vt patet per eius exponētes:hominis aſinus non eſt ens ⁊ omne aliud ab hois aſino nō eſt ens ⁊ cōſequens eſt manifeſte falſum. Et illas ꝓpōnes potes applicare cōtra ſecūdā partē regule qꝛ nō ſequiṫ tātū hominis aſinus nō eſt ens:ergo oē nō ens eſt hominis aſinus. Nec ſequitur tantū a homo nō eſt ens ergo omne nō ens eſt hō vel a hō ⁊ ſic in alijs. Sed de talibus tm̄ h ſubſtātia nō eſt accidēs videṫ falſa eo ꝙ habebit hanc vniuerſalē oē nō accidēs eſt h ſubſtātia exponendo talē ꝯueniēs videtur verificationē fieri pro ſingulari in prima exponente ⁊ in ſecunda exponēte dicere oēs nō talis vel talis ſubſtātia eſt accidens que eſt falſa. Tātū ſubſtātia nō eſt oē accidens ſic exponitur ſubſtātia nō eſt oē accidens: et ols nō ſubſtātia eſt omne accidēs.

¶ Quinta ꝓpoſitio excluſiua de tertio modo cōuertitur in particularem negatiuam trāſpoſitis terminis patet ex corrolario ſecūde regule ⁊ nō poteſt cōuerti in excluſiuā reſpōdētem qḋ patet:qꝛ hic arguēdo nō tm̄ homo eſt alal ergo nō tm̄ alal eſt homo.añs eſt verum ⁊ cōſequēs falſum. ¶ Aliqui dicūt ꝙ cōuertitur in particularem negatiuā mutādo terminos finitos in infinitos vt nō tm̄ alal homo eſt:

homo ergo nō hō nō eſt nō aial. ꝛ ſi non ſequit̄ non tantū chimera eſt aial ergo non aial nō eſt non chimera imo ꝙ plus eſt ꝯña in ꝯrū exemplo nihil valet. qꝛ ita fuit ante creationē mūdi ſicut ſignificatur per añs et oppoſitū ꝯſequentis. Sed loco illius pono talē ꝓpoſitionē. Arguendo ab excluſiua de tertio modo ad particularem negatiuā eodē ordine mutatis terminis finitis in infinitos eſt bona ꝯña ſcilicet tenet arguendo per cōtrapoſitionē in particulari negatiua. Probo ꝓpoſitionē bñ ſequitur. nō tm̄ a eſt b ergo b nō eſt a per primū corrolariū ſcḋe regule ꝛ vltra b nō eſt a ergo nō a nō eſt nō b ꝛ hoc ſic cum tenet ꝯuerſio per cōtrapoſitionē. Sed quādo illa tenet ꝛ quando nō ē impertinens nobis Sed vt veritates harū regularum magis innoteſcant argumentabor cōtra aliquas earum. ꝓmo argumentor cōtra primā partē ſecūde regule ꝙ ab excluſiua ad vniuerſalē in terminis trāſpoſitis formaliter valet argumentum. Regula.

Contra nō ſequitur tātum falſum eſt ꝓpoſitio vl'is ergo ois ꝓpoſitio vl'is ē falſa. ꝛ tamē arguitur per regulam ergo regula nulla cōſequentia daret cum minore. ꝛ maiorē probo qꝛ añs eſt verum ꝛ ꝯñs falſum ergo nihil valet. Aſſumptum ꝓbo poſito ꝙ nō ſit affirmatiua vniuerſalis niſi cōſequens tunc exponētes excluſiue ſunt vere ſcilicet falſum ē ꝓpoſitio vniuerſalis ꝛ nulla nō falſum ē ꝓpoſitio vniuerſalis ꝛ cōſequens falſum quia ſe falſificat vt patet aliquid intelligenti in inſolubilibus ꝛ ſi velis cauillare pro ſecunda exponēte huius excluſiue eo ꝙ ſit vniuerſalis facio tibi hanc conſequentiā tantum falſum eſt propoſitio vniuerſalis affirmatiua ergo omnis propoſitio vniuerſalis affirmatiua eſt falſa ꝛ reduco argumentum.

Et confirmo non ſequitur tantū pater ē deus ergo ois deus ē pater ꝛ tamē arguitur per regulā ergo regula nulla ꝯñam cū minore relinquo notā. maiorē ꝓbo qꝛ añs ē verum ꝛ cōſequens falſum. veritas antecedentis patet exponēdo per aliud ab et tales exponēdo ſufficiunt in illis de preſenti qꝛ pater eſt deus et nihil aliud a patre eſt deus de prima exponente non eſt dubium catholico et ſecunda exponens probatur quia ſua contradictoria eſt falſa. aliquid aliud a patre eſt deus quia ſi ſic da aliquid aliud a patre quod eſt deus. Si dicas filius.

Contra filius non eſt aliud a patre qꝛ neutrum genus eſt genus eſſentie vt cōmuniter dicitur ꝛ ſignificatur ꝙ filius differt eſſentialiter a patre quod eſt falſum ꝛ ſic habet antecedens verū. falſitatē conſequentis probo bene ſequitur omnis deus eſt pater filius ē de' ergo filius eſt pater cōſequens ē falſum ꝛ hereticum ꝛ minor vera ꝙ maior ē ſ'a ꝯña eſt in darii.

Secundo arguit̄. nō ſequitur tantū rudibile ē hōis aſinus ergo cuiuſlibet hōis aſin' ē rudibilis. ꝛ tamē arguit̄ per regulā ergo regula nulla cōſequentia ē nota. ꝛ maiorē ꝓbo qꝛ antecedēs ē verū ꝛ ꝯñs falſum veritas antecedētis pꝫ per ei' exponentes ꝛ ꝯñs adiunctū cū propoſitione vera ſcilicet plato eſt homo infert falſum ergo ipſum eſt falſum ꝛ minorem probo qꝛ forte dicis nō ſtat fundamentū regule. qꝛ termini debēt eodem modo ſtare in cōſequente ſicut in antecedente. tunc ergo oportet hāc inferre cuiuſlibet hominis quilibet aſinus ē rudibilis que infert noſtrum pꝛimū conſequens forte dicis non tenet in obliquis.

Contra radix regule remanet in obliquis ſicut in rectis qꝛ regula fundat̄ ſuper hoc ſecundū peryhermenias. Nota ꝛ verba trāſpoſita idē ſignificant. Et confirmatur nō ſequitur tm̄ creatura ꝯtingērer ē ens ergo omne ens cōtingērer ē creatura. ꝛ tamē arguitur per regulam ergo regula nulla maior patet qꝛ añs eſt verum vt dicūt eius exponētes ꝛ ꝯñs cū cōtradictoria ꝓpoſitionis neceſſarie ſcilicet deus ē infert deū poſſe eſſe creaturā qꝛ maiore de cōtingenti debite ſubſumendo ꝛ concludendo infertur concluſio de contingenti ex pꝛimo pꝛiorum. Noīa ꝛ verba trāſpoſita idē ſignificāt. Regula.

Tertio arguitur non ſequitur non tm̄ homo nō eſt aſinus ergo ois aſinus ē homo ꝛ tm̄ arguit̄ per regulā igitur. ꝯña tenet cum maiore ꝛ minorem ꝓbo qꝛ forte dicis non eſt de pꝛimo modo excluſiuarū ſed de quarto per radicem regule. Noīa ꝛ verba tranſpoſita ſed eadem radix hic tenet quod ꝓbo qꝛ aſinus diſtribuit̄ in añte qḋ ſi negaueris adde ſigna quouſ ꝙ diſtribuatur qḋ ſi adhuc nō vis ergo habebo ꝙ inferet hāc aſin' ē hō. Si dicas illa regula noīa ꝛ verba trāſpoſita in exponibilibus non tenet.

Contra illo dato non habetur fundamentum regule principalis. ꝛ hoc eſt de directo contra regulam.

Et confirmatur non ſequitur tantū ſortes videt ſe ergo omne videns ſe ē ſortes poſito ꝙ quilibet homo videat ſe antecedens eſt verum ꝛ conſequens falſum.

Quarto arguitur nō ſequitur tantū leo aſinus ꝛ capra ſunt currētia ergo oia currentia ſunt leo aſinus ꝛ capra ꝛ tm̄ arguitur per regulā ergo regula nulla ꝯña patet cum minore maior patet qꝛ añs eſt verū poſito caſu ꝙ leo aſinus ꝛ capra currant ꝛ nulla alia aīalia ꝛ cōſequens eſt falſum qꝛ bene ſequitur oia currentia ſunt leo aſinus ꝛ capra leo ꝛ aſinus ſunt currentia ergo leo ꝛ aſinus ſunt leo aſinus ꝛ capra concluſio eſt falſa ergo aliqua pꝛemiſſarū et nō minor ergo maior ꝙ eſt ꝯña excluſiue date.

Jam arguitur cōtra ſecundam partē regule. nō ſeqtur ois hō eſt pictus ergo tm̄ pictū eſt hō. ꝛ tm̄ arguit̄ per regulā igitur cōſequētia tenet cū minore ꝛ maior patet quia añs eſt verum per regulā thopicam. Talia ſunt ſubiecta qualia permittuntur ab eorum pꝛedicatis ꝛ conſequens eſt falſum. Regula.

Et confirmatur. Nō ſequit̄ vtrūꝗ animal eſt homo ergo tantum homo eſt animal ꝛ tamen arguitur per regulā igitur. Et ſi dicas añs non eſt propꝛium ex quo illa ſigna vtrūꝗ neutrum ſemper ponuntur cum pronomine demonſtratiuo al's oratio eſſet non intelligibilis. Contra illa reputatur pꝛopꝛia in vtrū oculū habendo tu potes videre ꝛ tm̄ ibi non ponitur pronomen demonſtratiuum igitur.

Secundo arguitur non ſequitur om ne animal eſt in archa noe ergo tantum ens in archa noe eſt animal. ꝛ tamē arguit̄ per regulam igitur maior patet poſito ꝙ ſit

diſtributio pro generibus ſingulorū antecedēs eſt verum τ conſequens falſum.

¶ Et confirmatur non ſequit cuiuſlibet hoīs aſinus eſt currens ergo tm̄ currens eſt hominis aſinus. τ tamen arguitur per regulam igitur etiā tempus importatū per copulam in aūte non diſtribuitur τ in conſequēte diſtribuitur. et ſic arguitur a non diſtributo ad diſtributum ex parte tēporis importati per copulam τ talis conſequentia non eſt formalis.

¶ Tertio arguitur nō ſequit omne quod fuit eſt. ergo tantū quod eſt fuit et hic arguitur per regulam ergo regula nulla.

¶ Ad primū argumentū contra primā partem regule reſpōderent aliq̄ cōcedendo ꝙ nō ſequitur q2 cōſequens ſe falſificat aūs vero non. τ nulla talis conſequentia valet.

¶ Contra hoc arguitur dupliciter q2 ex ſolutione hac ſequit hanc conſequētiam non valere homo eſt aſinus ergo ſortes dicat falſum. quod non eſt dicendū. Tum ſecundo oppoſitum cōſequētis repugnat aūti hoc patet accipiendo exponētes eius q2 illa copulatiua ē impoſſibilis falſuꝫ eſt propoſitio vniuerſalis affirmatiua. et nullum non falſum eſt propoſitio vniuerſalis affirmatiua. τ aliqua ꝑpoſitio vniuerſalis affirmatiua non eſt falſa quod patet ex illa ſequitur contradictoria ſecūde partis ergo tota eſt impoſſibilis conſequentia nō eſt dubia τ antecedens patet ſequitur aliqua propoſitio vniuerſalis affirmatiua non eſt falſa et falſum eſt propoſitio vniuerſalis affirmatiua ergo ꝑpoſitio vniuerſalis affirmatiua eſt falſa per conuerſionem τ tunc habemus totā hanc copulatiuaꝫ aliqua propoſitio vniuerſalis affirmatiua nō ē falſa. τ aliqua ꝑpoſitio vniuerſalis affirmatiua eſt conſequēter etiā ex illis duabus ſequitur hec aliqua propoſitio vl̄is affirmatiua non eſt falſa τ vltra ergo aliquod non falſum eſt propoſitio vniuerſalis affirmatiua q̄ occidit ſecundam partem totius copulatiue. Sed q2 illa argumenta videntur pungere contra vnā opinionē inſolubiliū nūc famoſaꝫ. credo argumēta poſſe ſolui.

¶ Ad primū poteſt dici ꝙ opinio intelligit q̄ñ aūs non eſt impoſſibile Contra hoc arguitur quia bñ ſequitur hoc eſt falſuꝫ ergo hoc eſt falſum demonſtrando conſequens continue per pronomen hoc τ tamen cōſequēs ſe falſificat aūs vero nō: nec eſt impoſſibile igit. τ ꝙ ſequat pꝫ q2 oppoſitū ꝯſequētis repugnat aūti. qđ ſi neges dic mihi quare contradicit vni τ non alteri forte dices q2 alias duo cōtradictorie eſſent falſe contra primum principium.

¶ Contra hoc argumētū querit τ ſic ſoluendo petis principiū. Ad replicā nego ꝙ ſeq̄tur. Et ad ꝓbationē quā adducas oppoſitum cōſequentis repugnat aūti. Nego immo ſtat in veritate cū aūte falſē ſcđm reſpectū antecedentis. vñ ego imaginor ꝙ ꝯñs ē propoſitio plures: aliter q̄ cōiter nos loquimur de ꝑpoſitione plures q2 idē dicendū eſt de mentali vltimata vbi occurrerit iſte caſus. Et dicerē ꝙ eadē mentalis numero cōparata ad aūs eſt propoſitio falſa. τ ad cōſequēs eſt ꝑpō vera. τ cū eſt: q2 ſecunduꝫ principia illius opinionis in ordine ad antecedēs nō ſignificat taliter nō eſſe qualiter nō eſt. Nec antecedēs ſe falſificat τ ſic negatiua ſm̄ illū reſpectū eſt falſa. Sed eadē ꝑpō cōparata ad cōſequens licet nō ſignificet taliter nō eē qualiter nō eſt ſed q2 cōtradicit propoſitioni ſe falſificanti eſt falſa. q2 in rei veritate ego neſcio bñ ꝯñter dare diſcrimen quare cōtradicat vni τ nō alteri. Sed q̄ris an iſta mētalis negatiua q̄ demonſtrat ꝯñs eſt vera vel falſa abſolute. Si per abſolute itelligas ꝑpōnem verā q̄ nullo modo eſt falſa. vel falſa q̄ nullo mō eſt vera dico ꝙ nec eſt vera nec eſt falſa illo mō nec hoc oportet ſed ſufficit ꝙ ſit vera vel falſa ſm̄ ꝑpōnes q̄bus cōparatur. ¶ Aliā replicā paucis reſcindā. nego illam ꝯſequentiā qua arguit a negatiua ad affirmatiuam eo ꝙ vna pars antecedētis cōtradicit ꝑpoſitioni ſe fallēti τ per ꝯñs nullā ꝑpoſitionē infert per locū intrinſecū quēadmodū nō ſequitur hec nō eſt vera τ hec ꝑpoſitio eſt. ergo hec ē nō vera vtroq̄ demōſtrando priorē partē aūtis Et ſi dicas tunc hec ē vera ſtabit cū priori parte aūtis. dicas conſequēter ad dicta in argumēto priori q2 hec materia eſt nobis īpertinens licet parū digreſſi ſum᷒. Forte dicis cū aliis cōſequēs eſt ꝑpō hypothetica τ ſic nō arguit ad vl̄e eo ꝙ qđ libet inſolubile eſt hypotheticum.

¶ Contra poſito ꝙ iſte due ſole ſunt ꝑpoſitiones. aliq̄s hō eſt aſin᷒ et aliqua propoſitio particularis eſt falſa iaꝫ ſecunda eſt cathegorica. τ capio mētalē eius τ quero an de᷒ poteſt illam conſeruare qualibet alia ꝑpoſitiōe q̄ non eſt pars eius deſtructa vel non. Si ſecundum certe nō catholice dictū et pari ꝑtinacitate poteſt defendi ꝙ iſta aliquis hō eſt animal ē hypothetica vel propoſitio plures. Si deus poteſt eam cōſeruare conſeruet ergo tunc eſt cathegorica τ eſt inſolubile. ergo aliqđ inſolubile eſt cathegoricuꝫ ergo tua euaſio nulla. ¶ Propterea ad argumentū principale aliter dico negando ꝙ non ſequatur. Et concedo ꝙ antecedens eſt verum τ conſequens falſum τ hoc nō habeo pro inconuenienti quando conſequens ſe falſificat.

¶ Ad cōfirmationē nego maiorem τ nego falſitatē ꝯñtis ſi ſit vniuerſalis. ſꝫ ſi ſit de omni cōſequens ē falſuꝫ. τ nihil contra regulam q2 nō dr̄ ab excluſiua ad vnaꝫ de omni valet argumentuꝫ ſed ad vnam vl̄em vel poteſt exponi per illā ali᷒ a patre ē deus. mō illa exponens eſt falſa τ ſic infert vnā de omni. ¶ Ad ſecundū argumētū cōcedo maiorē q2 male datur vna vniuerſalis vt patet per ſuas exponētes rudibile eſt hoīs aſinus. idē eſt ac ſi diceretur eſt aſin᷒ hominis. τ in ſecunda exponente nullū nō rudibile eſt hominis aſinus. q2 in ſuo cōtradictorio non rudibile eſt hoīs aſin᷒ idē eſt ac ſi diceretur nō rudibile ē aſin᷒ hoīs. ¶ Propterea ſua vl̄is eſt hec oē quod eſt hominis aſinus eſt rudibile.

¶ Ad confirmationē cōcedo ꝙ nō ſequitur q2 ꝑpoſitio de cōtingenti ſpecialiter capta nō poteſt cōuerti in terminis. Vel dicitur ꝙ ſua vl̄is eſt hec oē quod contingenter ē poſſibiliter eſt creatura. ¶ Ad tertiū τ ſidet con-cedendo ꝙ nō ſequit τ nego ꝙ arguat ſm̄ radicem regule q2 radix regule nō ſolū ſtat ī ſuppoſitione ſed in hoc ꝙ eſt excluſiuaꝫ de pīo modo ſcđo dico ꝙ bñ ſpeculanti ē diſſimile q2 ī exponibili eſt nō diſtributio ex pte diſiūctiōis eo ꝙ diſ- Notes.

ſiectiue exponit̃ q: p̃ria exponẽs huiusmõ tm̃ homo nõ eſt aſinus eſt ois homo eſt aſinus ſed q: hoc eſt ſub d.ſiūctione ad hanc negatiuã. nõ hõ eſt aſinus argumentum non currit.

¶ Ad ↄfirmationẽ qua dicis nõ ſequit̃ tm̃ ſortes videt ſe ergo oẽ vidẽs ſe eſt ſortes verũ eſt q: male dat̃ ſua vniuerſalis. ſi eſt hec oẽ vidẽs ſe ſortẽ eſt ſortes. Ad quartũ r̃ndet̃ diſtinguẽdo ꝙ nõ ſequat̃. Uel ſi añs exponatur gratia alietatis ⁊ capiat̃ ſignum diſtributiue in ↄñte ⁊ ſic nego: vł ſi exponat̃ gr̃a pluralitatis ⁊ capiat̃ ſignũ ẽt diſtributiue cõcedo ꝙ non ſequitur. nec arguit̃ ꝑ regulam. q: opȝ ꝙ ſit excluſiua exponibilis gr̃a alietatis de p̃io mõ ad hoc ꝙ arguat̃ ꝑ regulã. Ad primũ argumentũ contra ſcd̃am partẽ regule r̃ndet̃ concedẽdo ꝙ nõ ſeqtur nec arguat̃ ꝑ regulã eo q̃d termini nõ tenent̃ vniuoce ſi iſta eſt excluſiua illius vniuerſalis tantum pictum eſt homo pictus.

¶ Ad cõfirmationẽ cõcedo ꝙ non ſequitur data ꝓprietate añtis: ⁊ nego ꝙ arguatur ꝑ regulã vñ ad hoc ꝙ arguat̃ per regulã requirit̃ ꝙ ſua vl̃is diſtribuatur pro oībus ſuis ſuppoſitis que habet in ordine ad illã copulam cũ qua ponitur. Ad ſcd̃m cõcedo ꝙ nõ ſequitur propter eandẽ cauſam propter quã nõ ſequebatur in argumento precedenti.

¶ Ad cõfirmationeȝ dicitur. ꝙ ex quo illa nõ eſt vniuerſalis non proprie habet excluſiuã ſecũ cõuertibilẽ. Sed illa de obliquis reſoluenda eſt in vnam de rectis. Meliori modo quo poteris vt iſta cuiuſlibet hominis eſt aſinus debet reſolui in hanc. quilibet hõ habet aſinum modo ſua excluſiua erit hec. tantuȝ habens aſinum eſt homo.

¶ Ad cõfirmationem q̃ facilis ẽ adde ſi libeat in quãlibet parte tp̃is p̃ñtis ad copulam. Ad tertiũ concedo maiorem et nego minorem. immo nõ bñ datur ſua excluſiua. Sed dãda eſt hec. tantũ ens eſt ens quod fuit. Et ex regula ſequit̃ ꝙ hec eſt vera tãtum ſortes eſt homo albus. quo plato eſt albior poſito ꝙ illi ſoli ſunt albi ⁊ plato albior ſorte. quia omnis homo albus quo plato eſt albior eſt ſortes.

Queſtio.

Queritur vtrum illa q̃ dicũtur de exceptiuis ſint bñ poſita. ¶ Et arguitur ꝙ non: quia tũc iſta foret negãda omne ens preter creaturam neceſſario eſt. ſȝ ↄñs eſt falſum ḡ ⁊ añs: falſitas conſequentis ꝑȝ. q: a communi hominũ conceptione illa venit concedenda. ¶ Et probo conſequentiã, q: deberet ſic exponi ſm̃ notabilia omne ens nõ creatura neceſſario eſt ⁊ ols creatura neceſſario eſt. et nulla creatura neceſſario eſt. mõ ſcd̃a exponẽs ẽ falſa. ergo et copulatiua. Et cõfirm̃ q: tũc illa foret vera ols hõ p̃ter ſortẽ dicit falſum poſito ꝙ ſortes dicat deum eſſe. ⁊ plato dicat illã exceptiuã ⁊ nihil aliud niſi partes eius ſed hoc eſt falſum. igitur conſequentia eſt nota. ⁊ notifico ſequelã. q: copulatiua exponens illã eſt vera. q̃ñ exponentes ſunt vere: ⁊ exponita. Aſſumptũ ꝓbo. prima exponens eſt omnis homo non ſortes dicit falſum ⁊ illa ẽ vera vt patebit in probatione minoris vbi plato quem poſuimus eſſe omnẽ hominẽ nõ ſortem: vt probabitur dicit falſum et notũ eſt ꝙ ille due exponentes ſunt vere: ſortes eſt homo ⁊ ſortes nõ dicit falſum cũ dicat p̃aſe deũ eſſe. probat̃ falſitas illius exceptiue: q: da oppoſitũ. plato dicẽs illaȝ dicit verũ: tunc ita eſt ſicut illa ſignificat: ſed illa ſignificat ꝙ ols homo nõ ſortes dicit falſum et illa eſt vera per te ⁊ vltra plato eſt homo nõ ſortes: ergo plato dicit falſum. ⁊ nõ dicit niſi illam exceptiuam ⁊ eius partes: igitur.

¶ Secundo arguitur tũc illa eſſet vera omne animal preter hominẽ eſt irrationale. ſed hoc eſt falſum: igitur. cõſequẽtia liquet cum maiore. minoreȝ probo multipliciter: q: bene ſequit̃. omne aĩal preter hominẽ eſt irrationale. ergo omne aĩal p̃ter hoĩem eſt rõnale vel irrationale ſed cõſequẽs eſt falſum. ergo ⁊ antecedens. Et ꝓbo cõſequẽtiã a parte diſiũcti ad totum diſiunctum ſine diſtributione diſiũcti falſitas cõſequentis probatur: quia eius tertia exponens eſt falſa que eſt hec. nullus homo eſt rationalis vel irrationalis abſoluendo nullus a genere. Tum ſecundo. illa eſt vna affirmatiua cuius ſubiectum non ſupponit: quia de nullo verum eſt dicere. hoc eſt animal preter hominem: quia illa non eſt propria. Tum tertio omne animal preter hominẽ eſt irrationale: ergo omne animal preter ſubſtantiam eſt irrationale: ſed conſequens eſt falſum: ergo ⁊ antecedens. probo conſequentiam ab inferiori ad ſuperius: ſorte dicis cum diſtributione ſuperioris ⁊ talis conſequentia nihil valet.

¶ Contra hoc arguit̃ ſic tunc ergo bene ſequitur. ergo omne animal p̃ter ſortem eſt irrationale poſita conſtantia. ſed conſequens eſt falſum: ergo ⁊ antecedens. Et probo conſequentiam a ſuperiori ad inferius cũ diſtributione ſuperioris per te.

¶ Et cõfirmat̃ idem: q: bene ſequitur oẽ aĩal preter hoĩem eſt irrõnale et illi hoĩes ſunt oẽs hoĩes. ergo oẽ aĩal preter hunc hominẽ eſt irrationale: ⁊ omne aĩal preter iſtũ hominẽ eſt irrationale. ſed ↄñs eſt falſum: ergo ⁊ añs. Et probo cõſequẽtiã per deſcẽſum cum diſtribuatur vt aſſeris.

¶ Tertio arguit̃. nullus hõ p̃ter ſortẽ currit. eſt de tertio mõ ⁊ nõ de ſcd̃o: ergo liber male dicit cũ dicat oppoſitũ. Aſſumptũ arguit̃. Negatio noĩalis negat totũ q̃d ſequit̃ in eadẽ cathegorica. ergo negat ly preter: cum nos teneamus illas eſſe cathegoricas: igitur.

¶ Et cõfirmat̃: q: per librum illa eſt vera. omne aĩal preter hominẽ nõ eſt rationale. ſed hoc eſt falſum. igitur cõſequẽtia eſt clara cũ maiore. ⁊ minorẽ ꝓbo: q: bene ſequitur omne aĩal p̃ter hoĩem nõ eſt rationale. ergo oẽ aĩal p̃ter hominẽ omne rõnale non eſt. ſed ↄñs eſt falſum: ergo ⁊ añs. Et ꝓbo ↄñam ex ſecũdo peiermenias capitulo ſcd̃o. Nomina ⁊ v̓ba trãſpoſita idem ſignificant ſeruatis ſeruãdis quẽadmodũ eſt in ꝓpoſito. falſitatem ↄñtis probo: quia illa ſic exponitur. omne aĩal quod non eſt homo omne rationale non eſt: et omnis homo eſt animal. ⁊ omnis homo omne rõnale eſt modo tertia exponẽs eſt falſa. ¶ Et ſic argumẽtũ Regula.

poteram facere in excluſiuis a q ille equiualeāt tm̄ homo non ē non hō. ꝛ tm̄ homo ois nō ho mo nō eſt.

¶ Quarto arḡ cōtra illud in q̄r to notabili. vbi dr̄ ꝙ ois ppō in parte falſa ſiue ra p exceptionē ſingulariū falſarum: ꝛ pono ſo lum quattuor hoīes in mūdo ſortē: platonē: ci ceronē: ꝛ iohānem quoꝝ ſortes ꝛ plato ſtudeāt ꝛ iohānes ꝛ cicero nō ſtudeāt. iam illa eſt in par te falſa. ois homo ſtudet et falſificat̄ p Johāne ꝛ cicerone. excipiēs et reddat̄ tota ppō vera. tūc opꝫ dicere omnis homo p̄ter iohānem ꝛ cicero nem ſtudet. ꝛ illa erit vera p dicta. ſꝫ pbo ꝙ nō: q2 prima exponens eſt falſa quicquid ſit de ſecū da. qȝ patet ois homo qui non eſt ioānes ꝛ cice ro ſtudet. cicero eſt homo qui nō eſt iohānes et cicero ergo cicero ſtudet. cōcluſio eſt falſa. et ꝯña in darij. ꝛ minor vera. ergo maior falſa: que eſt prima exponens quā nitimur pbare falſam.

¶ Et confirmo per terminos pluralis nūeri olno ponēdo ſolū q̄ttuor hoīes in argumēto tunc illa eſt in parte falſa omnes homines ſtudent ꝛ ſolū falſificatur pro ioāne ꝛ cicerone excipiātur per regulam: ergo exceptiua erit vera. oēs hoīes p̄ter ioānem ꝛ ciceronē ſtu dent: vel oēs homines p̄ter iſtos ſtudent. demō ſtrando eoſdem duos homines ioannem ꝛ cice ronem. pbo hoc eſſe falſum: q2 prima exponēs re eſt illa. omnes hoīes qui nō ſunt ioānes et ero ſtudent eſt falſa. patet: quia ipſa cum con ntria infert falſum in darij: patet ſic arguēdo nnes homines qui non ſunt ioannes ꝛ cicero ndēt. illi quattuor homines ſunt hoīes q̄ non ſunt ioānes ꝛ cicero. ergo illi ſtudent. ꝯcluſio eſt vtrobiꝗ falſa ꝛ minor vera. ergo maior que eſt prima exponens eſt falſa.

¶ Quinto ad idem nō ſequit̄ ois homo preter ſortē excipit̄: ergo ſortes nō ex cipitur. ꝛ arguit̄ ab exponibili copulatiue ad ex ponētē eius: ergo dicta non ſtant. ꝯña eſt clara ꝛ pbo añs ponēdo ſolum tres hoīes in mundo ſortē: platonē: ꝛ ciceronē. p̄terea volo ſortē curre re ꝛ alios iā quieſcere. illi duo excipiunt̄ ab actu currēdi. ꝛ ſic ois homo p̄ter ſortē excipit̄ quia ab actu currēdi iā exceptiua eſt poſſibilis. ꝛ p te in fert hanc. ſortes nō excipitur ꝛ cū hoc infert hāc ſortes excipit̄: q2 cuiuſlibet exceptiue pars extra capta excipitur. ſortes eſt pars extra capta. ergo ſortes excipitur.

¶ Et confirmat̄: quia ſm̄ di cta iſta eſſet falſa omne animal p̄ter hominem eſt animal poſito ꝙ eſſet vnum brutum cū ho minibus ſiue ſint plures ſiue non. ſed probo ꝙ non bn̄ ſequitur. a. alal omne alal p̄ter hoīeꝫ ē. ergo omne animal p̄ter hoīem eſt alal. ꝯña te net ab equiualentibus capiendo ly alal qȝ ſup ponit confuſe tātum in p̄dicato prime ꝛ ppono in altera. ſed añs eſt verū ꝙ pbo. q2 alal oē ani mal p̄ter hominem eſt qȝ pbo iterum. hoc alal demonſtrando brutū omne animal preter ho minem eſt ꝙ patet: quia omne animal p̄ter ho minem eſt hoc animal. ergo de primo ad vlti mum illa non eſt falſa ꝛ habetur minor.

¶ Sexto arguit tenēdo qȝ ly omne diſtribuat ſolū p generib' ſingulorꝫ. ſicut pleriſꝗ placet tūc capio illā oē alal p̄ter hoīem eſt ſanum ꝛ volo ꝙ de qualibet ſpecie alalis vnū alal ſolū eſt ſanuꝫ demptis hoībus. tunc illa eſt falſa oē alal eſt ſanum. nō excipiendo hoīes ꝛ il la eſt vera omne alal p̄ter hoīem ē ſanū. Sꝫ p bo ꝙ nō. q2 p̄ma exponens eſt falſa. oē alal qȝ non ē homo ē ſanū. igit̄ modus exponēdi nul lus. ¶ Et cōfirmatur: q2 ſm̄ illū modū exponē di illa eſſet vera. omne alal p̄ter achilleꝫ fuit in archa noe. ſꝫ ꝯñs eſt falſum. ergo ꝛ añs. ꝛ pꝫ cō ſequētia poſito ꝙ ſit diſtributio pro generibus ſingulorū in añte. q2 omne alal ꝙ nō ē nec fuit achilles fuit achilles fuit i archa noe. ꝛ achilles eſt vl' fuit alal: ꝛ achilles nō fuit in archa noe. ſi in p̄ma exponente ſit diſtributio p generibus ſingulorū ipſa eſt vera. iā pbo falſitatem ꝯñtis: q2 illa eſt in toto vera. Oē animal fuit in archa noe. ergo p nullam expoſitionem pōt eſſe vera.

¶ Et cōfirmatur illa eſt in parte vera ꝛ in par te falſa. omnis homo eſt. b. alal ꝛ tamē excipiē do ſingulares p quibus redditur falſa non pōt conſtitui exceptiua vera. ergo dicta non ſtāt cō ſequentia tenet cū maiore ꝛ minor pbat̄ q̄rēti do. an ſit habere ꝛ exceptiuā. ꝛ videt̄ ꝙ nullam poteris ſignare. ¶ Septimo arguit̄. q2 ſm̄ li b... iſta foret ppria. nō alal p̄ter hoīem eſt irra tionale. q2 non videt̄ q̄d obſtaret cum ibi ponat̄ diſtributio ad terminuꝫ a quo ſit exceptio qȝ ſi cōcedas. Cōtra q2 tunc illa non haberet cōtra dictoriā. q2 non illam alal p̄ter hominē eſt irra tionale. q2 non eſt ppō nec valet dicere ꝙ argu mētū eē̄ bn̄ cōcluderet hāc nullus hō p̄ter ſortē currit nō eē ppriā eo ꝙ nō hāc hꝫ contradicto riā. hō p̄ter ſortē currit. q2 illa ſcḋa equalet iſti. ois hō preter ſortē nō currit q̄ hꝫ ꝯdictoriā. Et ſiır illa. nō nullus homo p̄ter ſortem currit ꝯdi cit iſti nullus hō p̄ter ſortē currit. ¶ Et ꝯfirma tur: q2 illa videt̄ ſatis ppria oēs apoſtoli dei pre ter duos ſunt duodecim capiēdo ly oēs collecti ue ꝛ tamē nō ponitur diſtributio p̄ dicta nulla.

¶ Dicto de excluſiuis conſe quens eſt dicere de exceptiuis.

¶ Notandū eſt primo ꝙ ppō exceptiua ē ppō exponibilis rōne dictionis exce ptiue. Dictiones exceptiue ſunt iſte p̄ter p̄terꝗ ꝛ niſi. Et inter ſe differūt p̄ter ꝛ p̄terꝗ a niſi. quia duo prima in affirmatiuis ꝛ negatiuis ponunt̄ niſi vo ſolū in negatiuis p̄ter aliq̄ capit̄ diſtin ctiue ꝛ tūc non ꝯſtituit exceptiuā pprie dictā vt dece preter quinꝗ ſunt q̄nꝗ. aliq̄ dicūt ꝙ capit̄ ſubſtractiue ꝛ negatiue ꝛ additatiue: ſꝫ due pri me acceptiones coincidūt ꝛ in tertia acceptione non vtimur tamē quicq̄d ſit nomina ſignificāt ad placituꝫ. Alio modo capitur puer exceptiue. ꝛ ſic conſtituit exceptiuā pprie dictā. Sed ly ni ſi compoſitum de nō ꝛ ſi nōnunꝗ capitur cōſe cutiue. ꝛ eſt talis nature ꝙ lꝫ in eo includat̄ ne gatio nō cadit in terminū immediate ſequētē capacē diſtributiōis. Sed cadit prio in terminū ſequentē copulā ppōnis in qua ponitur vt niſi hō eſſet alal non eſſet ſenſitiuus ibi cadit ſuper iſtū terminū alal ꝛ nō ſup illū terminum hō: et illa dicta eſt vera ꝛ illa eſt falſa niſi hō alal eſſet hō non eſſet ſenſitiuus. Aliq̄ capit̄ exceptiue vt in ppoſito ꝛ hoc q̄ñ addit̄ alicui parti compa rate toti cuius eſt pars ꝛ nō alicui vt nullū alal

Quid propoſitio exceptiua.

Diſcrimē inter preter ꝛ p̄ter ꝗ ꝛ niſi.

Dictionis niſi varie acceptiones.

1

Corrola rium nisi gallus ē liber. Ex quo patet ꝙ illa eſt condi tionalis et nō exceptiua. Nullus hō legit pariſi' niſi ipſe ſit aſinus. ⁊ ē ſenſus. ſi nullus hō ſit aſi nus nullus hō legit pariſius. ſed illa ē diſtinguē da: nullus hō niſi ſortes currit: q2 pōt niſi tene ri exceptiue: eo ꝙ ly ſortes ē ps multitudinis de ly hō ⁊ eſt ſenſus. nullus hō p̄ter ſortē currit: vel teneſ cōſecutiue vel illatiue: ⁊ eſt ſenſus ꝙ null' Aduerte. hō currit ſi ſortes nō currit. ¶ Etiā dictiones ex ceptiue qn̄q3 faciūt ꝓpoſitiones de excepto ſub iecto: vt videns oēm hoīem p̄ter platonē currit: quedā de excepto p̄dicato: vt ſortes videt omnē hoīem preter platonē. quedā faciūt exceptiuam vt ols hō p̄ter ſortē currit ⁊ eodē modo exponū tur ille. Et quādo eſt exceptiua ſignū exceptiuū nō eſt pars extremi reputat cōiter. ſed toti' ꝓpō nis quēadmodū ſignū excluſiuū excluſiue ſum ptū nō eſt pars extremi: ſed totius ꝓpōnis in q̄ ponitur. Sed differētia videſ in excluſiuis ⁊ ex ceptiuis: q2 in excluſiuis virtus ſigni non mō in ſubiectū cadit verūetiam in p̄dicatū. vt tm̄ alal eſt hō confundit cōfuſe tm̄ ſubiectū et diſtribuit predicatū quare nō eſt potior ratio q̄ ſit ps ſub iecti q̄ p̄dicati quare relinquiſ ꝙ nō eſt ps vni' illorū ſecus eſt de ſigno exceptiuo qđ ſoluz natū eſt cadere in terminū immediatū ſi ſit capax ſui caſus: ergo videſ ꝙ ſit ps extremi cū illo: vt hic oē alal preter hoīem eſt irrationale ly preter ca dit ſolū in ly hominem: ergo debet eſſe ps extre mi ſecum ⁊ in reduplicatiuis ſimiliter.

¶ Notandū eſt ſecundo ꝙ vt

Octo exce ptiuaꝝ ge nera patz ex doctrina nūc cōi in ſpeciali ponunſ octo genera exceptiuarū. Primus modus. eſt excepti ua in qua nulla poniſ negatio: vt omnis homo p̄ter ſortē currit. Scđs modus eſt ꝯtradictorius illi p̄ponendo negationē negātem vt nō omnis hō p̄ter ſortem currit. Terti' modus qn̄ ſola ne gatio p̄cedit copulam. vt ols hō preter ſortē nō currit. Quart' modus eſt p̄ponēdo negationem negātem illi. Quint' ē preponēdo negationem immediate ſigno exceptiuo: vt ols hō non p̄ter ſortem currit. Sextus modus cōtradictori' illi. Septim' modus eſt p̄ponendo negationē ante ſignū ⁊ aliam ante copulā. vt ols hō non preter Veteres dialectici. ſortē nō currit. Octauus ē modus illi cōtradicto rius. ¶ Et nūc ita dogmatizāt oēs. Sz veteres dialectici tm̄ quattuor modos poſuerūt. vt pz ex eoꝝ monumētis. Sed michi videor ꝙ moderni Multipli catio ē mr̄ ignorātie. male ſupaddunt. illos quattuor modos ⁊ hic in reduplicatiuis qđ ꝓbo primo. q2 confundūt iu uenū ingenia in multiplicitate q̄ ē mater igno Scđo to picorum rātie q2 facilius eſt ad pauca inſpicere q̄ ad plu ra ex ſcđi topicoꝝ capitulo tertio. ſcđo ꝓbo rōne quītus modus eorū et ſcđs coincidūt. ergo male ponūtur modi diſtincti. ꝯña eſt clara ⁊ ꝓbo añs q2 demus duas ꝓpōnes quaꝝ vna ſit de ſecūdo ⁊ altera de q̄nto p eos. vt nō ols hō preter ſortem currit. ⁊ om̄is hō nō preter ſortem currit. vtraq3 illaꝝ exponiſ diſiūctiue ⁊ nō differūt niſi penes exponētes pticulares et vles: q2 prima exponēs prime ē hec. hō qui nō eſt ſortes nō currit: ſz pri ma exponens ſcđe eſt hec. ols hō qui non eſt ſor tes nō currit. et ſcđa exponēs prime ē. ſortes nō eſt hō ⁊ eadē eſt ſcđa exponēs ſcđe. ⁊ tertia expo nēs p̄me eſt. ſortes currit ⁊ eadē eſt tertia expo nens ſcđe. Sed ppter vnā ꝓpōnem vlem ⁊ aliā particularē nō datur diuerſi modi: q2 tunc in ex cluſiuis dares viginti modos. vt tm̄ ols hō cur rit: tm̄ homo currit: tm̄ ſortes currit. Queliz vaꝝ triū habet tres annexas ſm̄ ꝙ ſunt q̄ttuor mo di cōiter dari excluſiuarū: et eodē mō ſeptimus modus ⁊ quartus coincidūt: vt datis iſtis duab'. Non ols hō preter ſortem nō currit. Omnis hō nō p̄ter ſortem nō currit. quaꝝ prior eſt de quar to mō et ſcđa de ſeptimo. Et eodē modo octau' ⁊ tertius coincidūt. vt datis iſtis duab' Non ols hō non preter ſortē non currit: et ols hō preter ſortem nō currit cum ly preter in neutra negaſ Et nō differunt niſi p particulare ⁊ vle qđ nihil facit ⁊ ſext' modus et p̄mus equalent: vt captis iſtis duabus. ols hō p̄ter ſortem currit. non ols hō non p̄ter ſortem currit: imo poteris ſic diſpo nere terminos ꝙ termini ſupponūt eodē mō.

¶ In primo ⁊ ſexto modis vt omnis homo preter ſortē currit: ⁊ nō homo nō preter ſortē currit. q2 ly hō diſtribuitur in vtraq3 vel in vtraq3 diſtribuiſ ly homo. In vna a om̄is in altera a ly nō in capite ꝓpoſitionis poſito. et niſi generarem lectoribus tediuz vtiq3 facerē in om̄ibus modis eodē modo ſtare terminos: ſed illud oſtēdo tibi clariſſime in reduplicatiuis vbi ſic ordināt modos. Omnis homo inquātum ra tionalis eſt riſibilis. Nō omnis hō inquantū ra tionalis eſt riſibilis. Omnis hō inquantū rōna lis nō eſt riſibilis. Non omnis hō inquantū ra tionalis non eſt riſibilis. Ols homo nō inquan tum rationalis eſt riſibilis. Non omnis hō inq̄ tum rationalis eſt riſibilis. Omnis homo inq̄ tum rationalis non eſt riſibilis. Non ols homo non inquantū rationalis non ē riſibilis.

¶ Illa de quinto modo om̄is homo nō inquātum rationalis eſt riſibilis equi ualet iſti. Nō hō inquātum rōnalis eſt riſibilis: illa ſcđa eſt de ſecūdo modo. ergo ꝓpōnes de q̄n to ⁊ ſcđo modis equalent. et ꝓpoſitio de octauo modo. Non ols hō nō inquātum rationalis nō eſt riſibilis equalet iſti de tertio modo formali ter. homo inquātum rōnalis non eſt riſibilis. ⁊ idem in ſimilib' ſemp tenēdo cetera paria. Iſti quattuor vltimi modi coincidunt cū q̄ttuor pri mis modis ⁊ ſic ſupfluūt: et q2 res eſt adeo clara de ſe non opus ē in ea magna plixitate.

¶ Nota inſup tertio ꝙ nulla Aduerte eſt exceptiua ꝓpria niſi ei' ſubiectū diſtribuaſ ⁊ hoc ex mō ſigndi ſigni exceptiui ꝓuenit.

¶ Ex quo ſequitur illam non Corrola rium. Okam. fore exceptiuam neq3 ꝓpoſitionē homo p̄ter ſor tem currit. Ex iſto fundamēto infert Okam ꝙ ab vniuerſali ad indefinitā non ſemp valet con ſequētia: quia non ſequitur. Omnis homo p̄ter ſortem currit. ergo homo preter ſortem currit. ſed iſtud corrolariū eſt falſum. Sed bene veruz eſt ꝙ conſequentia nihil valet: q2 non eſt ibi cō ſequentia cum non ſit ibi cōſequens: ſed ex illo nō habet corrolariumz quia nō infert indefini tam: quia nō eſt ꝓpoſitio ſm̄ eundē. imo infert illa vniuerſalis illam indefinitam. Non omnis homo preter ſortem nō currit. Et per ſubiectuz in regula intelligēdo terminū a quo ſit exceptio qui cōmuniter eſt p̄ncipalior pars ſubiecti: ⁊ ita Cōis dia lecticoꝝ modus accipit propter breuiloquium cōmuniter loquū tur termin' ſup quē cadit ſignū exceptiuū vocaſ ps extra capta cōiter dz ꝙ iſta q̄ttuor ſunt pſide rāda in exceptiua. ſ. termin' a quo ſit exceptio.

pars extra capta ſignū exceptiuū ⁊ p̄dicatū.

Nota.

¶ Sed hoc parū eſt dictu. qꝛ eodem modo copula ⁊ ſigna ſunt conſiderāda: ⁊ ſemꝑ pars extra capta dꝫ eſſe inferioꝛ ad ſubiectū: vt dicunt dyalectici; ſꝫ hoc bene intellige ſic ſcꝫ ꝙ pars extra capta non dꝫ eſſe ſuperius quidditatiuū. denotatiuū. cōuertibile. vel diſparatū ad ſubiectū quare oēs tales ſunt improprie: ois homo p̄ter aīal currit. om̄is hō preter aſinū currit: ois homo preter coloratū currit. Sed in terminis impertinētibꝰ non opꝫ ꝙ pars extra capta ſit inferioꝛ ad ſubiectū vel contra: qꝛ vtraqꝫ illarū eſt bene ꝓpria oē albū p̄ter comedens diſputat. vel oē comedēs p̄ter albū currit: in talibꝰ imptinētibꝰ ſufficit ꝙ p̄ſit ꝓ eodē ſupponere.

Corolarium.

¶ Ex illo ſequitur ꝙ licet ille equiualeant. non omnis homo currit et homo non currit: tamē addendo preter ſortem vtriqꝫ vnum aggregatum non equiualebit alteri imo vnum erit non ꝓpoſitio.

Nōnulla dubia.

¶ Sed cōtra dicta occurrunt dubia. Et p̄mo contra fundamētū: qꝛ hec eſt ꝓpria. nō ois homo preter ſortē currit. et tñ ſubiectū nō diſtribuitur. ergo. Silr iſta eſt ſatis ꝓpria Totus ethiops p̄ter dentes eſt niger. Etiā illud argumētū pōt applicari ad ꝓpoſitū vbi dꝛ ꝙ ps extra capta debet eſſe inferioꝛ ad ſubiectū.

¶ Confirmo dupliciter cōtra illud vltimum. Tum primo. quia illa eſt propria nullus ſol preter hunc ſolem lucet. et tamen hic non eſt inferius ad ſol. Tum ſecūdo. illa eſt ſatꝫ propria. omnis homo preter ſortem et platonē currit. eſto ꝙ ſint ſolum tres homines in mūdo ſortes plato et cicero. ⁊c.

Dubiorū ſolutiōes

¶ Ad primū argumētū facile reſpondetᷣ ꝙ ly omni ibi nō ponitᷣ tāꝙ ps ſꝫ ad coartandum ly animali ne diſtribueretur ſaltem

in ordine ad totam illam propoſitionem.

¶ Secũdo reſpondet ⁊ periculoſius cõcedẽdo ꝙ eſt pars ꝑdicati ⁊ negãdo ꝙ totũ predicatũ nõ ſupponit. ſed de hoc ꝙ ly omne aĩal nõ ſupponit: ⁊ tñ totum ſupponit ponã propoſitiones virtualiter.

¶ Prima ꝓpoſitio. Aliqđ totũ cõplexũ cuiꝰ vna pars nõ ſupponit: ſupponit. Probat̃ fenix eſt oĩs fenix hoc ꝑdicatũ ſupponit vel ſaltẽ hoc cõplexũ: oĩs fenix ⁊ tñ oĩs nõ ſupponit. Similiter ſortes eſt nõ chimera ꝑdicatum ſupponit. ⁊ nulla pars eius ſupponit: nec ly nõ. nec ly chimera ſupponit illic addo ly nõ vt cauſetur ſuppoſitio materialis. qꝛ hoc ꝓuenit rõne ꝑdicati: ſcđe ſignificationis. ſed vt amicabilius explicetur. Similr̃ ſubiectũ huius: aſinus cuiuſlibet hoĩs currit ſupponit in caſu quo eẽt vnꝰ aſinus cõis ⁊ tñ hoc totũ qlibet homo nõ ſupponit ſed in talibus ſufficit ad ſuppoſitionẽ dũmodo totũ ſit verificabile. Dicitur dũmõ totũ ſit verificabile. Propterea in illa ſortes eſt oĩs hõ hoc totum nõ ſupponit eſto ꝙ hõ ſupponit. qꝛ totũ de nullo eſt verificabile. ex his ſequit̃ has eẽ falſas ſortes eſt fortior ante quod eſt omnis homo ſortes eſt doctior chimera. brunellus eſt albior aſino antixp̃i. vel omni chimera. Corrolarium.

¶ Ad ſecũdũ argumẽtũ. cõcedo añs ſed ꝯñam nego cũ ꝯ itꝫ. Et ad probationẽ nõ opꝫ eſto ꝙ ſint in eadẽ materia cõpoſite ex terminis eiſdẽ vel ſimilibus ꝙ valerẽt eque. vt patet de iſtis hõ eſt hõ: oĩs hõ oĩs hõ eſt: ſcđa eſt impoſſibilis naturalr̃. ⁊ prior neceſſaria. ¶ Secũdo dico ꝙ nõ ſunt in eadẽ materia. quia iſta muſca eſt fortior muſca eſt in materia remota. quia predicatũ non põt cõpetere ſubiecto. ⁊ illa eſt in materia cõtingẽti muſca: muſca eſt fortior Notes. ⁊ tunc ad formã dico nõ oportet oẽs propoſitiones compoſitas ex eiſdẽ terminis eẽ in eadẽ materia qñ ꝓuenit alia acceptio terminoꝝ vt puta ſuppoſitio vel aliud in vna q̃ nõ prouenit in alia ⁊ hoc intrinſece. Dicit̃ intrinſece. qꝛ alr̃ videret̃ ꝙ ille nõ eſſent in eadem materia hõ eſt homo ⁊ oĩs homo omnis homo eſt qđ eſt falſum ⁊ dico videretur: qꝛ in rei veritate ex mea ſolutione negatiua neſcis hoc inferre.

¶ Scđa propoſitio. tu eris ſenior q̃ tu es ⁊ in illo inſtãti tu nõ eris ſenior q̃ tu eris. prima pars probat̃. nũc tu es ſenex ⁊ tũc nõ eſt ita ſenex ſicut tu eris: ergo tu eris ſenior q̃ tu es. ꝯña tenet: qꝛ ſufficiunt ille due exponẽtes. quando eſt comparatio ad idem.

¶ Tertia ꝓpoſitio patet ſua cõtradictoria eſt falſa in aliquo inſtanti tu eris ſenior q̃ tu eris. quia ſignetur illud inſtans ⁊ ſit a. Et arguitur ſic. in a tu eris ſenior q̃ tu eris ergo in a tu eris ſenior q̃ quo vnq̃ inſtanti futuro tu eris. tenet ꝯña. qꝛ ſenior q̃ diſtribuit tẽpus importatum per copulam vel inſtans. et loquor vt plures addendo duo ſigna impeditiua: ac ſi eſſet ſola diſtributio ⁊ ſic illa eſt falſa tu eris ſenior q̃ tu eris. quia valet iſtam. tu in aliquo inſtãti eris ſenior q̃ in quocũq̃ tempore eris ⁊ hoc iterum eſt falſum ſi capiat diſformiter ſic. in aliquo tempore tu eris ſenior q̃ in quocũq̃ inſtanti tu eris. ⁊ hoc poteſt cõcedi. ⁊ tũc exponẽdo [illegible] eris ſenior q̃ tu eris capiatur relatiuũ identitatis vt dictum eſt.

¶ Cõtra priorẽ partẽ huius prime propoſitionis. ¶ Arguit̃ ſic de ineſſe ꝯ [illegible] eſt impoſſibilis tu eris ſenior q̃ tu es pꝫ de hac tu es ſenior q̃ tu es ad hoc reſpondetur duobus modis. ¶ Primo ſophiſtice non oportet q̃libet talem cum dictionibus temporalibus de futuro habere vnã de preſenti verã vel poſſibilẽ. ¶ Secundo ad rẽ dico ꝙ hec eſt ſua de preſenti tu es ſenior q̃ tu fuiſti a tempore ꝙ patet qꝛ iſta ſignificat ꝙ in aliquo inſtanti puta b. vel. c. tu eris ſenior q̃ tu es. in hoc inſtanti quod ſupponimus eſſe. a. tunc ad rẽ ſua de ineſſe eſt hec in b tu es ſenior q̃ tu fuiſti in a. ¶ Sexta propoſitio nix homine eſt albior. patet ꝑ exponẽtes eiꝰ. ¶ Septima propoſitio ſortes eſt maior ſua parte licet ſortes nõ ſit maior parte patet prior pars per exponẽtes eius. ⁊ hoc tenendo ꝙ cõparatiuus diſtribuit terminũ ſequentẽ ꝑ reſtrictionẽ ſui poſitiui. qꝛ ſic dicẽdo: nix eſt albior hoĩe: homine diſtribuit̃ pro homine albo ſolũ ſi teneret̃ ꝙ diſtribuat abſolute vtrumq̃ corrolarium eſt falſum. qꝛ homo non eſt maior ſua anima. aſſertiones corr larioꝝum ſtant ad nomen. non in ſe ſed in ſuo fundamento.

¶ Octaua ꝓpoſitio. Alexãder fuit debilior q̃ fuit achilles. ſed alexãder nõ fuit debilior achille ꝓpoſitio pꝫ tota ſuppoſito cõi modo loquendi ꝙ quando ſit eſt geminatio copule tunc non eſt addendum ly ſimul in exponẽtibus et quando eſt ſimplex copula tũc oportet ⁊ ꝙ dũ achilles: vt rei veritas eſt. ꝑceſſit alexandrum.

¶ Nona propoſitio. hoc totũ eſt maiꝰ ſua pte: ⁊ in nulla ꝓportiõe ẽ maiꝰ ſua ꝑte prior ps ẽ nota. ⁊ ſcđa pꝫ: qꝛ nec in duplo: qꝛ ẽ ꝑcise in duplo maiꝰ ſua medietate nec ĩ triplo. qꝛ in triplo ẽ ꝑciſe maius ſua tertia pte. hoc nõ obſtante omne totum in aliqua ꝓportione eſt maius ſua parte patet inductiue nec ſequitur ergo aliquod totũ in aliqua proportione eſt maius ſua parte.

¶ Decima ꝓpoſitio. Ille monachus eſt albior platone: ſed ille monachus nõ eſt albior monachꝰ platone. prior pꝫ ꝑ eius exponentes ille monachus eſt albus et plato eſt albus ⁊c. Et hic albus non habet ly monachus pro ſubſtantiuo. Scđa pars patet qꝛ implicat ꝑ prima exponente hanc ille monachus eſt albus monachus. q̃ eſt falſa immo licet ſit nudꝰ ⁊ nõ habeat veſtes monachales. licet ſit apparentia.

¶ Undecima ꝓpoſitio ſortes cordiger eſt melior platone cordigero ſed ſortes nõ eſt melior cordiger platone. tota ergo verificatur poſito ꝙ ſortes et plato ſint boni et ſortes melior platone. ⁊ plato habeat meliorẽ habitũ. prior patet ex propoſitione precedenti. Secũda pars pꝫ. qꝛ ſortes non habet meliorẽ habitũ platone. ⁊ hoc ibi denotat̃ qđ probo. qꝛ per iſtã ſortes eſt albior monachus ꝙ plato. ſignificat̃ ꝙ hꝫ habitũ meliorẽ ſm̃ vnã cognotationẽ de ly monachus. et ſi ita eſſet ꝙ ſortes haberet habitũ albiorẽ platone eſſet vera ſic ꝑ iſtã ſortes eſt bonus monachus ſignificabit̃ ꝙ hꝫ bonũ ha

bitū monachalē licet nō ſm ꝯſuetū modū loquēdi: ergo idē erit hic ſortes eſt bonus cordiger. q2 cognotatum de ly bonus pōt competere cognotatiuo minus principali de ly cordiger. ⁊ eodem mō de comparatiuo ⁊ habetur ſecunda pars.

¶ Duodecima ꝓpō. Sol eſt maior hac ſtella: ⁊ idem ſol ē maior hac ſtella. et ſic de ſingulis. Et tñ ſol nō ē maior hac ſtella et hac ſtella. ⁊ ſic de ſingulis eaſdē ſtellas demonſtrando. p3 poſito ꝙ ſol ſit de ſpē ſtellarū. et capiēdo ⁊ in priori pte copulatiue. ⁊ in ſcđa copulatim quēadmodū ſol ē maior iſta medietate. et ſol ē maior iſta medietate. ⁊ tñ nō ē maior iſta ⁊ iſta copulatim eaſdē medietates demōſtrādo.

¶ Tredecima ꝓpoſitio ariſtoteles nō fuit ſcientior deo ⁊ theophraſto: ⁊ ſi ponas oppoſitū ipm ꝓbādo more cuiuſdā qđ Ariſtoteles fuit ſciētior deo ⁊ theophraſto. quia dicit tertia exponēs eſt falſa de⁹ et theophraſtus fuerūt ſciētiores ariſtotele cū ſequat̄ ergo theophraſtus fuit ſciētior ariſtotele: illa ꝯña eſt nulla capiēdo ⁊ complexiue quēadmodū capit.

¶ Decimaquarta propoſitio ens nō eſt generalius ꝙ corpus vel homo. nec animal generalius homine p3 q2 neutrum eſt gñale licet ens ſit cōmunius ꝙ corpus ſiue hō nō eſt terminus communior ꝙ ſortes. p3 de ſe.

Superlatiui propoſitio bifariam exponitur.

¶ Notandum eſt quinto ꝙ ꝓpoſitio in qua ſuperlatiuus ponitur pōt dupliciter exponi. Uno mō affirmatiue. vt dictum eſt ſortes eſt doctiſſimus holm. ſortes eſt doctus. ⁊ q̄libet hō alius a ſorte eſt doct⁹ ⁊ nullus homo alius a ſorte eſt ita doctus ſicut ſortes. et hoc ſi exponatur negatiue. ſi affirmatiue. tertia exponens ē iſta ſortes quolʒ hoīe alio a ſe ē doctior. ſed vbi ponitur ſuperlatiu⁹ ſine termino ſequēti: ſic h3 duas exponētes ⁊ hoc eſt dupliciter. q2 ſcđa pōt eē affirmatiua vl negatiua. vt ſortes eſt fortiſſim⁹. ſortes eſt fortis. ⁊ ſortes ē quolʒ alio a ſe fortior. vel nullus ali⁹ a ſe eſt fortior ſorte. decē ſunt generaliſſima. decē ſunt gñalia. et nulla ſunt generaliora illis decē negatiue exponēdo vel illa ſunt oībus aliis generaliora affirmatiue ⁊ qñ non eſt diſtributio in exponibili cauendū eſt ne ſit diſtributio in exponētib⁹. vt hic ſortes eſt fortiſſimus omniū holm. ſortes eſt fortis. ⁊ hō eſt fortis ⁊ aliqs hō nō eſt fortior ſorte addendo relatiuū idētitatis in tertia exponēte q2 alis nō valeret formaliter. vt p3 hic ſortes ☞ eſt albiſſim⁹ omniū holum. ¶ Rurſus aduerte ꝙ termin⁹ rect⁹ a ſuplatiuo d3 poni ad poſitiuū in exponētib⁹ ⁊ d3 eē ſuū ſubſtātiuū. ſi fuerit genitiuus pluralis numeri ⁊ terminus non collectiuus ſ3 ſi fuerit collectiu⁹ d3 poni cū prepoſitione exēplum vt leo eſt fortiſſimus lincū ſic exponit̄ leo eſt fortis ⁊ ſimul linx eſt fortis ⁊c. diomedes fuit atrociſſimus in exercitu diomedes fuit atrox in exercitu: et ſimul quilibet alius fuit atrox in exercitu ⁊ ſimul nullus in exercitu fuit ita atrox ſicut diomedes nouiſſime venit ſortes ad lectionem tarde venit ſortes ad lectionem. ⁊ nullus ita tarde vel nullus tardius.

Ad predictorum cognitiones annectuntur ꝓpoſitiones.

¶ Notanduz eſt ſexto ꝓ iſtis cognoſcēdis ponunt̄ ꝓpoſitiones. Prima ē ſortes q̄ non eſt fortiſſimus holum eſt fortiſſimus olm holm p3 poſito ꝙ ſor. habeat platonē fortiorē ſe ⁊ ciceronē debiliorē. ¶ Scđa ꝓpō de cōparatiuo eſt imprimēs de forma reſpectu ꝓpoſitionis de ſuplatiuo cōpoſite oīno ex ſilibus terminis p3 neutra eſt formalr illatiua alterius: quia nō ſequit̄ fortes ē fortior lince. ergo ſortes eſt fortiſſimus lincū: nec credendū eſt ꝙ vocatū ꝯñs eſt incōgruū immo eſt ꝯñs tenendo ꝙ ꝯña mala eſt ꝯña nec Alexāder voluit dicere oppoſitum in gradib⁹ cōparationis. ſ3 capit ibi ꝯgrua ꝓ vera vt dicit. Cōgrua nō eſt hec fortiſſim⁹ eſt leo lincum. nec ꝯtra ſequit̄. ſortes eſt fortiſſim⁹ holm: ergo ſortes eſt fortior hoīe cū añs ſit ꝯtingens ⁊ ꝯñs impoſſibile. ¶ Tertia ꝓpoſitio celū immo nullū celū mouet̄ velociſſime corpoꝝ. eſto ꝙ teneamus ꝙ mobile moueat̄ ita velociter ſicut aliqua pars eius que velociſſime mouet̄ ſicut tenet Hentiſber. ⁊ dato cū hoc teneatur ꝙ aliq̄ ſupficies diſtinguat̄ realr a corpore. ꝓbat̄. quia ſua oppoſita eſt falſa. celū mouet̄ velociſſime corpoꝝ: quia ſcđa exponēs eſt falſa qđ l3 corpus mouetur. Quarta ꝓpō ſortes fuit primus in lectione ⁊ vltimus in lectione poſito ꝙ ipſe cum aliis nouē preciſe fuiſſent in lectione quoꝝ nullus intraſſet ante aliū. ⁊ hoc negatiue exponēdo. Cōcluſio reſponſiua illa que dicunt̄ de cōparatiuo ⁊ ſuplatiuo ſunt bene poſita. ¶ Et ad primam rōnē ante oppoſitū nego ꝙ illa debeat concedi aliqua pars cōtinui eſt maior aliqua parte a cōtinui: immo eſt impoſſibilis ⁊ ꝓ illo toto de curſu rñdetur ſufficiēter in vno verbo in tertio notabili ꝙ opꝫ illā primo reſoluere rōne primi termini reſolubilis: et capta vna iſtarū hec pars a continui eſt melior aliqua parte a continui notum eſt ꝙ illa eſt falſa.

Alexāder. Aerius. Hētiſber. Reſpōſiua cōcluſio.

¶ Ad confirmationez de iſta ſortes poſſibilr ē maior ſorte. diceres ſorte ꝙ o3 cape terminū infinitū vt d3 arguēdo ⁊ ſic exponit̄ ſortes poſſibilr magn⁹ ⁊ ſimul ſortes poſſibiliter eſt nō ita magnus ſicut ſor. mō exponētes ſunt copulatiua īpoſſibilis ꝓpter partiū incompoſſibilitatē: nō denotet̄ idētitas tpis in illis cathegoricis ſ3 illud nihil valet cū q̄libet ꝓs ſic neceſſaria: q2 ē modalis diuiſa de poſſibili. poſſibilis de nullo extremo reſtricto ꝓpterea credo tertiā exponētē dēbere dari cū īpoſſibilr: q2 o3 ſemꝑ cape copulā oppoſitā ī tertia exponēte ad copulā pncipalē: ⁊ ſic tertia exponēs erit hec. ſor. impoſſibilr ē ita magn⁹ ſic ſor. ⁊ ſic vt paucis abſoluā ſor. nō poſſibilr ē albior platōe l3 ſit albior platone. nec ab eē ad poſſe eē excluſa diſtributione ip vale argumētū ⁊ potiſſimū reſpectu dictionis īcludentis negationē: quēadmodū ē cōparatiu⁹. Nota ☞

¶ Secundū argumentū. ſolutum eſt ⁊ dicat̄ ꝙ opꝫ capere relatiuū idētitatis. ¶ Ad cōfirmationē de iſta adā eſt por antixpo vbi cōparatiuus eſt ampliatiuus. poſitiuus ꝓo nō dicit̄ ꝙ termin⁹ debet ſic capi ample nec hic denotat̄ ſimultas tpis. ⁊ opꝫ ſic exponere adam eſt vel fuit ante. antixpus eſt vl erit in aliquo tpe ⁊ tps quo ē vel fuit adā eſt vel fuit ante tps antixpi vel aliqđ ſile ſed ſi ꝓ pridē importet̄ tps proportionalr ſicut ꝓ ſuū cōparatiuū accōmodam⁹ eſſet addere poſitiuū in exponētibus ⁊ eodē modo dicat̄ antixpus eſt poſterior adā habendū reſpectum ad oppoſitā ampliationem.

¶ Ad tertium argumentum

dicitur ꝙ nõ bñ exponit̃ vt pꝫ ex tertio notabili. ¶ Ad cõfirmationẽ cõcedo ꝙ nõ ſequitur ſortes eſt in infinitũ pfectior aſino. ergo ſortes eſt in infinitũ pfectus nec illa eſt prima exponẽs q2 expoſitio incipit a ly infinitũ ⁊ exponat̃ primo ſm̃ acceptiões de ly īfinitũ. ¶ Et ad argumẽtũ in ſe eſto ꝙ detur ſtatus aſinus nõ põt attingere perfectionẽ hoĩs quia aſinus nõ põt eſſe perfectior ꝙ̃ ſit eſſentialiter.

☞

¶ Ad quartum argumentuꝫ de iſta fortior hoĩe ſortes nõ ẽ mihi videor ꝙ illa dꝫ exponi diſiũctiue ꝑ diſiunctiuã cõpoſitã ex contradictoriis exponẽtiũ iſtiꝰ omne fortiꝰ hoĩe ſortes eſt ⁊ qñ illud improbas de iſta tñ hõ nõ eſt alal. q2 iſta exponit̃ copulatiue fateor nec ſequitur ꝙ ꝓpterea ita dicendum eſt in aliĩs q2 in excluſiuis ⁊ in reduplicatiuis ꝓpoſitio de ſigno negato nõ equiualet ꝓpoſitioni formaliter gr̃a acceptiõis terminoꝝ de eodẽ ſigno affirmato ſecus eſt de iſtis ⁊ indifferens ſilr̃ ⁊ ſic reſpice ad vnam affirmatiuã q̃ copulatiue exponitur ⁊ ſua oppoſita diſiũctiue exponit̃ vt ſortes fortior aſino currit ſic exponit̃ ſortes fortis currit ⁊ ſit quilibet aſinus eſt fortis ⁊ nullus aſinus eſt ita fortis ſicut ſortes currẽs q2 ad verificanduꝫ iſtã ꝓpoſitionẽ nõ opꝫ aſinũ currere ſua cõtradictoria ſortes fortior aſino nõ currit diſiũctiue exponit̃ ⁊ cõtradictorio mõ ex iſto ſequit̃ ꝙ ꝓpoſitio de cõparatiuo in qua cõparatiuꝰ negat̃ copulatiue exponit̃. hoc ꝓbatur iſte cõtradicũt ſortes fortior aſino currit ⁊ ſortes fortior aſino nõ currit. ergo ꝑ primã regulam equipollentiarũ iſte equipollebunt. nõ ſortes fortior aſino non currit. ⁊ ſortes fortior aſino currit. ⁊ vna exponitur copulatiue: ergo ⁊ altera. nec valet refellere probationẽ ꝯñe. q2 diceres argumẽtum ꝓbaret iſtã oĩs homo currit exponi copulatiue eo ꝙ equipollet iſti tm̃ currens eſt hõ. hoc eſt falſum non equipollet ſed preciſe equiualet.

Correlarium.

¶ Ad aliud de propoſitiõe de diſiũctiua copula põt dici ꝙ due prĩe exponẽtes ſunt q̃litatis eiuſdeꝫ cũ exponibili ſicut in aliĩs ⁊ tertia dꝫ eẽ oppoſite qualitatis. hoc eſt q̃libet copula affirmata partialis in exponibili dꝫ negari in tertia exponẽti ⁊ queliꝫ negata affirmari ſed ẽ vnũ aliud ibi notãdum ꝙ nõ dꝫ exponi copulatiue q2 nõ eſt maior rõ ꝙ copulatiue exponatur ꝙ̃ diſiunctiue nec cõtra nec iſta foret vera ſortes eſt melior vel nõ eſt melior platone poſito ꝙ ſortes eẽt melior platone quod pꝫ. quia tertia exponẽs eſt falſa cũ ſit hec plato nõ eſt vl̃ nõ eſt ita bonus ſicut ſortes. vel ſic plato nõ eſt vel eſt ita bonus ſicut ſortes vt virtus negationis ferat̃ preciſe ſup eſt vel q2 ſic vel vꝫ ⁊ mõ illa tertia exponens eſt falſa: ⁊ ſua cõtradictoria eſt vera. ſ. plato eſt vel nõ eſt ita bonus ſicut ſortes ꝓpterea dico iſtã ſortes eſt vel nõ eſt melior platone dꝫ exponi partim copulatiue ⁊ partim diſiũctiue: et hoc eſt irrationabile ſic ſortes eſt vel nõ eſt bonus: ⁊ plato eſt vel non eſt bonus ecce nũc vnã copulatiuã ⁊ poſtea opꝫ capere ly vel et addere tertiã exponẽtẽ ⁊ dicere ſic plato nõ eſt vel eſt vel eſt ita bonus ſicut ſortes mõ hoc totũ eſt verum ex quo eſt vna diſiunctiua cuius prior pars que eſt vna copulatiua eſt vera: vel ſi et ſit copulatiua principalis adhuc exponentes ſunt vere ex quo prima exponens eſt vera et ſecunda cathegorica que diſiunctim verificat ſcdãm pt̃e principalẽ illius copulatiue adhuc exponentes ſunt vere ſꝫ dicas quare citiꝰ capio vel in ſcdo loco ⁊ in primo ꝙ̃ econuerſo ad hoc dico ꝙ modica me mouet rõ: ſꝫ opꝫ in vno vel in alio et illud nõ poſſe ſufficere. quia illo dato ſtaret exponibilem eſſe falſam exponẽtibus veris qđ inconueniẽs in ꝓpõnibus in ꝓpoſito pertinẽtibꝰ pꝫ volo ꝙ plato fuiſſet minor ſorte ⁊ nũc ſit equalis tũc capio hãc ſortes eſt vel nõ fuit maior platone tũc illa exponibilis eſt falſa qđ pꝫ equalet vni diſiũctiue. q2 ly vel ex pte copule nõ negatũ diſiũctioni equiualet mõ vtraqꝫ pars ẽ falſa. primo hec ſortes eſt maior platone. ſcdo hec ſortes nõ fuit maior platone ⁊ tñ iſto mõ exponẽdo exponẽtes ſunt vere ſortes eſt vel non fuit magnus ⁊ plato eſt vel nõ fuit magnus ⁊ reliqua. vtraqꝫ iſtarũ eſt vera. ergo quãcũqꝫ ꝓpoſitionẽ diſiunctim addendo tota diſiunctiua eſt falſa ſi ponas diſiũctionẽ in principio in idẽ redibit credo melius illã debere exponi ꝑ copulatiuã ⁊ diſiũctiuã cõpoſitas ex partibus cõtradicẽtibꝰ vt a ſortes eſt vel nõ eſt melior platone ſic exponit̃. ſortes eſt bonꝰ ⁊ ſic plato eſt bonꝰ ⁊ plato nõ ẽ ita bonꝰ ſicut ſortes. ⁊ poſtea ꝓpter negationẽ addere eẽ diſiũctiue hãc diſiũctiuã ſortes nõ eſt bonꝰ: vel plato nõ eſt bonus vel plato non eſt ita bonus ſi eſt ſortes.

¶ Ad quintum cõcedo ꝙ templum noſtre dñe eſt maius vna formica et templo ſancte genouefes ⁊ nego illam tẽplũ noſtre dñe eſt maius tẽplo ſancte genouefe et ſancto michaele q2 implicat̃ hãc ſanctus michael ẽ magnus. q2 ſcđa exponẽs eſt hec. tẽplũ ſancte genouefes ⁊ ſanctus michael ſunt magna ſꝫ ꝯ hoc arguit̃ vnꝰ bos ẽ maior hac materia et hac aĩa demonſtrãdo partes ſortis ſuppono gr̃a argumẽti qđ aĩa ſenſitiua idẽtificetur cũ intellectiua lꝫ non ſit opus. ⁊ tñ nõ ſequit̃ ꝙ aĩa intellectiua ẽ magna ⁊ bos ſit maior pꝫ q2 hic bos eſt maior hoc hoĩe: ergo hic bos ẽ maior his partibus anima ⁊ materia demonſtratis.

¶ Ad argumẽtum reſpondeo tripliciter. ¶ Uno mõ negãdo illã ⁊ iterum nego ꝙ hic bos ſit maior ſorte ⁊ nihil poteſt eẽ magnus ſorte: quia ſortes nõ poteſt eſſe magnus: q2 vna pars eſt indiuiſibilis nec hoc eſt extraneuꝫ valde georgius bruxellẽſis primo phiſicoꝝ negat hãc hõ eſt ſua quãtitas cõtinua licet appareat ꝙ ſic q2 hec eſt medietas ⁊ illa copulat̃ que ad vnuꝫ terminũ cõem ꝙ ipſe haberet negare. Scdo cõcedo illã: vnus bos eſt maior hac materia ⁊ hac forma nec ſequit̃ ꝙ hec forma ſit magna ſed ſufficit ꝙ hec materia ⁊ hec forma ſunt partes magne qđ ẽ verũ quẽadmodũ hic nõ hõ mõſtrãdo materiã ⁊ hic nõ hõ demonſtrãdo formã ſunt hic hõ demõſtrãdo ſortẽ nec opꝫ ꝙ hic non hõ ſit hõ: nec eſt ſimile de ſancta genouefa ⁊ michaele: q2 non ſunt res magna nec res magne. Secunda ſolutio mihi videtur melior ſaltem bona quia prima forte non eſt bona.

Attende.

Georgius.

¶ Ad ꝯfirmationẽ de iſta. aliquo minore te ⁊ quolibet maiore te tu es maior dicitur ꝙ poteſt habere plures ſenſus. Unus eſt quem pretendit probatio argumenti. videlicet ꝙ tu es maior aliquo qđ eſt minus te et minus quolibet maiore te. ⁊ ille eſt verus ⁊ tunc opꝫ ſic

exponere p̄mo reſoluere illā ratiōe de ly aliquo ⁊ capiatur hoc pnomen illo demōſtrādo ſortem ⁊ tūc iſta ppoſitio iſto minore te ⁊ quolibet maiore te tu es maior ſic exponitur. tu ⁊ quodlibet maius te eſtis magna. ⁊ iſte eſt magn'. ⁊ iſte nō eſt ita magnus ſicut tu. ⁊ qōlibet mai' te. et hoc totū eſt verū ſi ſit ſenſus hypotheticus falſa eſt vel carhegoricus talis tu es maior aliquo qd̄ eſt minus te ⁊ quolibet maiori te ⁊ tunc ſic exponitur tu es magn' ⁊ aliqd̄ minus te: ⁊ quodlibet mai' te ſunt magna. ⁊ nulla q̄ ſunt min' te ⁊ mai' te ſunt ea magna ſicut tu: ⁊ hoc eſt falſum. ⁊ eodē mō pōt hec diſtingui aliquo maiore te ⁊ qōlibet minore te tu es minor. Et illa eadē mō pōt habere ſenſus hec medietas eſt minor illa medietate demonſtrando medietatē q̄ ei equalet. ⁊ tātum ꝙtum eſt illa medietas. qꝛ ē ſenſus: hec pˢ eſt minor illa. ⁊ aliquo quod eſt tantum ꝙtum eſt illa. non eſt dubium: ſed ille ſenſus non ē proprie huius propoſitionis. ſed potius ad hūc ſenſum tendit illa exponens. hec medietas eſt minor: illa ⁊ aliqua illi equali.

Et ad aliud de iſta: brunellus eſt maior hoīe aſino pōt dici ꝙ totum diſtribuitur ⁊ ſic non opus eſſet addere idem in exponentibus ſi placet īgredi difficultatem addere relatiuum identitatis.

Ad ſextū dicitur ꝙ hec eſt diſtinguenda plato eſt fortiſſim' hō qui non eſt fortiſſimus hō vel ly q̄ refert ly plato in principio ⁊ tunc reſoluitur per ⁊ ille. ⁊ eſt hypothetica ⁊ ſic illa eſt falſa nec mod' pbandi valet. ſed oportet pbare illas carhegoricas mō prior eſt falſa ī caſu. ⁊ ſecūda īplicatiua cū priore addo cū priore implicatiua qꝛ abſolute poſſibilis ē ſi plato nō eſſet illa eſſet vera. plato q̄ ē fortiſſimus hō non eſt fortiſſim' hō. quēadmodū chimera que ē fortior te nō eſt fortior te. nec credendū eſt tales ponere cōſtantiā ſicut aliq̄ opinātur: vel illa capitur in ſenſu carhegorico: ⁊ ſic illa ꝯcedo prout argumentū aperit: qꝛ illa ē vna affirmatiua cuius extrema ſupponūt p eodem plato ē fortiſſimus homo qui nō eſt fortiſſim' homo. qꝛ fortiſſimus homo qui non eſt fortiſſim' hō ſolū pro platone ſupponit: nec aliud impedit. et ſic illa ē vera: ſed ſortes non eſt fortiſſim' homo qui nō eſt fortiſſimus homo: ⁊ etiam cicero.

Ad cōfirmationē nego ꝙ ſequatur. ⁊ male accipiuntur exponētes: ſed oportet dicere ſortes eſt fortis de numero iſtorum et illa eſt falſa.

Ad ſeptimū facile eſt et reſoluitur ex dictis. Ad confirmationem concedo ꝙ equiualet.

Ad octauū dicitur ſi ppoſitionabiliter loquaris et ponas conſtantiam cū hoc adiecto de numero iſtorum credo ꝙ bene ſequitur ſi teneatur ꝙ ſortes ſit fortiſſimus iſtorum hominum: licet non ſit de numero eorundem non eſt opus tunc tali conſtantia.

Ad confirmationem octaui argumenti dicitur ꝙ diſtribuitur abſolute. nec argumentū de aſcenſu valet et exponendo hanc omnis homo eſt fortiſſim' hominum oportet primo reſoluere ratione ſigni vniuerſalis: et poſtea ſingulares exponere.

Queritur vtrū illa q̄ dicunt de ſignis collectiuis ſint bn̄ dicta. Et arguit ꝙ nō: qꝛ p̄m illū modū iſta debet negari: omnes duo apoſtoli dei ſunt duodecim. ſed ꝯſequens eſt falſum. ergo ⁊ an̄s. Falſitas conſequentis pbatur qꝛ bene ſequitur. oēs duo apoſtoli dei ſunt duodecī: ergo duo apoſtoli dei ſunt duodecim a tota copulatiua ad vnā ei' partē equalenter: qꝛ p̄ma exponēs eſt placens. Sed iſta eſt falſa duo apoſtoli dei ſunt duodecim qꝛ nulli duo ſunt duodecī ſaltē apl'i dei ꝯn̄ſ pbo: qꝛ bn̄ ſeq̄tur illi duo ⁊ iſti duo ⁊ iſti duo ⁊ ſic de ſingulis iuncti ſunt duodecim demonſtrando duodecim ergo omnes duo apoſtoli dei ſunt duodecim. cōſequentia eſt aſcenſus. et antecedens eſt verum ergo ⁊ conſequens. Queſtio.

Secundo arguit ſequeret ꝙ hec eſſet falſa oēs apoſtoli dei pauciores duodecim ſunt duodecim ꝯn̄s eſt falſum. ergo ⁊ an̄s ꝯn̄a patet qꝛ bene ſequitur oēs apoſtoli dei pauciores duodecī ſunt duodecim: ergo apoſtoli dei pauciores duodecim ſunt duodecim ꝯn̄s eſt f'lm ⁊ cōtradictionis īplicatiuū: ergo ⁊ aīs: ⁊ ꝯn̄a patet a ppōne exponibili copulatiue ad vnā eiꝰ exponētē falſitas ꝯn̄tis pbat: qꝛ bn̄ ſeq̄tur iſti apoſtoli dei pauciores duodecim: ⁊ iſti apoſtoli pauciores duodecim: ⁊ ſic de ſingulis iūcti ſunt duodecī ꝗ oēs apl'i dei pauciores duodecī ſunt duodecim ꝯn̄a ē aſcēſus ⁊ aīs ē veꝝ ergo ⁊ ꝯſequēs.

Tertio arguit ſeq̄retur ꝙ hec eſſet vera: oēs hoīes futuri erūt ꝯn̄s eſt f'lm ergo ⁊ aīs falſitas ꝯn̄tis patet per ei' de ineſſe tenendo viā ariſtotelis ꝙ infiniti erunt hoīes. qꝛ nunꝙ verū eſt dicere oēs hoīes futuri ſunt qꝛ ſic daretur vltimus hō qd̄ reputaret impoſſibile. Et idē argumentū pōt fieri ſm̄ veritatē ſuppoſito ꝙ deus conſeruet mundū ſicut tūc cōſeruat perpetuo conſequētia patet per exponētes. Aliqui homines futuri erunt. qꝛ iſti homines futuri erunt demonſtrando omnes homines futuros. nec iuuat dicere nō poſſum eos demonſtrare. quia ſunt infiniti. Ariſtoteles.

Contra poſſum demonſtrare partes cōtinui q̄ ſunt infinite: ergo infinitas nō tollit rōnē demōſtrationis: tūc ſic hoīes futuri erūt demōſtrando oēs hoīes futuros: ⁊ nulli ſunt hoīes futuri quin ſint vel erūt de nūero iſtorū: qꝛ ſi ſint aliq̄ hoīes futuri q̄ non ſunt vel erūt de nūero iſtoꝝ nō demōſtrauimus oēs homines q̄ erūt per iſti cōtra poſitū. Inſup demōſtrando ad intellectū oēs hoīes futuros ſic. iſti ſunt oēs hoīes q̄ erunt. pbat illa ſingularis quilibet iſtoꝝ erit. ergo oēs iſti erūt. ⁊ p ꝯn̄s iſti ſunt omnes hoīes futuri. quia ſequitur quilibet iſtorum currit. ergo omnes iſti currunt vniuoce demonſtrando. ergo idem erit in ppoſito.

Quarto arguitur. ſequeret ꝙ hec ēēt vera collectiue oēs aīe cauſabiles poſſūt ēē cauſate: ſꝫ ꝯn̄s eſt f'lm. ꝗ ⁊ aīs falſitas ꝯn̄tis ptꝫ. qꝛ hꝫ niſi vnā ſingularē in qua opꝫ demonſtrare oēs. ſ. hāc iſte oēs poſſūt ēē cauſate demonſtratio ſaltē ē poſſibilis itellectui diuino. ⁊ q̄lꝫ p poſſ̄ ſingularis ſi ē ꝟa in ſenſu diuiſo: ē ꝟa in ſenſu ꝯpoſito: ꝗ hec erit ꝟa poſſibile ē iſtas animas

eſſe creatas demonſtrando oēs alas creabiles ⁊ ponanť in eſſe. ⁊ producanť: tūc ſic vel deus pōt creare vnā alam vel nullā. Si ſm potentiā ei' ē exhauſta qđ nephas ē dicere. vel pt ⁊ tunc vł illa ala eſt creabilis vel nō. Scđm nō pōt dici. q2 im plicaret ergo primū. ſ. ꝙ eſt creabilis. ⁊ per ꝯñs ante nō creauit oēs animas creabiles cōtra po ſitum. ꝯña probatur. q2 oēs alas creabiles deus pōt pducere. ergo oēs alas creabiles de' poteſt pducere. capiēdo oēs diuiſiꝫ in aſīte ⁊ collectiue in cōſequente et antecedens eſt verū. vt patet p eius ſingulares. ⁊ p exponētes. aliqs alas creabiles deus poteſt creare ⁊ nō ſunt vel pñt eē aliq̄ anime creabiles quin illas deus poteſt creare igitur. ⁊ illa iſtas alas creabiles de' pōt creare demonſtrando omnes collectiue eſt vna ſingularis illius vniuerſalis: ergo ſi vniuerſalis eſt vera ⁊ illa capiendo omnes collectiue.

Quīto arguitur. q2 per illū modū nō poteſt ſaluari veritas hui' inter pmū inſtās hui' hore ⁊ oīa alia eiuſdē ē inſtās mediū et tamen ipa ē vera ⁊ de ſigno collectiuo. ꝗ dicta ſunt min' bñ poſita pbať veritas ei' p aſcēſum inter primū inſtās ⁊ illud inſtās qđcūq; ſignatum poſt illđ ē illās mediū ⁊ ſic de ſingulis igiť.

Sexto arguiť pbando illā falſam oēs apoſtoli dei ſunt duodecim collectiue capiendo oēs. Et arguiť ſic oēs apl'i dei nō ſunt duodecim. ergo nō oēs apl'i dei ſunt duodecī añs pꝫ oīa duodecim apl'i dei nō ſunt: ergo oēs apoſtoli dei nō ſunt duodecim tꝫ ꝯña. Nõa ⁊ verba trāſpoſita idē ſignificāt ⁊ añs pꝫ per aſcenſum ✱ Regula. illa duodecim apl'i dei nō ſunt: q2 ſi eſſent inſtātia maxime eſſet in hoc iſta: duodecī apl'i dei nō ſunt demonſtrando illos duodecim: ſed illa eſt vera. vt patet per eius cōtradictoriam iſta duodecim omnes apoſtoli dei ſunt que eſt falſa.

Et cōfirmatur. nō oēs apoſtoli dei ſunt duodecim collectiue. ergo ppō conceſſa eſt falſa. pbať añs q2 nec iſti apl'i dei ſunt duodecim: nec iſti apoſtoli dei ſunt duodecim. Et ſi inſtes demonſtrando duodecim tūc habebuntur hic duo cōtradictoria falſa omnes apoſtoli dei ſunt decē ⁊ non omnes apoſtoli dei ſunt decem deſcendendo copulatiue ſub decem.

Septimo arguiť. hec ppoſitio oēs apl'i dei in ſenſu diſtributiuo ē falſa et hec ppō in ſenſu diſtributiuo ē hec ppō in ſenſu collectiuo. ꝗ hec ppō in ſenſu collectiuo ē falſa.

Deinde octauo arguiť. probando. p hec ppō ſit vera capiendo oēs diſtributiue. Et arguitur ſic ſua contradictoria capiēdo ſic eſt falſa: ergo illa ſic capta eſt vera. añs pbatur q2 ſua cōtradictoria eſt hec. Nō oēs apl'i dei ſunt duodecim vt notū ē ſed illa ē falſa quod pbať. q2 equalet iſti oēs apl'i dei nō ſunt duodecim qđ pbatur argumētis laurētii valle ī ſua lo- ✱ Laurēti' valla. gica. dr̄ in pſalmo. Nō oēs q̄ deſcendūt in infernum laudabūt te dñe vel ibi oēs ſtat determinate ⁊ hoc nō. q2 nō ē potior ratio de aliquib' ꝙ de alijs vel ſtat diſtributiue ⁊ habeť intētū. Et eodem mō hic niſi abbreuiati fuiſſent dies illi nō fuiſſet ſalua oīs caro. Et nō eſt dictum ꝙ ſacra ſcrip- tura. abutatur proprietate ſermonis igiť.

In oppoſitū eſt concluſio: in iſta queſtione duo erunt articuli. in quorum priori ponā notabilia de expoſitionibus ppoſitionum de ſignis collectiuis in ſecundo reſpondebitur ad obiecta ante oppoſitum ⁊

Notandū eſt primo ꝙ quedam ſunt ſigna q̄ ſecundū vſum ſemp capiťur ✱ Varie ſignoꝝ acceptiones. diſtributiue ⁊ nunq̄ collectiue: vt vnuſquiſq; ſingulus vterq; neuter. Et quedā capiunť vtrobiq; collectiue vt cunctus vniuerſus alij notarij addē ✱ Cunctus. tes hec duo ſigna ſuperfluerent dicētes vniuerſis ⁊ ſingulis ⁊c. Et qdam ſunt ſigna que interdum capiunť collectiue qñq; diſtributiue vt oēs Unde hoc ſignū omnes improprie capitur collectiue in ſingulari numero nōnunq̄ vt oīs terra adoret te deus. ſed pprie in ſingulari capitur diſtributiue: et in plurali collectiue. ⁊ hoc voluit alexander quādo dixit. Diſtribuit ſi vis tribuas ✱ Alexāder. ⁊ colligit omnis. ⁊ reliqua ⁊ hoc ſignū oēs collectiue ſumptum nō habet ſingularē numerum ſecundū ſignificationem: ſed ſolum ſecundū vocem. Etiam hoc ſignū cuiuſlibet ſapit naturaꝫ ſigni collectiui in ſingulari numero: vt dicendo aſinus cuiuſlibet hominis currit: poſito ꝙ ſint ſolum tres homines in mundo. ſortes plato ⁊ cicero ⁊ habeant vnum aſinuꝫ cōmunem brunellum qui currat: tunc illa conceditur aſin' cuiuſlibet hominis currit. Sed dupliciter poteſt intelligi ꝙ brunellus ſit aſinus ꝯmunis. Uno modo ꝙ ſit cōmunis copulatim ⁊ copulatiue quemadmodum antiquitus omnia erant cōmunia et hoc non pbaret ꝙ cuiuſlibet eſſet ſignum collectiuum. Alio modo copulati ſic. ſ. ꝙ in illo caſu brunellus non eſſet aſinus ſortis nec eſſet aſin' platonis: neq; ciceronis. ⁊ per cōſequens nō eēt aſinus hominis: ſed aſinus hominū vel aſinus cuiuſlibet hominis: vel omniū hominum collectiue: ⁊ iſtorum triū copulatim ⁊ ſic capitur copulatim ⁊ hoc ſignū oēs in plurali numero capiť. indifferenter diſtributiue ⁊ collectiue. Diſtributiue vt omnes homines currunt. Collectiue: vt dicens oēs ⁊ ſingulos. Unde ad veritatem ppoſitionis affirmatiue in qua poniť ly omnes diſtributiue requiritur ꝙ pdicatum ſeorſum conueniat cuilibet ſuppoſito ſubiecti ⁊ ſi ſit negatiua ꝙ remoueatur: ſed quādo capitur collectiue ✱ Notā. hoc non requiritur: ſed exigitur ꝙ pdicatum cōueniat toti collectioni ſuppoſitorum ſubiecti licet non ſit verificabile de aliquo ſuppoſito ſubiecti ſeorſum ſumpto: ad veritatem hui' omnes apoſtoli dei ſunt duodecim. requiritur ꝙ illud pdicatum duodecim conueniat toti collectioni apl'oꝝ dei ⁊ in negatiua proportionaliter dicať.

Ex illo patet ꝙ q̄libet talis eſt diſtinguenda et interdū vera in vtroq; ſenſu ✱ Correlarium. vt oēs angeli cōtra ſe poſiti ſunt equales. Interdum vera in vno ſenſu ⁊ falſa in altero. interdū neutro ſenſu vera. Etiā ſignuꝫ oēs diſtributiue ✱ Aduerte. ſumptū aliqñ diſtribuit pro oī alio a re ſignificata p terminū precedētē ſignū ⁊ vocať diſtributio accōmoda vt celum tegit omnia: et laurenti' loquēs ſic hoc latet omnes dyalecticos ibi omnes ✱ Laurēti'. diſtribuit pro alijs a laurentio.

Notandum eſt ſecundo ꝙ ✱ propoſitio in qua ponitur ſignum omnes poteſt exponi duobus modis. Uno modo cathegorice. Alio mō hypothetice. Cathegorice ſic oēs apoſtoli dei ſunt duodecim. tota collectio apl'oꝝ

dei eſt duodecim nõ capiendo tota ſincathegoreumatice: ſꝫ vt tm̄ valet vt totalis. Et iterum ſi totalis collectio apoſtolorum dei valet tm̄ ſicut collectio apl'orum dei q̄ nõ eſt pars alterius collectionis tūc expoſitio non valet: q2 totalis collectio apl'oꝝ dei eſt bñ pars alterius collectiōis. ſcꝫ totius mundi. vel ſanctorum dei.

Correlarium.

℄ Ex illo ſequitur ꝙ hec cõſequentia eſt nulla duodecim apl'i dei ſunt totalis collectio apl'oꝝ dei: ergo duodecim apoſtoli dei ſunt totalis collectio: quia arguitur cum dictione negationē includēte: ſꝫ capiēdo vt hoc totuꝫ totalis collectio apl'oꝝ dei valet tm̄ ſicut collectio apl'oꝝ dei q̄ non eſt pars alterius collectionis apoſtolorū dei. tūc ibi expoſitio ſufficit. Nec inconuenit hoc ſignū totus ꝙ ꝙ exponibile ſit poni in exponēte ſigni collectiui: q2 reſpectu illius eſt min' obſcurū. Alio mõ exponitur per ly maxim' numerus ſiue per ly maxima multitudo. ⁊ numerus capitur extenſo vocabulo: vt infinita multitudo dicatur numerus. Et terminus ſupquē dictio collectiua cadat in exponēte debet eſſe genitiui caſus: ⁊ maximus numerus vel tota collectio illius caſus cuius ē ſignū collectiuū in expoſita. vt oēs hoīes ſunt exercitus. maxima multitudo hoīm eſt exercitus. Olum hoīm oēs filij ſunt legitimi maximi numeri hoīm maxima multitudo filiorū eſt legitima vel loco de ly maximi numeri ponendo totius collectionis. Alio mõ tales exponuntur hypothetice vt oēs apl'i dei ſunt duodecim. ⁊ copulatiue q̄ ſunt affirmatiue. ⁊ pma exponentium eſt preiacens. et ſcḋa talis ⁊ nõ ſunt aliqui quin ſic de nūero illorū ꝑm exigentiā terminorū: vt omnes apl'i dei ſunt duodecim apl'i dei ſunt duodecim et nulli ſunt apl'i dei qui nõ ſint de numero illoꝝ et hic nõ capitur illorū demōſtratiue: ſed relatiue. q2 demōſtratiue iſtis omnibus mortuis ⁊ aliis duodecim apl'is acceptis. aña eſt verum puta exponibilis: ⁊ exponēs copulatiua falſa: vel poteſt illa reſoluere rōne huius termini duodecim ſtantis determinate. ⁊ data vna reſoluēte potes illā exponere cum hoc ſigno oēs collectiue ſumpto tēto illorum demonſtratiue. Nec obſtat illud in prima queſtione dictum. ꝙ expoſitio incipit a primo: quia hoc verum regulariter eſt: ⁊ hoc eſt accommodatius ⁊ tunc conſequenter dictū eſt ꝙ quilibet talis in qua ponūtur plura ſigna. vt tātum ſortes differt a platone. Si exponat̄ primo ꝑ differt ē ꝑartī vero per tm̄ eſt falſa. ⁊ nihil aliud ibi ſequitur niſi ꝙ eadeꝫ ꝓpoſitio eſt vera ⁊ falſa diuerſimode accepta. ⁊ hoc ideꝫ cōtingit in mētali vltimata: et duo contradictoria vera: ſed non in ſenſib' contradictoriis. De hoc ꝙ dico hāc verā tm̄ ſortes differt a platone grā exēpli ſit ſic dictum: et ſic ptꝫ tales eſſe diſtinguendas. oīa cōpoſſibilia iſtoꝝ ſunt aliqua cōpoſſibilia iſtorum demonſtrādo binariū cōtradictorijs: quia diſtributiue eſt vera. collectiue autem falſa. hoc patet demonſtrando has quattuor ꝓpoſitiones ſortes currit ſortes non currit. plato diſputat: plato non diſputat. quia ſortes currit ⁊ plato diſputat non ſunt omnia compoſſibilia iſtorum affirmatiue: ⁊ eodem modo plato non diſputat ⁊ ſortes currit. ſic combinando.

Ad ꝓdicta cognoſcenda duodecim expoſitiones.

℄ Iſtis notatis pono propoſitiões. ℄ prima ē hec ē falſa oēs apl'i dei ſunt duodecim qualitercūq; capiat̄ ſignū oīs. ꝓbat̄. cū ſit ſmo de petro ⁊ paulo ⁊ de illis ꝓbat̄. ſubiectū illius nõ ſupponit ex quo petrus nõ eſt neq; paulus: q2 ābo ſunt occiſi ꝓ fide ⁊ nōdū reſuſcitati nec fallimur nos nr̄a ſpe. orādo ſcm̄ petꝝ vt oret pro nobis: q2 aīa q̄ fuit petri orat pro nobis ⁊ hoc ſufficit ad hāc ſaluādā loquēdo vt plures ⁊ ſinecdotice. ſcūs petrus orat pro nobis.

℄ Secunda ꝓpō oēs apoſtoli dei ſunt duodecim qualitercūq; capitur oēs loquendo ac ſi illi apoſtoli eſſent collectiue capiendo nõ eſt dubium. Diſtributiue capiendo. ꝓbat̄. q2 oēs apoſtoli dei ſunt duodecim entia: g̊ omnes apl'i dei ſunt duodecim. ꝯña tenet a cōuertibilibus: aña patet: q2 illi apoſtoli dei demōſtrando duos ſunt duodecim: q2 duodecim partes: ſiue duodecim duodecime vel duodecim ſexte demōſtrādo ſex ſextas vnius apl'i: ⁊ ſex ſextas alteri' ⁊ per idē tres apl'i dei ſunt duodecim demōſtrando q̄ttuor quartas iſtoꝝ: et ita de aliis potes ex teipſo practicare. ſed nõ oēs apl'i dei diſtributiue capiendo ſunt duodecim apoſtoli dei: q2 apoſtolus non eſt vnigenitus.

℄ Tertia ꝓpō. aliqui apoſtoli dei ſunt oēs apoſtoli dei collectiue capiēdo. ſed nulli apl'i dei ſunt oēs apl'i dei diſtributiue. prior pars arguit̄ bene ſeq̄tur. oēs apl'i dei ſunt aliqui apl'i dei. g̊ aliq̄ apoſtoli dei ſunt oēs apoſtoli dei ꝑ ꝯuerſionē ſimplicē. Scḋa pars ꝓbat̄: quia de eius oppoſitū aliqui apl'i dei ſunt oēs apl'i dei ꝫ ſignet̄ tūc opꝫ ꝙ illi oēs iſtarum ſint oēs apl'i dei puta iſti demōſtrando illos duodecim ſunt oēs apl'i dei. Et vltra oēs apl'i dei ſunt iſti apl'i dei. ꝯña eſt infallibilis: ⁊ tūc ſic argumētor. oēs apl'i dei ſunt oēs apoſtoli dei. petr'⁊ paulus ſūt apoſtoli dei. g̊ petrus et paulus ſunt iſti apoſtoli dei demōſtrādo duodecim. cōcluſio eſt impoſſibilis ergo aliqua premiſſarum eſt falſa. et non minor. ergo maior: ⁊ ꝑ ꝯſequēs diſcernēdo ſecunda pars noſtre tertie ꝓpōnis eſt vera.

℄ Quarta ꝓpō. oēs apoſtoli dei collectiue ſunt tres quaternarij vel duo ſenarij vel quattuor ternarij: vel q̄ttuor trinitates ⁊ non omnes apoſtoli dei ſunt quattuor nec ſex. Prima pars huius cōcluſionis eſt nota. ⁊ ſecunda patet quia non ſunt quattuor entia nec duo entia nec aliquo modo; entia abſolute ſub duodecim. quēadmodum iſta grana ſunt quattuor cumuli: ⁊ tamen nõ ſunt quattuor demōſtrando omnia grana in quattuor cumulis.

℄ Quīta ꝓpō. aliquis eſt numerus maximus iſtoꝝ apoſtolorū dei intranſitiue patet de iſtis duodecim trāſitiue patet de vndecim immo de quibuſcūq; vndecim iſtoꝝ ⁊ hoc negatiue capiendo maximus.

℄ Sexta. lꝫ ille repugnēt oēs apl'i dei currūt: et aliqui apoſtoli dei non currūt Nõ tamen cōtradicunt collectiuē capto ſemper termino. Prior pars patet: quia copulatiua ex illis duabus eſt impoſſibilis. Secunda patet q2 contradictio eſt oppoſitio formalis. Sed in ſimili due tales ſe compatiuntur. patet hic. oēs apoſtoli dei ſunt duodecim et aliqui apl'i dei non ſunt duodecim.

℄ Septima propoſitio. Hec

ꝯſequētia eſt nulla oēs apoſtoli dei ſunt duodecim: ergo omnes hoīes dei ſunt duodecim. patꝫ quia antecedēs eſt verum ⁊ conſequens falſum.

Octaua propoſitio. non ſequitur omnes apoſtoli dei ſunt duodecim: ergo oēs apoſtoli dei poſſibiliter ſunt duodecim.

Nona propoſitio. due ꝓpoſitiones contrariātur. Quarū vna eſt vniuerſalis ⁊ alia indefinita. pꝫ de iſtis duabus omnes apoſtoli dei ſunt duodecim: et nulli apoſtoli dei ſunt duodecim. hec propoſitio habet duas partes. Quarum vna eſt indefinita hoc pꝫ de hac omnes apoſtoli dei ſunt duodecim. quia nullus terminus in ea diſtribuitur. ergo nō eſt vniuerſalis. conſequentia tenet per cōmunē logicā. ꝙ ille contrariātur ꝓbo ſic. iſte due propoſitiones repugnant gratia acceptionis terminorū. et cōponuntur preciſe ex terminis ſynonimis demꝑ pro vno ſigno oppoſite qualitatis ⁊ ſunt ambe falſe: ⁊ nō poſſunt eſſe vere: nec due tales in forma: nec gratia acceptionis terminorum. ergo contrariantur.

Decima propoſitio. due ꝓpoſitiones contrariātur quarū ſubiectum vniꝯ non eſt ſynonimum ſubiecto alterius patet de iſtis datis: quia omnis collectiue eſt pars ſubiecti in affirmatiua ⁊ nō ponitur in negatiua. ꝙ omnes collectiue ſit pars ſubiecti. probatur: qꝛ virtus eius preciſe cadit in ſubiectum. ergo eſt pars eius: ꝓbo conſequentiā a contrario ſenſu de oēs diſtributiue. quia dicimus hic. oīs homo ē animal ꝙ oīs non eſt pars ſubiecti: quia licet ponatur a parte ſubiecti tamen quēadmodum virtus eius cadit in ſubiectū ipſum confundendo diſtributiue eodē modo cadit in ꝑdicatum ipſum cōfundendo confuſe tm̄ et ſuper tempus importatū per copulā ⁊ ꝓpterea eſt pars totius ꝓpoſitionis ⁊ non pars alicuius extremi. Unde etiam propoſitiones iſte ſubalternātur omnes apoſtoli dei ſunt duodecim: ⁊ aliqui apoſtoli dei ſunt duodecim. probatur ſicut octaua prior infert ſcḋam ⁊ non contra: ⁊ hoc gratia acceptionis terminorū nec videtur aliquid aliud requiſitum ad ſubalternanꝺ hic de eſſe igitur.

Duodecima ꝓpoſitio due indiffinite contrariātur. pꝫ de his omnes apoſtoli dei ſunt duodecim. ⁊ oēs apl̄i dei non ſunt duodecim: qḋ probatꝰ: qꝛ bn̄ ſequitꝰ oēs apl̄i dei ſunt duodeciꝫ: ergo oēs apl̄i dei ſunt duodecim. Similiter ſequitꝰ. omnes apoſtoli dei non ſunt duodecim. ergo nulli homines apoſtoli dei ſunt duodecim per locum ab equiualentibus.

Cōtra nonam ꝓpōnem arguitur ſic in qua dꝛ ꝙ iſte ꝯ̄triantur. oēs apoſtoli dei ſunt duodecim: ⁊ nulli apoſtoli dei ſunt duodecim ⁊ hoc ſic. Si ille cōtrariātur vel hoc ſm legē tātū vel ſm legem ⁊ modū enunciandi. Sed neutrum eſt dicendum igitur.

Et cōfirmatur qꝛ iſte eodē mō cōtrariarētur hō eſt hoīs hō ⁊ hō nō eſt hō formaliter: qꝛ ille due pn̄t eſſe falſe nec due tales pn̄t eē vere in forma igitꝰ. Itē tūc ille ꝯ̄triarētur hoīes nigri currūt: ⁊ nulli hoīes currūt: qḋ nō videtꝰ bn̄ dictū hoc pꝫ: qꝛ pn̄t eē falſe et in ſimili forma non eſt poſſibile dare duas veras.

Deinde arguitur cōtra decimam ꝓpoſitionem qua diciꝰ ſignū collectiuū eſt pars ſubiecti ⁊c. ⁊ hoc cōtra modum probandi illius dictū: qꝛ ſi modus ꝓbādi valeret ſequeretur ꝙ iſte eſſet pars ſubiecti huius ſingularis iſte numerus eſt pariter par: ſed ꝯn̄s eſt falſuꝫ: qꝛ tunc nō ſubijcereꝰ terminus cōis determinatus pro nomine demōſtratiuo ſed ſubijcereꝰ terminus cōmunis cū ſigno copulatim. ꝓbaꝰ ꝯn̄s ſicut ꝓbatur ꝙ oēs collectiue ſumptus eſt pars ſubiecti: qꝛ ꝟtus cadit in ſubiectū: ſed ſic eſt de ly iſte in ꝓpoſitione data quia predicatū ſtat determinate. et per idē ꝓbaretur ꝙ ly aliquis eēt pꝰ ſubiecti huius aliquis homo currit cū nō cadat in predicatū qḋ eſt falſum cū cōtradicat iſti quilibet homo currit. et ſi ꝓpoſitiones cōtradictorie nō cōponerētur ex terminis ſynonimis. Secundo ſequeretur ꝙ oīs eſſet pars ſubiecti huiꝰ oīs homo eſt ſortes cū nō cadat in predicatum: ⁊ ſi dicas ꝙ cadat in tēpus importatū per copulam capio hanc oīs homo eſt nō aīal. vbi oīs nō cadit in tp̄s importatū per copulam.

Ad primum argumētū contra nonā ꝓpōnē dꝛ ꝙ ꝓpōnes date ꝯ̄triātur ſm legē tm̄ lꝫ facile eſſet ſaluare quo ad legē et modum enūciādi exponēdo diffinitiones ꝯ̄triarum quo ad legē et modū enunciādi. De aliīs homo oīs hō eſt: ⁊ hō non eſt homo dꝛ ꝙ formaliter cōtrariantur quo ad legē: ſed hoc non eſt gratia acceptionis terminorū: quia in ſimili acceptione terminorum dantur ille vere. auis omnis fenix eſt: et auis non eſt fenix: ſed hic nō remanet talis forma cum aliīs.

Ad aliud de iſtis hoīes nigri currūt: ⁊ nulli hoīes currūt: nego ꝙ cōtrariātur qꝛ in ſimili acceptione terminoꝝ poſſunt dari due tales vere. an formaliter repugnāt dico ꝙ non ſed hoc tibi relinquo.

Ad argumentū cōtra decimam ꝓpōnem pōt cōcedi ꝙ iſte eſt pars ſubiecti ⁊ etiā in illis pōt cōcedi ꝙ due ſingulares nō ex ſubiectis ſimilibus cōtradicūt. vt iſte hō currit ille hō nō currit: ſꝫ tenēdo modū cōem nego ꝯn̄am qꝛ lꝫ iſte preciſe cadat in ſubiectum quo ad ſuppoſitionem: nō tm̄ quo ad denotationem acceptionis: quia denotātꝰ predicatum cōpetere ſubiecto pro vno diſcreto ſuppoſito: ⁊ hoc ſufficit de iſta aliquis homo eſt animal.

Teneo hāc poſitionē ꝙ aliquis eſt pars ſubiecti propter argumentum factum non ꝙ de neceſſitate concludat et preueniendo argumentis que contra me faceres inferam concluſiones.

Ad obſiciēda concluſiones quattuor.

Prima due ſunt oppoſite ꝓpoſitiones extra illas de ſignis collectiuis que nō cōponuntꝰ ex terminis ſimilibus. pꝫ de iſtis marcus orat: tullius nō orat. petra eſt aliquid ⁊ nihil quod eſt lapis eſt aliqḋ. Sed forte dicis ꝙ ſufficit ille ſubordinentur mētalibus ex terminis ſimilibus. ꝓbo ꝑ iſtas quilibet hō currit et aliquis hō nō currit aliquis eſt pars ſubiecti in ſcḋa ⁊ non in prima cū virtus ꝟuſe cadat in ſubiectū ⁊ omnes cadit in totum quod ſequitur.

Secūda cōcluſio. illa copu

latina homo albus non currit: ⁊ quilibet hõ currit non eſt eiuſdem forme cũ hac quilibet homo currit: et aliquis homo non currit. probat: due ſecũde contradicunt et contradictio eſt oppoſitio formalis: et alie due non contradicunt: ergo non ſunt eiuſdem forme cũ eis.

¶ Tertia concluſio. due ꝓpoſitiones nõ cõpoſite ex terminis ſynonimis cõtradicũt eiſdem. patet de iſtis duabus aliq̃s vel aliqua homo eſt animal ⁊ homo eſt animal que contradicũt iſti. om̃is hõ nõ eſt aĩal ⁊ hoc nõ cõtingit in aliis terminis q̃ non ſunt ſigna quãtificata. Et hoc non videt̃ magis incõueniens in iſtis ꝙ̃ in modalibus. vbi nõ eſt eadẽ copula: q: iſte contradicũt vt notũ eſt. ſortes neceſſario eſt aĩal. ⁊ ſortes poſſibiliter nõ eſt aĩal: tamẽ nõ eſt eadem copula tenẽdo ſicut cõiter tenetur quod modi ſunt ꝑtes copularum: quare ergo nõ videtur maius incõueniens ex parte ſignoꝝ.

¶ Quarta concluſio. ſubiectũ ꝓpoſitionis particularis non ſtat magis determinate ꝙ̃ ſubiectũ indefinite: q: ſubiectũ huius aliquis homo eſt animal eſt hoc totum aliquis homo et nullum ſignũ cadit in ipſum. Nec propterea ꝓpoſitio dicitur particularis. quia cadit ſignum particulare in ſubiectũ: ſed q: in principaliorem partẽ ſubiecti. nec ꝓpterea ſequit̃ hãc eſſe vlem differẽs ab hõie currit: ⁊ in verificatione toti' ſubiecti opꝫ dicere hoc eſt aĩ q̃s hõ.

¶ Cõtra illud arguit̃ ſequeretur ꝙ iſte contradicerẽt quilibet aſinus cuiuſlibet hõis currit. et aliq̃s aſinus alicui' hominis nõ currit. ꝯñs eſt falſum. q: poſſunt ſimul eẽ vere ⁊ ꝯña patet. quia nihil impedit niſi quia non componitur ex eiſdem extremis: que quidẽ diuerſitas ꝓuenit ex diuerſitate ſignorum.

¶ Reſpondetur ꝙ iſtud argumentũ nõ concludit. ⁊ dico ꝙ cauſa quare nõ cõtradicũt non eſt illa quã innuit argumẽtũ: ſed ẽ cauſa. q: extrema non capiũtur ꝓ eodẽ vel ſaltẽ nõ oportet ꝙ accipiant̃ ꝓ eodẽ. ¶ Secus eſt de iſtis q̃libet hõ eſt aĩal: aliq̃s hõ non eſt aĩal. vbi ſubiecta adequate accipiũtur ꝓ eodem.

¶ Ad ſcõm de iſta omnis homo nõ eſt ſortes ⁊c. negatur ꝙ oĩs eſſet ꝑs ſubiecti immo eſt pars totius et ad hoc ſufficit ꝙ ponatur in loco in quo caderet in totũ: quãtũ eſt ex parte eius. ¶ Concluſio reſponſalis dicta de ſignis collectiuis ſunt bene poſita.

Cõcluſio rñſiua.

¶ Ad rationes reſpondet̃ ad primã que tangit veritatem huius oẽs duo apl̃i dei ſunt duodecim: duo ſunt modi reſpõdẽdi de illa ꝓpoſitione oppoſiti. Quorum vnus concedit illam om̃es duo apl̃i dei ſunt duodecim qui modus videre meo eſt ſubtilis. quia iſta de copulato eſt vera. iſti duo ⁊ ſic de aliis demõſtrãdo duodecim ſunt duodecim: ⁊ ſic addendo ſignũ collectiuum om̃es dicẽdo omnes iſti duo ⁊ iſti duo: et ſic de aliis ſunt duodecim. tota ꝓpoſitio erit affirmatiua in qua extrema ſupponunt ꝓ eiſdem et nichil aliud impedit ergo eſt vera. Et eodem modo ꝓbantur iſte ꝓbationes omnes tres apl̃i dei ſunt duodecim. q: iſti tres et iſti tres et ſic de aliis ſunt duodecim. et iſti tres apoſtoli et iſti et ſic de aliis ſunt oẽs tres. ergo omnes tres apl̃i dei ſunt duodecim. om̃es quattuor apoſtoli dei ſunt duodecim. omnes ſex apoſtoli dei ſunt duodecim. q: iſti ſex et iſti ſex ſunt duodecim. demõſtrando illos duodecim. om̃es ſeptem apoſtoli dei ſunt duodecim. quia iſti ſeptem apoſtoli dei numerãdo ſeptem et iſti ſeptẽ numerãdo alios ſeptem eſto ꝙ vnus apoſtolus cõmunicet cũ duobus ſeptenariis ſunt duodecim: vel plures om̃s duodecim apoſtoli dei ſunt duodecim: q: iſti omnes demõſtrando om̃es preter andream: et iſti vndecim demonſtrãdo alios decem cũ andrea ſunt duodecim. om̃es nõ duodecim apoſtoli dei ſunt duodecim apoſtoli dei et ante ly nõ intelligo apoſtoli: q: iſti nõ duodecim apoſtoli demonſtrãdo alios ſex ſunt duodecim apoſtoli demonſtrãdo alios ſex ſunt duodecim apl̃i dei.

¶ Contra iſtum modũ arguit̃ ſic. bene ſequitur om̃es non duodecim apoſtoli ſunt duodecim apoſtoli dei: ergo duodecim apoſtoli dei ſunt duodecim. cõſequens eſt falſum: q: predicatur oppoſitum de oppoſito affirmatiue. ⁊ probatur cõſequentia a propoſitione de ſigno collectiuo ad eius preiacẽtem vel a tota copulatiua equalenter ad alterã eius partẽ.

¶ Scdo arguitur bene ſequitur oẽs apl̃i non duodecim apl̃i dei ſunt duodecim. ergo tãtum duodecim ſunt nõ decẽ apl̃i dei ſed ꝯñs eſt falſum: ergo et añs. falſitas cõſequẽtis patet ꝑ primã exponẽtem. et cõſequẽtia pꝫ a ꝓpoſitione de ſigno collectiuo ad excluſiuam exponibilem gratia pluralitatis: ⁊ eodẽ mõ potes improbare hãc et ſimiles om̃es duo apoſtoli dei ſunt duodecim inferẽdo: ergo duo apl̃i dei ſunt duodecim. ⁊ etiã tñ duodecim ſunt duo apl̃i dei quorum vtrũq̧ liquet eſſe falſum.

¶ Ad primũ horum negatur cõſequentia niſi addatur aliquod ſubiecto limitans ipſum ad talem actionem ſicut in añcedẽte. Et ad probationẽ conſequẽtie q: arguitur a tota copulatiua equiualẽter ad vnã eius partem dicitur ꝙ illa non debet exponi copulatiue ſaltẽ ſine limitatiõe: ſed cathegorice ſic maxima multitudo apoſtolorum dei nõ duodecim eſt duodecim. vel maxima multitudo duoꝝ apl̃oꝝ dei eſt duodecim. Nec ſeq̄tur maxima multitudo duoꝝ apoſtoloꝝ dei eſt duodecim ergo magna multitudo duorũ apl̃oꝝ dei eſt duodecim.

¶ Ad aliud argumentum vbi infers excluſiuam nego ꝯñam. ſed opꝫ hanc inferre: tñ duodecim ſunt oẽs apl̃i dei non duodecim apl̃i vel tãtum duodecim ſunt oẽs duo apoſtoli dei: ⁊ tũc ſm̃ modum iſtum oẽs apoſtoli dei ſunt duodecim. non eſt ſubalternãs ſm̃ legẽ ad hãc aliqui apl̃i dei ſunt duodecim.

¶ Sed contra vtrãq̧ ſolutionem arguitur probãdo ꝙ ſequitur. omnes non duodecim apoſtoli dei ſunt duodecim. ergo non duodecim apoſtoli dei ſunt duodecim. q: arguit̃ ab inferiori ad ſuperius reſpectu illius toti' omnes nõ duodecim apoſtoli dei ad terminum nõ duodecim apoſtoli dei: quia ſemper aggregatum ex aliquo termino cõmuni ⁊ ſigno collectiuo eſt inferius ad illum terminum cõmunem. vt omnes apoſtoli dei ad apoſtoli dei: quia ly om̃es eſt ſignum reſtrictiuum. et ſic videtur eſſe pars in

modo reſpectu alterius. Forte dicco ſicut di. enim dum eſt ꝙ hoc nõ ſemper eſt verum: ⁊ ſignanter in terminis numeralibus quemadmodũ eſt in ꝓpoſito: quia hoc ſignum om̃is facit iſtum terminũ nõ duodecim apoſtoli dei vl' ſaltem aggregatum ex his accipi pro aliquibus quibus nõ cõpetit non duodecim apoſtoli dei. immo nõ ſupponit pro omnibus nõ duodecim apoſtolis dei: quia demonſtrando omnes apoſtolos dei falſuʒ eſt dicere. iſti ſunt nõ duodecim apoſtoli dei. immo ſunt duodecim apl'i dei: ⁊ tñ eiſdẽ demõſtratis verũ ẽ dicere ſunt oẽs nõ duodecim apl'i dei.

Cõtra hoc arguit. non duodecim apoſtoli dei vel apl'i nõ duodecim quod ꝑ eodem capio eſt terminus cõmunis ⁊ ſupponit pro iſtis nõ duodecim apoſtolis dei demõſtrãdo ſex et ꝑ iſtis nõ duodecim apoſtolis dei demonſtrãdo alios ſex et nõ eſt potior ratio ꝙ accipiat ꝑ iſtis ſex ꝙ̃ pro aliis: ergo ſupponit ꝑ his ſex et illis et eodem modo ꝓbatur ꝙ tres apoſtoli dei ſupponũt ꝑ omnibus apoſtolis dei: q2 tres apoſtoli dei ſupponit pro petro. andrea et iacobo. ⁊ nõ eſt maior ratio ꝙ ſupponat ꝑ illis tribus ꝙ̃ ꝑ quibuſcũ ꝗ aliis. ergo pro omnib' tribus ſupponit: ſed om̃es tres ſunt duodecim. ergo ſupponit pro duodecim: ⁊ ſic eſt terminus ſuperior qḋ reſtat probandum.

Reſpondetur ad hoc argumentũ negãdo ꝙ apoſtoli dei non duodecim ſit terminus ſuperior ad hoc totũ omnes non duodecim apoſtoli dei et eodem mõ negatur ꝙ tres apoſtoli dei eſt terminus ſuperior ad om̃es tres apl'i dei: et arguendo ſubditur cauſa. Et ad iſtaʒ vltimam ꝓbationem tres apl'i dei ſupponunt ꝑ iſtis tribus ⁊ nõ eſt potior ratio ⁊c.

Ad hoc reſpõdet ꝙ ſupponit ꝑ iſtis tribus et etiam ꝑ aliis ſub diſiunctione ⁊ fateor ꝙ nõ eſt maior ratio ꝙ ſupponit pro iſtis tribus ꝙ̃ illis. immo nulla eſt. immo ꝑ quibuſcũ tribus ſupponit ſub diſiũctione copulatiue etiam ſed copulatim nõ quia demõſtrando ſex apoſtolos dei falſum eſt dicere: iſti ſunt tres apoſtoli dei ⁊ ſic patet ꝙ hoc ſignum omnes facit aggregatum ex iſto termino tres apoſtoli dei accipi ꝑ aliquibus quibus impoſſibiliter competit tres apoſtoli dei: dabo tibi vnum ſimile ſupponendo ꝙ hec ſit propria vtriuſ animal currit vbi animal diſtribuitur pro duobus. imo ꝑ quibuſcũ duobus ſub diſiunctiõe. quia non eſt potior ratio ꝙ diſtribuat iſtuʒ terminum animal pro iſtis ꝙ̃ ꝑ aliis quibuſcũ duobus animalibus demõſtratis: licet diſcrimen aliquod ſit inter vtrũ et ſignum collectiuũ.

Alius eſt modus reſpõdendi qui negat tales omnes duo apoſtoli dei ſunt duodecim et poteſt habere apparẽtias quas introduximus' cõtra aliũ modũ. et iſtũ inſequit magiſter georgius ⁊ infert corrolarie hanc eſſe falſam omnes duo apl'i dei ſunt duodecim eo ꝙ dicit omnẽ ꝓpoſitionem de ſigno collectiuo affirmatiuam inferre eius preiacentẽ. Sed tunc argumentũ de aſcẽſu factũ in ꝑncipio totius. ſ. iſti duo et iſti duo ⁊ ſic de ſingulis enumerando duodecim ſunt duodecim videtur difficile. Georgius

Aduerte Ad hoc argumẽtũ põt dici ꝙ nõ eſt aſcẽſus eo ꝙ in omni aſcẽſu terminus ad quem aſcenditur debet eſſe termin' ſuperior reſpectu terminoꝝ ſingularium modo duo apoſtoli dei nõ eſt ſuperior terminus ad hoc copulatum et iſti duo ⁊ iſti duo et ſic de aliis. quia iſta ẽ falſa: iſti duo et iſti duo. ⁊ ſic de aliis enumerãdo duodecim ſunt duo apl'i dei et quãdo aſcendim' copulatim oportet ꝙ terminus ad quẽ aſcendimus ſit ſuperior ad totum copulatum et hoc totum cõtingit hic om̃es apoſtoli dei ſunt duodecim: quia iſti et iſti quibuſcũ apoſtolis dei: demõſtratis ſunt apoſtoli dei. Etiam capiendo totũ copulatuʒ ꝑ ſubiecto: etiam conſtantia ſic eſt falſa ſi termin' ſuperior debeat verificari de toto copulato ſolutio hʒ apparentiã. nec ꝑ nũc occurrit mihi ad argumẽtũ aliter reſpõdere.

Sed contra hoc arguitur. georgius aſcendit et deſcẽdit copulatim ſub iſto termino homo: in iſta nullum caput omnis homo habet ſic nullũ caput iſte homo ⁊ iſte homo habet. et ſic de ſingulis et eſt modus cõmunis ⁊ tamen hoc totum copulatũ iſte homo et iſte homo ⁊ ſic de ſingulis nõ eſt inferius ad ly homo: quia iſta eſt falſa: iſte homo ⁊ iſte homo: cõplexiue capiendo ſicut capimus ſunt hõ ergo. Credo ꝙ non ſtant iſta dicta Georgii ſimul. Propterea aliter dicerem ſuſtinẽdo hãc falſam omnes duo apl'i dei ſunt duodecim de deſcenſu et aſcẽſu hic nullum caput omnis hõ habet. ſcʒ ꝙ oportet deſcendere et aſcendere diſiũctim in ꝓpria forma ſic nullũ caput omnis iſte homo vel iſte hõ. ⁊ ſic de ſingulis habet et hoc eſt verum: quia ſic dicẽdo nullum caput habet omnis homo. ergo nullum caput habet iſte hõ vel iſte hõ. ⁊ ſic de ſingulis. arguitur a nõ diſtributo ad diſtributũ. quia in hac nullum caput om̃is homo habet. homo ſtat confuſe tantũ: vt patet per regulas ſuppoſitionũ et eius cõtradictorium: et tamen diſiũctim in cõſequente diſtribuitur. Etiam pueriliter poteſt dici ꝙ nõ poſſumus deſcendere et aſcendere quouſ illa reſoluatur in vnã equiualentẽ hãc. ſcilicet omne caput hõ non habet et tunc poſſumus deſcẽdere diſiunctim ſub ly homo: et ſic dicere cõſequenter: ſed q2 videtur ꝙ ſufficit qḋ quelibet ps copulati ſit inferior ad terminũ ad queʒ aſcendit eſt bona apparentia ꝙ tales ſunt cõcedende. omnes duo apl'i dei ſunt duodecim. et ſic vterꝗ modus eſt ſuſtinibilis credo. Georgius

Ad ſcđm argumentũ reſpõdet Hentiſber in codẽ ſophiſmate hãc negãdo om̃es apl'i pauciores duodecim ſunt duodecim: ſed videre meo nõ loquitur cõſequenter: q2 concedendo hãc omnes duo apl'i ſunt duodecim debet illam cõcedere omnes apl'i pauciores duodecim ſunt duodecim. vt pʒ ex diſcurſu ſecũdi argumenti. et pro illo pono ꝓpoſitiones. Hentiſber.

Prima eſt oẽs apoſtoli dei pauciores duodecim ſunt pauciores duodecim. probatur per ductionem et per exponentes: aliqui pauciores duodecim ſunt pauciores duodecim: et nulli ſunt apoſtoli dei pauciores duodecim: quin illi ſint pauciores duodecim. vtraꝗ exponens eſt nota. igitur. Ad ſcđicte enodãda ꝓpõnes.

Secunda propoſitio. omnes apoſtoli dei pauciores vndecim ſunt vndecim vel pauciores vndecim. probatur per expo

nentes aliqui apli dei pauciores duodecim ſunt vndecim. vel pauciores ꝛc. ⁊ in iſtis duabus capio oēs diſtributiue. vt patet ex probatione.

¶ Tertia propō. oēs apoſtoli dei pauciores duodecim ſunt duodecim. q̄ ppoſitio pbatur per ſcōm argumentū principale.

¶ Quarta ppoſitio. oīs apoſtoli dei pauciores duodecim ſunt oēs duo apoſtoli dei oēs tres apoſtoli dei: ⁊ ſic de talibus.

¶ Quinta ppō. oēs apoſtoli dei pauciores duodecim ſunt oēs pauciores omnibus. probatur hec quinta ppō expoſitorie demōſtrando duodecim apoſtolos dei iſti ſunt oēs pauciores oībus ⁊ iſti ſunt oēs apoſtoli dei pauciores duodecim ergo oēs apoſtoli dei pauciores duodecim ſunt pauciores oībus ↄ̄ña tenet expoſitorie ⁊ minor pbata eſt iam pbatꝛ maior quia ſunt iſti pauciores oībus demōſtrando ſex ⁊ illi pauciores oībus demonſtrādo alios ſex.

¶ Ad ſcōm de iſta. oēs hoīes futuri erūt dicitꝛ capiēdo oēs diſtributiue, illa eſt vera qn aliqui hoīes futuri erūt ⁊ nulli ſunt vel erūt hoīes futuri quin illi erint. Si collectiue dico ꝙ eſt falſa: qꝛ nulli erūt oēs hoīes futuri: qꝛ nō duo nec tres ⁊ ſic de ſingulis. ⁊ ſic ſubiectū nō ſupponit ⁊ demōſtrādo ad ymaginationē totaꝫ multitudinē hoīm futurorū falſum eſt dicere ꝙ hec multitudo erit ſed quelibet ps huius multitudinis erit pars ſaltem finita.

¶ Contra hoc arguitꝛ iſta oēs homines futuri erūt diſtributiue ꝓhabet vnā ſingularē falſam puta hāc iſti homines futuri erūt demonſtrando oēs homines futuros: qꝛ iſti nūꝙ erūt. ergo iſta eſt falſa diſtributiue capiēdo.

¶ Ad argumētū reſpōdetꝛ negādo ꝙ habeat vnā ſingularē falſam: immo illa data nō eſt ſingularis eius. qꝛ ſubiectū vlis dꝫ vere ꝑdicari de ſubiecto ſingularis mō hec eſt falſa iſti hoīes ad intellectū demōſtrādo oēs hoīes futuros erūt hoīes futuri. qꝛ nūꝙ̄ erūt ſed q̄libꝫ iſtoꝝ erit. vt patet ꝑ inductionē ſed ex quo ꝓbū eſt pluralis nūeri cōiūctio incluſiua in ly iſti pōt capi diuiſiue. hec poteſt probabiliter concedi.

Notes.

¶ Ad quartū argumentuꝫ de iſta oēs homines cauſabiles poſſunt eſſe cauſate. dicitur ꝙ illa diſtributiue capiendo eſt vera. quia de quocunq; eſt verificabile ſubiectum de illo eſt predicatum verificabile ſed collectiue capiēdo illa eſt falſa quia ſubiectum non ſupponit: qꝛ nulle anime poſſunt eſſe omnes anime cauſabiles: quia nec due nec tres nec quattuor. qꝛ quotcunq; cauſabilibus datis plures poſſunt eſſe cauſate. nec ſequitur quelibet iſtarum animarum poteſt eſſe cauſata demonſtrando totam multitudinem ad intellectum cauſabilem. ergo omnes ille poſſunt eſſe cauſate quemadmoduꝫ nō ſequitur. vt hn̄ dicit georgius demōſtrādo duas lineas equales a ⁊ b quelibet pars linee b eſt exceſſa a b. ergo omnes partes linee b ſunt aliqd̄ exceſſum ab a. ſimiliter non ſequitur: quelibet ps fortis eſt minor forte. ergo omnes ptes fortis ſunt aliquid minus forte. Nec ſequitur quelibet pars pedalis linee infinite eſt finita. ergo omnes partes pedales ſunt finite: vel ens finitum

Georgius.

nec ſequitur quelibet pars pedalis huius linee infinite intrabit hoc foramen. ergo omnes partes pedales intrabunt hoc foramen. demōſtrādo vnam lineam infinitam orientem verſus terminatam hic pariſij cuius extremitas ſit in foramen a ⁊ quolibet die ad imaginationem trahatur per ſpacium pedale. ⁊ nego hanc cōſequētiam. omnes animas cauſabiles deus poteſt producere ergo omnes animas cauſabiles deus poteſt producere capiendo omnes diſtributiue in antecedente ⁊ collectiue in conſequente nec hoc ſemper oportet. ecce inſtantiaꝫ omnes duo apoſtoli dei ſunt pauciores duodecim ergo omnes duo apoſtoli dei ſunt pauciores duodecim. antecedens eſt verum vt patet per aſcenſum. ⁊ exponentes ⁊ conſequens eſt falſum. Etiam hec forma arguendi nihil valet. Iſte anime poſſunt eſſe cauſate. ergo poſſibile eſt ꝙ iſte aīe ſint cauſate quemadmoduꝫ non ſequitur hec duo poſſunt eſſe vera. demonſtrando iſtas duas rex ſedet et nullus rex ſedet: ergo poſſibile eſt has duas eſſe veras. ⁊ ſic non eſt opus reſpondere ad formam argumentorum.

¶ Ad quintū argumentuꝫ reſpondetur per tres propoſitiones. Primo a eſt inter vltimum inſtans non eſſe hoꝛe. ⁊ quodlibet aliud eſt inſtans mediuꝫ probatur aſcendendo ſub ly quodlibet. Secunda propoſitio inter vltimum inſtans non eſſe hoꝛe ⁊ omnia alia collectiue nō eſt inſtans medium. Tertia propoſitio inter vltimum inſtans non eſſe hoꝛe ⁊ omnia alia diſtributiue eſt inſtans medium. — Tres ppoſitiones.

¶ Ad ſextum nego antecedēs ⁊ ad probationem omnia duodecim ꝛc. negatur conſequentia et cauſa eſt quia in vna eſt ſuppoſitio cōfuſa tātū diſiūctim ⁊ in altera copulatim.

¶ Ad cōfirmationeꝫ que tangit hic deſcenſum non omnes apoſtoli dei ſunt duodecim. dicit Georgius. ꝙ apoſtoli dei non diſtribuitur ⁊ ſic non eſt deſcendendum copulatiue. quia tunc darentur contradictoria falſa vt querit argumentum. ſed ſtat confuſe tantum. ⁊ propterea dicit ꝙ ſignum collectiuum impedit negationem ne diſtribuat terminum ſequentē Sed malo dicere ꝙ diſtribuitur diſtributiōe oppoſita ſuppoſitioni confuſe tantum copulatim tenendo regulas ſuppoſitionum vniuerſaliter: quia tunc eodem modo haberet dicere hic non tantum decem ſunt apoſtoli dei ꝙ apoſtoli dei ſtat confuſe tantum: quia ſi copulatiue deſcēdamus ſicut in aliis darentur contradictoria falſa videtur equalis ratio hic non tantum ſubſtātia non eſt accidens ꝙ ſubſtantia non diſtribuitur et eodem modo in multis aliis. ꝙ preter confundat confuſe tantum. ⁊ tunc dicendo ꝙ diſtribuitur diſtributione oppoſita ſuppoſitioni confuſe tantum copulatim oportet ſic deſcendere. ergo nō iſti ⁊ iſti apoſtoli ⁊ ſic de ſingulis ſunt decem vel duodecim. et eodem modo hic dicatur Et ita dicatur de predicato huius non tantum decem ſunt apoſtoli dei eam exponendo gratia pluralitatis. — Georgius — Ca

¶ Ad ſeptimum argumentuꝫ quod eſt: hec ppoſitio in ſenſu diſtributo eſt falſa Pono duas propoſitiones: quarum prior eſt hec propoſitio in ſenſu collectiuo eſt falſa. probatur

propoſitio per ſillogiſmum expoſitorium qui eſt ſeptimum argumentum. Secunda propoſitio non eſt falſa in ſenſu collectiuo patet ex dictis queſtione prima.

Laurētiꝰ. ¶ Ad octauū argumētū qḋ eſt magiſtri Laurētij. nego aīs ſaltē ꝙ hec ꝓpoſitio eſt vera in ſenſu diſtributo licȝ in ſenſu diſtributiuo ſit vera. Et ad ꝓbationē ſua cōtradictoria eſt hec nō oēs apoſtoli dei ſunt duodecim ꝗs teneret principia Laurētij quo ad hoc negaret ꝙ eēt ſua contradictoria. qꝛ idē eſt per eū dicere nō oēs apoſtoli dei ſunt duodecim. ⁊ oēs apoſtoli dei nō ſunt duodecim. ⁊ ſcḋa nō contradicit iſti oēs apl'i dei ſunt duodecim nec altera. Sed ego nego eius principia cū ſint cōtra ariſtotelē ⁊ cōem modū ariſtarum. **Ariſtoteles.** Ariſtoteles ſcḋo peryarmenias caplo ſcḋo dicit ꝙ eſt idē ꝑponere ⁊ poſtponere negationem termino ſingulari. Sed de termino cōi non eſt idem et dicit ſi quis querat eſt ne ois homo ſapiēs. ⁊ ꝗs reſpōdet ꝙ nō tunc ex illa rñſione non poteſt inferri ꝙ ois hō non eſt ſapiēs ſed bene infert ꝙ nō ois hō eſt ſapiēs qḋ eſt dicere cōtra modum Laurētij ⁊ ad hoc ꝙ **Laurētij ↄfutatio.** adducit ex ſacris lr̄is vbi eſt vnum dictum ꝓ eo ſunt viginti contra eum quod eſt adeo notū ꝙ nō eſt opus hoc niti probare. Etiā qñ nihil aliud eſſet cōtra ipſum oporteret videre ꝓceſſum littere ⁊ eius intētionē ⁊ nō currere ad fantaſmata.

Rē tripliciter fieri. Propoſitiones de fit ⁊ factum eſt ... expoſitum ... quo nota ꝙ res dicatur fieri tripliciter. Primo modo abſolute. i. qñ de pronomine demōſtrante illā rem. verum eſt dicere hoc fit ⁊ hoc mō forma ſubſtantialis fit ⁊ totum cōpoſitū licet nō materia pria naturaliter loquēdo ⁊ etiam accidens ſiue ſit ens ſimpliciter ſiue ens in alio modo res dicitur fieri ſm qḋ qñ nō ſinē addito ille terminus fit de illo predicaṫ vel ſuū participiū ſed partialiter cum addito vt hoc fit ſedens vel hoc fit album.

Res iterū bifariā fit ¶ Nota ſcḋo ꝙ res que diciṫ fieri ⁊ aliqua fit ſucceſſiue. ꝑmanēt et tñ quo ad eſſe vt calor partibiliter genitus vel albedo ptibiliter genita ⁊ talis qñ fit nō eſt ſm totā. ⁊ de talibus intelligitur illud primi ꝑyarmenias qḋ fit nō eſt qñ fit vt qñ calor eſt in acquiri hoc eſt qñ aliqui gradus caloris iā ſunt acquiſiti ⁊ aliq̄ ſunt acquirendi tunc totus ille calor dicitur fieri ⁊ tñ tunc ille calor totalis nō eſt ⁊ talis propoſitio ſic exponiṫ: aliqua pars huius caloris qui erit eſt ⁊ aliqua pars eius eſt acquirenda. alia eſt res ſucceſſiua quo ad eſſe ⁊ quo ad fieri vt motus localis ⁊ talis eſt quando fit ⁊ quādo factus eſt nō eſt ⁊ cōfirmando me phyſicis dictis videre meo nō eſt idem incipit ⁊ fit. ſed in talibus ſufficit ꝙ eſt dato ꝙ motus celi fuerit ab eterno motus celi nunc eſt. propterea fit ⁊ ſi aliqua forma ſubſtantialis ſucceſſiue producatur quo ad extenſionem eodem modo exponatur ſicut calor partibiliter genitus ſi inſtantanee per poſitionem preſentis remotionē preteriti ⁊ idem eſt in illis fierit factum eſſe. ſed in inſtanti terminante motum verum eſt dicere motus nunc factus eſt et prius verum erat dicere fit ⁊ eodem modo corrumpitur. qꝛ in primo inſtanti nō eſſe rei ſucceſſiue corrumpitur. tunc verum eſt dicere ꝙ corrupta eſt: ſed ante corrumpebatur.

Corrolarium. ¶ Ex quo patet. ꝙ ille modꝰ exponendi eſt nullus celū factū eſt celum fuit et nō fuit ab eterno: qꝛ ſi celū crearet in hoc inſtāti verū eſt dicere ꝙ celum factū eſt ⁊ tñ falſum eſt dicere ꝙ fuit ⁊ nō fuit ab eterno inſuper ſi celum fuiſſet ab eterno ad imaginationē ⁊ corruptum tpe ariſtotelis nūc falſum eſt dicere celū factum eſt ⁊ tñ fuit ⁊ non fuit ab eterno.

¶ Sed iterū magis eſt mutādus cōis modus ⁊ nolo exacte querere rigorē cōſequētiarū ſed veritatē ꝓpōnum. credo ꝙ meliꝰ eſt has propōnes reſoluere rōne tpis incluſi in copula vt celum factum eſt celū in hoc tpe factū eſt monſtrando tempus in quo factum eſt. ⁊ tūc dicere celū in hoc tēpore eſt vel fuit ⁊ non fuit ab eterno. Antichriſtus fiet antixp̄s in hoc tpe eſt vel erit ⁊ non erit ab eterno.

Annotatio. ¶ Nota tertio ꝙ facit āpliat terminum in quē tranſit eius actus ad ea que ſunt vel erūt nō immediate ſed ſatis prolixe. qꝛ dato ꝙ ſortes ſtrueret vnū templū qḋ nō cōſummaretur in viginti annis in primo anno diceremus ſortes facit templū ⁊ a factiōe ſm quid ad factionem ſimpliciter nō valet argumētū: qꝛ nō ſequitur ſortes facit cutellum. ergo ſortes facit aliquid probatur. antecedens eſt verum ⁊ ↄſequens falſum veritas antecedentis patet ex iam ... falſitas conſequentis probatur: quia bene ſequitur ſortes facit aliquid. ergo hoc ens vl' iſtud ſed hoc eſt falſum demonſtrando cutellum: quia nec materiam nec formam nec hoc ferrum. quia omnia prius fuerunt ⁊ illud patet ex ꝓ philoſophia iam communi ex ſecundo phiſicorū. Ex **Secundo phyſicorū.** quo infero corrolaria. Primum eſt ſortes facit tunicam ⁊ nihil facit. ſcḋa pars patet quia nec facit filum nec lanā nec aliquā aliā rem. **Corrolarium.** Secundo ſequitur ꝙ ſortes facit tunicā. ⁊ tunica eadē non fit a ſorte. probatur ſecunda pars: qꝛ hec oppoſitum ſuꝰ per vnam ſignificaṫ hec tunica fit a ſorte ⁊ hec tunica eſt ille pānus vel ſaltē ille pannus ⁊ ſila: ergo ille pannus fit a ſorte concluſio eſt falſa. ⁊ nō minor. ergo maior. ⁊ p ↄñs ſua ↄdictoria eſt vā ꝗ eſt ſcḋa ps ſcḋi corrolarij. Tertiū corrolariū eſt ſortes facit tunicā ꝗ tunica fit a ſorte nō arguiṫ ab actiua ad paſſiuā ſȝ opȝ inferre a ſorte fit tunica ſed ꝗr. s ꝗre daṫ pecunia ſorti ꝓ laboribꝰ cū nihil faciat. dr qḋ cā eſt. qꝛ facit rē demōſtrādo pānū eē tunicā ⁊ ſic nō manet ocioſus nec ſequiṫ facit hāc rē eē tunicā ⁊ hāc res eē tunicā eſt aliq̄d ergo facit aliq̄d. Quēadmodū nō ſequiṫ plato facit ciceronē, examinatorē ⁊ ciceronē eē examinatorē eſt cicero ergo plato facit ciceronē. qꝛ in aūcedētibꝰ eſt factio ſm q̄d ⁊ in cōſequēte factio ſimpliciter. Et eodē mō ſoluiṫ talis modꝰ arguēdi ſortes facit hāc rē taliter ſe habere ⁊ hanc rem taliter ſe habere eſt hoc ens ergo ſortes facit hoc ens. ⁊ ille conuertuntur ſicut alie propoſitiones ſortes facit templum ergo faciens templum eſt ſortes. ⁊ ſic in aliis.

De infinito Circa materiā de īfinito nota ꝙ ꝗtitas īꝓpe attribuiṫ cꝫbuſcūꝗ ī qbꝰ repiṫ ꝓportio vel duratiōnis: vel vigoris: vel pfectiōis vel intētionis. durationis ſicut celum: pfectionis ſicut deus: ſȝ ꝓprie capiēdo reperiṫ in ꝗtitate maxi

me de illa eſt ad ꝓpoſitum: et eodē modo ꝓprie vel improprie capitur infinitum vel finitū: quia ꝓprie capiendo cōuenit quātitati ſm illud pmi phiſicorum. Infiniti ratio quātitati cōgruit im proprie capiendo cōuenit aliis quib' quantitas improprie cōuenit. Tūc ſuppoſito ꝙ non loquimur de infinito ſcḋe intētionaliter ſicut logicus dicit nō homo eſt nomē infinitū vel grammaticus diſtinguit nomē infinitum ab interrogatiuis ⁊ talibus: ſed capitur hic pme intentionaliter et poteſt capi ſincathegoreumatice et cathegoreumatice ⁊ vtrūꝗ mēbrū poteſt diuidi ſcḋz ꝙ duplex quātitas ſcʒ continua ⁊ diſcreta ſincathegoreumatice vt cōuenit quātitati cōtinue trib' modis exponitur cōmuniter. Uno modo aliquātum ⁊ nō tātum quin maius. Alio mō ſic exponitur aliquātum quātumlibet maius. ita ꝙ quantūlibet nō capitur vt vis vocabuli videtur ſignificare quātumlibet. i. placet: ſed capitur vt tātū valet ſicut quocūꝗ tali dato. quia alś iſta eēt cōcedenda infinitum pōdus ego poſſum portare: quia vnam libram ⁊ forte nō liberet mihi ferre amplius que negatur ſic exponēdo. Tertio modo exponitur ꝑ cōtinuam reduplicationem ſpecierum quātitatis continue ſic infinitum corp' deus poteſt creare aliquātū corpus deus poteſt creare et duplum et ad illud et triplum ad illud quadruplum ad illud ⁊ ſic ſine ſtatu. vel ſic pedale pōt creare bipedale pōt creare tripedale pōt creare et ſic ſine ſtatu. Alio modo capiť vt attribuitur multitudini ⁊ ſimiliter tripliciter poteſt exponi. Uno modo ꝓportionabiliter ſic aliqḋ ⁊ nō tot quin plura. Secūdo mō aliquod ⁊ quodlibet plura. Tertio modo per cōtinuam replicationem ſpecierum numeri: vt infiniti ſunt angeli, duo ſunt angeli. tres ſunt angeli. ꝗtuor ſunt angeli: et ſic ſine ſtatu. ſed cōtra dicis: ponamus ꝙ decem portant vnum lapidem ⁊ duo vnū aliū per triginta tertium et ſic ſemꝑ cumulādo decē. Jam illa cōceditur infiniti homines portant lapidem et tamē falſum eſt ꝙ duo portant lapidē tres portant lapidem. ꝑ ypotheſim. dicitur ad illa ꝙ illa nō conceditur ſm tertiam exponentē ſed ſm duas pmas vel dicitur illam cōcedendo ſm oēs iſtas acceptiones. et cōcedo ꝙ duo portant lapidem in caſu ⁊ ſimiliter vnus ⁊ ſimiliter tres ꝑ ſe vel ꝑ accidens. Portare ꝑ accidens voco quādo iuuat ad portādum an ferre ꝑ accidens ſit ferre ſimpliciter pōt dici ꝙ ſic: ſʒ difficultas ſtat ad nomē. ⁊ ſi teneatur ꝙ ſic ꝯńs eſt vnum paruulum ferre tm̄ ſicut omnes equi in mūdo. Ferre ꝑ ſe eſt qn̄ ferens ſine auxilio alterius fert.

Infiniti rō quantitati congruit.

Duplex quātitas.

Sincathegoreumatice trifariam exponitur.

Quid portare ꝑ accidens.

¶ Tertio dico ꝙ exponitur ꝑ cōtinuam replicationē ſpeciei quātitatis continue vel diſcrete hoc eſt aſcēdendo et cumulando ⁊ hoc cōtingit in caſu: quia quādo decem portāt lapidem viginti portāt alium. ⁊ ſic cumulantur decem ⁊ poſtea triginta portāt aliū lapidem: et eſto ꝙ quattuor portāt vnū ⁊ tres vnū: dūmodo ſit aſcēſus in infinitum vocatur ibi cumulatio ⁊ eodem mō exponūtur ꝓpoſitiones de extrinſecis tpibus ⁊ modis. Alio mō capiūtur iſti termini cathegoreumatice ⁊ hoc dupliciter. vno modo vt attribuūtur magnitudini et tūc tātum valet infinitū ſicut ens extēſum ſine termino vel ꝙtū nō terminatū ⁊ tūc opponiť iſti termino finitū et dr̄ ab in quod eſt nō et finitum terminatum. Ex quo ſequiť ꝙ hec ꝯńa eſt nulla. hec linea eſt infinita oriētem verſus. ergo hec linea eſt infinita: qꝛ nō ſeqtur hec linea nō eſt terminata oriētem ꝟſus. ergo hec linea nō eſt terminata. Alio modo attribuiť multitudini ⁊ tātum valet ſicut multitudo cui' cōſequēter numerādo nō eſt dabilis vltima vnitas ſicut nullum continuum eſt finitum: immo quodlibet eſt infinitum: qꝛ nullius talis eſt dabilis vltima vnitas.

Corolarium.

¶ Iſtis notatis pono ꝓpoſitiones. Prima eſt infinitum pōdus hec formica nō pōt ferre ⁊ hec formica nō poteſt ferre vnā librā nec pōdus infinitū. ſcḋa ps eſt nota quo ad ferre librā et aliā ꝓbo. qꝛ regulariter infinitum captū a parte pḋicati capiť cathegoreumatice. ⁊ additur alter termin' cognotatiuus a pte eiuſdē extremi ſcʒ pōdus et ſignificať ꝙ hec formica nō poteſt ferre aliqḋ infinite pōderoſitatis. poſtrem partē cōcluſionis ꝓbo. qꝛ aliquantū pōdus hec formica pōt ferre ⁊ nō tm̄ quin maius. ergo infinitū pōdus ⁊c. in pma acceptione de ly infinitū ſcḋam exponētem ꝓbo. qꝛ da eius oppoſitum hec formica tm̄ pōdus poteſt portare. ſic ꝙ nō maius et ſigneť illud pōdus ⁊ ſit a. et tūc ſic. vel a eſt equalis reſiſtētie cū actiuitate huius formice vel maioris vel minoris. nō duo prima: qꝛ a ꝓportione equalitatis nec a ꝓportione minoris equalitatis ſit actio nec vltimū ꝙ ꝓbo. quia tunc potētia portatiua huius formice excedit reſiſtentiā hui' ponderis dati ⁊ nō indiuiſibile additū diuiſibili nō reddit totum maius ergo per aliqḋ diuiſibile diuidatur. ergo iſte exceſſus ad imaginationē in duas partes ⁊ addatur pōderi minoris reſiſtētie quā ſit. actiuitas fortis aliqḋ tātum reſiſtens ſicut medietas exceſſus formice eſt actiuitatis tūc pōdus a cū hoc addito eſt grauius ꝙ̄ prius fuerit et ipm poteſt portare. qꝛ ab eadem ꝓportiōe maioris inequalitatis ſit actio: ergo pōdus a nō fuit maximū pōdus ꝙ hec formica poteſt portare ⁊ eodē modo ꝓbabiť de quolibet alio pondere dabili prior exponēs eſt nota ꝙ aliquantū pōdus poteſt portare.

Ponūtur ꝓpōnes necētitur ꝓpōnes.

Poſitio ꝓbifica.

Indiuiſibile additū idiuiſibili nō reddit totum maius.

¶ Secūda propoſitio. hec cōſequētia eſt nulla quālibet ptē b. pōderis hec formica poteſt portare. ergo b pondus hec formica poteſt portare ꝓbatur poſito ꝙ b. ſit minimum pondus ꝙ hec formica non poteſt portare. iam añcedens eſt verū. qꝛ qḋlibet minus b pondere hec formica poteſt portare ⁊ quelibet pars b pōderis eſt minor b pōdere. ergo quālibet ptem b. pōderis poteſt portare ⁊ tamē b pondus nō poteſt portare: vt patet ex terminis.

¶ Tertia ꝓpoſitio non ſequiť hec formica ſuſtentat b pōdus in dorſo. ergo. b. pondus pōt portare. ptʒ ſi ponať b pōdus ſuper dorſum formice formica ſuccūbet licet nō inſtātanee tūc in paruo tpe. ſuſtētat b pōdus. ⁊ ſic añcedens eſt verū. ſcḋa ps ꝓbať. quia ad motū nō pōt ſe mouere: qꝛ tunc a ꝓportione equalitatis fieret actio. ⁊ ſi eſſet potētia indebilitatis ſemꝑ ſupferret: nec ſeqtur ſic reſiſtit: ergo agit quemadmodum ſi eſſent duo fortes ⁊ plato equaliter fortes trahētes vnam cordam ad oppoſitas differentias poſitionum vnus reſiſtit alteri ſed nō agendo ſic in ꝓpoſito capitur.

¶ Cōtra forte dices ſi hec formica ponať in pluribꝫ locis poteſt portare b pō

Res impꝑtis demiranda.

dus. quia ante ꝑ me poterat quālibet ꝑtē h pōderis portare in loco i quo: et in alio loco poteſt tātum portare: ergo iam poteſt totum pondus portare reſpōdetur ꝙ naturaliter locutus ſum nullo ꝓſuppoſito miraculo: ſed ꝓſuppoſito caſu quē reputo poſſibilē. dico ꝙ vna formica pōt ferre mille libras vl' vrbem pariſiam ſi eſſet diuiſio partiū vrbis ad formicā i ſuo loco ſcōo dico ſcōm principia doctoris ſubtilis ꝙ formica hec nō amplius ferret in tribus locis ꝙ̄ in duob' vl' in vno ſed cōtra dices ponat h pōdus pariſij ⁊ rome pōdus equale et applicet iſtis. hec formica in iſtis duobus locis ⁊ auferat ab vno pōdere in vno loco vna milleſima ps vel minima ſenſibilis. ⁊ tātūdem in altero loco nunq̄d hec formica pōt leuare vtrūq; corp'. dico ꝙ vtrūq; corp' hec formica pōt leuare ſ; nō pōt leuare vtrūq; corp': ſed ſi formica incipiat leuare ſuū pōd' pariſij ⁊ hꝙ̄ incipiat rome: tūc dicit ꝙ leuabit ſuum pondus pariſij. ⁊ illo leuato nō eſt cōpoſſibile ꝙ leuet illud pōdus rome: q2 eſt reſiſtētia ſed ſi ſimul ⁊ ſemel incipiat leuare vl' vt rectius loquar ſi ſil' ⁊ ſemel nitatur incipere leuare nullibi leuabit.

Doctor ſubtilis.

Problema.

¶ Tertia ꝓpoſitio infinitum

corpus deus pōt creare ⁊ deus nō pōt creare infinitū corpus. ſcōa pars ē ꝓbleuma neutrū: ſed ꝓpterea eā ſuppono gr̄a ꝓpōnis: vl' q2 prior pars nō antecedit ad oppoſitum ſcōe partis. prior ps patet. quia aliquantū corpus deus pōt creare et non tātum quin maius vel duplum ad illud triplum ad illud ⁊ ſic conſequēter.

¶ Quarta ꝓpoſitio infinita ē

aliqua ps hui' continui. ꝓbat aliquāta eſt aliq̄ pars hui' cōtinui ⁊ nō tāta q̄n aliqua eſt maior eo ꝙ nullius pure cōtinui datur maxima pars.

¶ Quinta propoſitio infinit9

calor acquirebat in hoc mobili demōſtrādo hāc aquā ante hoc inſtans demonſtrādo inſtās complete acquiſitionis. q2 aliquātus calor acq̄rebat in hoc mobili ante hoc inſtans et non tātus q̄n maior eo. quia in nullo inſtanti ante hoc inſtās fuit tātus calor in hoc mobili quin poſt illō fuit maior calor ante hoc inſtans.

¶ Sexta ꝓpō in infinitū tar

de rotatur aliqua ps hui' rote demonſtrādo rotam mole fabri. ⁊ in infinitū velociter mouetur aliqua ps eiuſdem rote. ſed hec rota nō mouet infinita velocitate nec īfinita tarditate. ſcōa ps pz de tarditate hoc implicat. ⁊ de velocitate cēt ꝓprie capiendo motū prima ps patet. q2 aliquāta tarditate mouet aliqua pars hui': ⁊ nō eſt dabilis vna ps tarde mota q̄n aliqua tardius mouetur q2 nulla pars maxime accedit ad centrū ⁊ quanto pars aliqua magis accidit ad centrum tāto tardius mouet. ⁊ eodem modo ꝓbat de velocitate accedēdo ad circūferētiam.

¶ Septima ꝓpō īfinitos an

gelos deus creabit in aliqua parte proportionali hore future. et in nulla parte ꝓportionali hore future creabit infinitos angelos. ſcōa ps pz ꝑ inductionem viſo caſu ꝙ in prima pte proportionali hore future creat vnum angelū. in ſecūda duos. in tertia tres. et ſic creſcendo ſm ptes ꝓportiōales. ⁊ ſic pz pma ps: q2 duos creabit i aliqua pte ꝓportiōali hore future. q2 i ſcōa pte q̄rtuor q3 in q̄rta parte. ⁊ ſic conſequēter. igitur.

¶ Octaua propō hec formica

portat infinitā multitudinē ꝓbatur hec formica fert vnum cōtinuū et q̄ōlibet tale eſt infinita multitudo: quia ibi nō eſt vltima vnitas.

¶ Nona ꝓpō. ſequēs ex illa ē

ꝙ non ſunt plures partes in pmo mobili ꝙ̄ in hac formica. ꝓbatur ſic. quia in vtroq; ſunt infinite partes. forte dices ſunt infinite ſincathegoreumatice et non cathegoreumatice. hoc implicat. vt patet intelligenti.

¶ Decima ꝓpō. ſi infinita eſt

linea giratiua. linea giratiua eſt infinita: quia ſuppoſito caſu cōmuni de corpore colūnari: cui' craſſitudo eſt vnius pedis: tunc dicit Buridanus infinita eſt linea giratiua: ſed nulla linea giratiua eſt infinita. hoc ego nō poſſum intelligere et credo ꝙ implicat. quia hec gira demonſtrando illam totalem girā habet infinitas partes quarum quelibet eſt pedalis in valore. ergo oportet ꝙ ſit infinita cathegoreumatice: ſed bene verū eſt ꝙ gira girans primam partem ꝓportionale non eſt infinita nec gira girans ſecūdā: ſed gira girans oēs eſt infinita. nec ſnīa mea aliqua probatio valet in oppoſitum: quia eodē modo pōt dici ſuppoſito ꝙ deus crearet infinitos angelos ꝙ ſunt infinite ſincathegoreumatice et non cathegoreumatice. quia nec duo ſunt infiniti nec tres nec quattuor ⁊ ſic ꝯſr ſicut ipſe probat. nec propterea volo dicere ꝙ ꝓpoſitio de infinitū ſincathegoreumatice inferat ꝓpoſitionem de infinitum cathegoreumatice regulariter.

Buridan' Do

¶ Undecima ꝓpō in hoc cor

pore bipedali ſunt infinite pedalitates equales quarū nulla eſt altera. ⁊ tn̄ illud corpus bipedale nō eſt infinitū magnitudine h' pz de partib' pedalibus cōicantibus. pmo ſunt due medietates pedales eq̄les. ⁊ tertia ps erit cōpoſita ex tribus quartis vnius medietatis et vna quarta alteri' medietatis: ⁊ ſic ꝯſr inuenies infinitas.

¶ Duodecima ꝓpō. infinite

ſunt partes equales non cōmunicantes in hoc corpore bipedali. ꝓbatur due ſunt partes equales nō cōmunicantes et q2 due medietates tres ſunt partes equales nō communicātes: q2 tres tertie. quattuor ſunt ptes equales nō cōmunicātes quinq; ſunt partes equales nō cōicantes et ſic ſine ſtatu. igitur infinite ſunt ptes eq̄les non cōicātes in hoc corpore bipedali.

¶ Tredecima ꝓpoſitio. infi

nite ſunt partes equales in hoc cōtinuo vni certe parti date. Probatur. due ſūt partes equales non communicantes vni certe parti date tres quattuor. ⁊ ſic ſine ſtatu.

¶ Decimaquarta ꝓpō. nulli

certe parti date alicuius cōtinui ei datur infinite ptes equales in illo continuo. Probat da oppoſitū ſeq̄tur hoc corpus eſt infinitū magnitudine. q2 ꝯn̄a eſt bona in hoc corpore ſunt infinite ptes nō cōicātes equales iſti pti date demōſtrādo ptes piſales. digitales. vel pedales. ergo hoc corpus eſt infinitū actu. ⁊ hoc phiſice loquendo: q2 ſm eūdem modū ꝓcedēdi in phiſica tales cōſequētie recipiunt hoc eſt infinitū legū ergo ē infinitū. l3 de virtute ſermonis nō ſequatur.

¶ Decimaquinta propõ. hec linea ẽ infinite lõga in a loco et tñ hec linea nõ eſt infinite lõga. qꝛ poſito ꝙ linea aliq̃ ponatur in duobus locis. ſ. in a ſcđꝫ infinitã longitudinẽ ꝛ in alio loco terminata verificatur propoſitio.

¶ De ſigno totus.

Nomẽ totus bifariam capiť.

Circa propoſitiones de hoc ſigno tot' notandũ ẽ ꝙ hoc nomẽ tot' capiť dupliciter. vno mõ cathegoreumatice alio modo ſincathegoreumatice vł mixtim. Cathegoreumatice dupliciter. Uno modo tm̃ vꝫ ſicut aliqđ quod non eſt pars alterius rei. Alio mõ vt tm̃ vꝫ ſicut ens hñs partes. Secũdo mõ quelibet pars integralis ſortis vel alteri' rei eſt totũ ꝛ nõ primo mõ: iſtos modos tãgit ariſtoteles. v. metaphiſice capitulo. ix. partim cathegorematice. ꝛ partim ſincathegorematice capiť duobus modis. Uno mõ vt tm̃ valet ſicut q̃lꝫ pˢ vel vt aliȷ̃ volũt q̃lꝫ pˢ integralis difficultas ẽ ad nomẽ. ꝛ dicit ariſtoteles loco ſ allegato ꝙ hoc diſcriminis ẽ iter totũ ꝛ oẽ qꝛ totũ diciť de illis ĩ quib' eſt cert' ordo partiũ adinuicẽ nõ enim dicim' omnis veſtis ſed tota veſtis. Omne autẽ de ſeparatis ab ordine. Alio modo tantũ valet ſicut aliq̃d et nihil ipſius qui vt tota aĩa rationalis ẽ in digito. aĩa rõnalis ẽ in digito ꝛ nihil eſt ipſius quin ineſt digito.

Ariſtoteles.

Propoſitiones notatis annexe.

¶ Iſtis notatis pono aliquas ppõnes. ¶ Prima ẽ. tot' ſortes ẽ pars ſortis. et non totus ſortes ẽ pars ſortis. hec cõcluſio pbatur capiẽdo tot' mixtim in pꝛi parte [illegible] gorematice in parte ſcđa. Secũda ppõ tot' ſortes ẽ pars ſortis ꝛ nõ tot' hõ ẽ pars ſortis. ppõ patet capiẽdo vtrobiq; totus mixtim. Tertia ppoſitio totũ ꝙ ẽ in mũdo ẽ in archa tua. et tota pecunia poſſibilis ẽ in burſa tua pbať ppoſitio capiendo totũ cathegorematice. ¶ Quarta propoſitio. nõ ſequiť hõ tot' ẽ in ſcholis ergo totus hõ eſt in ſcholis probatur. poſito ꝙ ſortes ſit in ſchola. añs ẽ verũ: ꝛ ꝯñs falſum. vtrobiq; capiẽdo totũ partim cathegorematice. ꝛ partim ſincathegorematice: qꝛ añs valet hanc hoĩs q̃libet pars in ſcholis ꝛ conſequens valet hãc quelibet pars hoĩs ẽ in ſcholis. Quinta ppõ arguendo a totus cathegorematice ad tot' ſincathegorematice ꝛ nõ vꝫ argumẽtũ nec cõtra pbať nõ ſeq̃tur tot' brunell' valet viginti libras ergo tot' brunellus valet viginti libras ſecunda pars patet. non ſequitur. totus ſortes eſt minor ſorte ergo totus ſortes eſt minor ſorte.

¶ Contra arguiť ꝙ totus nõ tm̃ valet ſicut q̃lꝫ pˢ vł q̃lꝫ pˢ integralis. qꝛ tunc hec foret impropria tota pars integralis ſortis eſt pars ſortis. qꝛ ibi geminaretur pars itegralis. ꝛ iterũ hec foret impoſſibilis tot' plato ẽ pˢ platonis. qꝛ valeret hãc q̃libet pars integralis plato: vel que eſt plato: qꝛ hoc videtur mirabile ꝙ non poteſt addi pars integralis iſti termino plato. niſi ponatur in genitiuo.

¶ Secũdo arguiť cõtra priorem partẽ q̃rte ppõnis qua cõcediť hec. hoĩs q̃libet pˢ ẽ ĩ ſcholis: qꝛ hñ ſeq̃tur. hoĩs q̃libet pˢ eſt in ſcholis. ꝛ hoĩs q̃libet pˢ ẽ extra ſcholas. ergo q̃libet pˢ in ſcholis ẽ extra ſcholas. ꝯña tꝫ virtualiter. in barbara ſed concluſio eſt falſa. ergo aliqua premiſſarum ꝛ equalis eſt ratio de minore ꝛ maiore. ergo maior eſt falſa in illo caſu.

¶ Et confirmatur contra modum pbandi qꝛ nõ ſeq̃tur ſortis q̃libet pars eſt in ſcholis. ergo hoĩs q̃libet pars ẽ ĩ ſcholis qꝛ arguitur ibi ab inferiori ad ſuperi' cũ diſtributiõe ſuperioris qꝛ hoc totũ diſtribuiť. hoĩs pˢ vel ſaltem ille termin' pˢ q̃ in ꝯñte capiť p cuiuſlibet hoĩs parte ꝛ in añte pro ſortis quacũq; parte accipitur ſcđo bene ſeq̃tur per deſcẽſum hominis q̃libet pars ẽ in ſcholis. ergo hoĩs illa pars ẽ in ſcholis demõſtrando vnã partẽ ſortis ꝛ eiuſdem hoĩs illa pars ẽ in ſcholis demõſtrando partem alterius hoĩs: ſed ꝯñs illud eſt falſum. ergo ꝛ antecedens ꝛ conſequẽtia patꝫ. qꝛ ibi pˢ accipitur pro quacunq; hoĩs parte. ¶ Tum ſecundo qꝛ cõtradictoria hui' ẽ pˢa. ſcilicet. cuiuſlibet hoĩs pˢ nõ ẽ in ſcholis. ergo ipſa ẽ falſa ſi ſit antecedẽs patꝫ qꝛ bene ſequitur cuiuſlibet hoĩs q̃lꝫlibet ens in ſcholis pars nõ eſt: ergo cuiuſlibet hominis pˢ non eſt in ſcholis ab equiualentibus et antecedens eſt verum quia iſtius hominis quodlibet ens in ſcholis pars non eſt. ꝛ iſtius hominis q̃lꝫlibet ens in ſcholis pars nõ eſt ꝛ ſic de ſingulis.

¶ Deinde arguiť contra quintam ppõnem vbi dr̃ ꝙ non ſeq̃tur tot' brunell' vꝫ viginti libras ergo tot' brunell' vꝫ viginti libras capiendo totus cathegoreumatice in antecedente: ꝛ ſincathegoreumatice in cõſequente ¶ Contra q̃libet pˢ brunelli valet aliquid: ꝛ illõ nõ põt aſſignari niſi p vigĩ. libras ergo ꝯña fuit bona [illegible] ꝙ hec foret ĩpropia tota pˢ itegraľ ſortis ẽ pˢ ſortis: qꝛ valet hãc q̃libet pars integralis partis integralis ſortis ẽ pars ſortis que eſt ſatis ppꝛia et ad illud ꝙ illa foret impoſſibilis totus plato eſt pars platonis hoc nego. quia additum capitur plato oblique.

¶ Ad ſecundũ argumentum quo niteris probare in barbara nego ꝯñam: qꝛ mediũ virtualiter particularizatur: ſed oportet hr̃e eiuſdẽ in minore aľs cõbinatio erit inutilis nec adhuc proprie eſt ſillogiſmus quia plus pdicatur in minore q̃ ſubiicitur in maiore.

¶ Ad confirmationẽ reſpondeť negãdo ꝙ nõ ſequať ſortis q̃lꝫ pars ẽ ĩ ſcholis hoĩs q̃libet pars ẽ in ſcholis: ꝛ negať ꝙ totũ ſuperius diſtribuatur. imo hoc totuꝫ accipiť determinate et eſto ꝙ pars accipiať pro plurib' in ꝯñte q̃ in añte hoc nõ impedit pp̃ter determinationẽ acceptã non viiata ſtãtẽ determinate.

¶ Ad ſecundum argumentũ p deſcẽſuꝫ q̃ꝫ vr̃ tãgere difficultatẽ negať deſcenſus ibi fact'. Et dico ꝙ qñ ẽ determinatio accepta nõ ẽ vnica quẽadmodũ ẽ ĩ ppoſito. opꝫ pmo deſcẽdere ſub determinatiõe: ꝛ poſtea ſub determinabili ad oĩa ſuppoſita p q̃b' ſteterit determinabile: vt ibi cã. hoĩs q̃lꝫ pˢ ẽ ĩ ſcholis ꝛ ibi pˢ p̃ciſe capiť p pte iſti' hoĩs ꝛ tũc opꝫ deſcẽdere ſub ly pˢ ſic iſti' hoĩs illa pˢ ẽ ĩ ſcholis demõſtrãdo manũ ſortis: ꝛ ſic demõſtrare oẽs ptes ei' ꝛ poſtea alia ſingularis capiẽť rõne ly hoĩs ſic vł iſti' hominis demõſtrãdo platonẽ q̃libet pˢ ẽ ĩ ſcholis ꝛ tũc demõſtrare oẽs ptes ei': ꝛ ſic diſiũctiue capiẽdo hominis et copulatiue pars deſcendẽs ad omnia ſuppoſita pro quibus diſtribuitur pars.

Analogia ¶ Ecce analogiam cuiuſlibet hominis q̄libet aſin' ē poſito ꝙ ſint tres hoīes ſolū ī mūdo. ſortes plato ⁊ cicero. ſortes habeat preciſe vnū aſinū ſ; brunellū. plato ħaſe fauellum cicero baudellū. tūc illa ē vera q: iſti' hoīs q̄libet aſin' eſt aſin' ⁊ ſic de ſingulis: ⁊ tū ſi deſcēdas ſub ly aſin' pmis terminis reſeruatis ī forma reperies deſcenſam verā ⁊ deſcēdētes falſas cuiuſlibet hoīs. Iſte aſin' eſt aſin' illa eſt falſa q̄cunq; aſino demōſtrato q: demōſtrādo brunellum ſic arguitur ī darij. Cuiuſlibet hoīs iſte aſinus eſt aſinus plato ē hō: ergo platonis iſte aſinus ē aſinus vbi ꝯcluſio ē falſa ⁊ minor ṽa ergo oportet dicere ꝙ maior eſt falſa q̄ fuit vna deſcēdens ꝓpōnis date: ⁊ eodem mō demonſtrando alios aſinos poteris argumētari: ⁊ ſic demōſtrādo ſortē deſcendēs per oēm aſinū ei' ⁊ demōſtrādo platonē ꝑ oēs aſinos ei' et ſic de alijs deſcendendo ad oīa ſuppoſita ꝑ q̄bus diſtribuiť aſin': quia aſinus reſtringitur ⁊ hominis ſtat abſolute ſecundum poſitionem cōmunem.

Corrolarium. ¶ Ex iſto ſequiť ꝙ nō oportet terminos ſtare eque reſtricte formaliter in deſcendētib': ⁊ in deſcenſa. licet hū virtualiter hoc opȝ ⁊ potiſſimū qn̄ ē ſic determiatio accepta nō vnica ⁊ cuiuſlibet hoīs aſinus currit ergo iſtius hominis aſin' currit poſita ꝯſtantia quā ſemꝑ ſuppono vbi aſinus in ſingulari deſcenſus ſtat pro iſti' hoīs aſino ⁊ in deſcenſa pro cuiuſcunq; hoīs aſino: ſed virtualiter ex parte pluriū ſingularium pro tot ſtabit in deſcēdentib' ſicut in deſcenſa: vel ſic hominis quelibet pars eſt in ſcholis: ergo hominis iſta pars eſt in ſcholis ⁊ eiuſdem hominis iſta pars eſt in ſcholis demonſtrādo aliam partem eius ⁊ ſic demonſtrando oēs partes vni' hoīs ⁊ poſtea vel ratione hui' termini hoīs ſtātis determinate ⁊ copulatiue rōne hui' termini pars ſic vel hoīs iſta pars eſt ī ſcholis ⁊ eiuſdem hoīs iſta pars eſt ī ſcholis. et ſic ꝯſiter.

¶ Ad aliud argumentū de cōtradictorio hui'. hoīs q̄libet pars ē ī ſcholis dicitur ꝙ ē hec cuiuſlibet hoīs. b. pars nō ē ī ſcholis

Regula. q: qn̄ termin' diſtribuiť in ordine ad duos terminos quorū vn' ſtat cōfuſe tm̄ q̄ ē totale extremum reſpectu ꝗus extremi ſtātis determinate: vt hoīs q̄libet aſin' ē aīal nō occurrit mihi iſtātia quin ille termin' diſtribut' ꝑt formaliter cōtradicēdo ſtare determinate nec āpli' volo ſqrere pro nunc de illa difficultate contradictionis.

¶ Sed contra hoc arguiť ſic hec ē vera cuiuſlibet hoīs b ps nō ē ī ſcholis: ergo nō cōtradici' alteri: ꝯña ē nota. Et ꝓbo añs cuiuſlibet hoīs hec pars nō ē ī ſcholis: vł cuiuſlibet hoīs hec ps nō ē ī ſcholis. et ſic de ſingulis: ḡ cuiuſlibet hoīs. b. pars nō ē ī ſcholis. añs ē verū ergo ⁊ ꝯñs. veritas añtis pȝ: q: volo ꝙ hec affirmatiua preciſe verificeť pro ſorte hec erit ṽa cuiuſlibet hominis hec ps nō ē ī ſcholis demōſtrādo vnā partē platonis igiť: ſed ꝙ opȝ aſcendere diſiunctiue. patet quia pars ſtat determinate.

¶ Ad hoc argumentū reſpondetur ꝙ male aſcendiť: ſed oportet primo aſcēdere ſub determinatione ſic iſti' hominis aliq ps nō ē ī ſcholis: ⁊ iſtius hominis aliqua ps nō eſt in ſcholis: ⁊ ſic de ſingulis. modo añs ē ſimꝑ pro ſingulari qua demōſtratur ſortes q: iſti' hominis q̄libet ps ē ī ſcholis: vel diciť cōſequenter ad ſcđaȝ ſolutionē deſcenſus hic hoīs q̄libet ps ē ī ſcholis ꝙ opȝ deſcēdere copulatiue ſub diſiunctione ſic. Cuiuſlibet hoīs iſta ps nō eſt in ſcholis: vł cuiuſlibet eiuſdē hoīs iſta pars nō ē ī ſcholis cuiuſlibet eiuſdē hoīs iſta pars nō ē in ſcolis ⁊ ſic de ſingulis oēs partes demōſtrando oppoſito modo ad hanc. hoīs quelibet pars ē ī ſcholis ⁊ poſtea capere ly. ⁊ ſic dicendo. cuiuſlibet hoīs hec pars non eſt in ſcholis: vel cuiuſlibet eiuſdē hominis hec pars non eſt in ſcholis et ſic conſequenter.

¶ Contra primā harum duarum ſolutionū arguitur ſic ibi arguitur a pluribus ſuppoſitionib' determinatis reſpectu partium multitudinis in ordine ad vnā determinatam reſpectu toti': ⁊ talis modus arguendi nihil valet igiť. q: alioqui illa eēt cōcedēda corp' ē vbiq; q: corp' ē ī hoc loco ⁊ corp' ē ī hoc loco. ⁊ ſic de ſingulis. ⁊ idē eſſet iudiciū de talibus, caput oīs homo habet vel aīal oīs homo ē. q̄ oēs ſunt falſe. ergo opȝ ſic aſcēdere. iſtius hoīs aliqua ps nō eſt ī ſcholis ⁊ iſtius hoīs eadē pars nō eſt in ſcholis. ⁊ ſic ſemꝑ aſſumēdo eadē: ⁊ ſi. demōſtrādo vnum hominē cuius nulla pars ē in ſcholis in prima ſingulari ipſa erit vera ⁊ addēdo relatiuum idētitatis oēs alie erūt vere. reſpōdetur breuiter ꝙ nō opȝ capere eadē: ſed hoc ſoluȝ eſt verū quando verificatio ꝯuenit rōne diuerſorū vt aīal ille hō eſt animal iſte hō eſt: ⁊ ſic de ſingulis vbi diuerſa acceptio ō ly aīal formaliter ⁊ virtualiter verificat has indefinitas ſicut ē ī iſtis cuiuſlibet hoīs aliqua pars nō ē in ſcholis. ⁊ hec virtualiter vt patet per ſingulares. ⁊ ita in alijs qn̄ eſt determinatio accepta nō vnica tali determinabili applicata: ſed poſtea habita vna iſtarum ſingularium iſtius hominis aliqua pars nō eſt in ſcholis nō licet aſcēdere ſub iſto termio ens q̄uis capiatur relatiuū idētitatis addēdo iſti termino pars q: nō ſeq̄tur iſti' hoīs aliqua pars nō ē hoc ens in ſcholis ⁊ iſti' hoīs aliquā pars non ē hoc ens in ſcholis ⁊ ſic de ſingulis. ergo iſtius hoīs aliqua pars nō eſt ens in ſcholis: q: demōſtrando ſortem ⁊ partes ei'. añs eſt verū et ꝯñs falſum ꝓpterea opȝ ibi capere relatiuum identitatis ſic aſcendendo iſtius hoīs aliqua ps nō ē in ſcholis. ⁊ iſtius hominis eadē pars non eſt ī hoc ens in ſcholis. et ſic de ſingulis ⁊ eodē mō potes ſoluere hoc argumentū. cuiuſlibet hominis b aſinus nō ē currens. poſito ꝙ ſint ſolum duo homines ſortes ⁊ plato quorum vterq; habeat duos aſinos ⁊ current tres iſtorū quarto quieſcente tunc iſta negatiua eſt falſa. vt patet per eius contradictoriam: ⁊ eandem difficultatem potes hic applicare patet intelligenti.

¶ Deinde reſpōdeo ad argumentū factū cōtra quintā ꝓpōnem vbi dr̄ ꝙ nō ſeq̄tur eſto ꝙ ſequať in exēplo dato notuȝ eſt ꝙ forma arguēdi nihil valet: q: nō ſeq̄tur tot' ſortes ē magiſter pariſienſis: ergo tot' ſortes ē magiſter pariſienſis: ſz poſt ꝙ exēpliū ē ꝓpoſitū pōt dici ꝙ emens equū viginti libris emit totuȝ per ſe viginti libris ⁊ quālibet partē vēdibilē viginti libris per accñs ⁊ hoc pȝ per cōem modū loquēdi quē ī hoc debemus imitari: dicim' emi ſatis care hoc caput demonſtrando caput equi: a nobis empti ⁊ ſi queratur quam care reſpondem' pecunia totius per viginti vel triginta ſtura.

Iſta ſtatt aduer-

¶ Ita ſicut aduerbiū cōparatiuū aliquorū in aliqua p̄prietate reddit p̄poſitionē exponibilē ⁊ ſic exponit̄ propoſitio in qua ponit̄ vt ſortes eſt ita doct' ſicut plato ſortes eſt doct' ⁊ plato eſt doctus: plato nō eſt magis nec minus doctus q̄ ſortes. ⁊ hoc ſi dicat omnimodam ſimilitudinē: interdum nō dicit omnimodā ſimilitudinē: ſed negat exceſſum rei ſignificate p ſequēs extremū reſpectu extremi p̄cedentis vt aiax eſt ita fortis ſicut vlixes vbi tertia exponēs erit vlixes nō eſt fortior aiace. ⁊ iſtud intelligit̄ qn̄ eſt cōparatio ad idem. Si aūt ad diuerſa oportet dicere cōſequēter ſicut in cōparatiuo dictū eſt: vt ſortes eſt ita alb' ſicut plato eſt niger q̄ ſic exponit̄. ſi p̄ciſa ſimilitudo ſit ſortes eſt alb' ⁊ plato eſt niger ⁊ ſortes eſt nō magis neq̄ min' alb' q̄ plato eſt niger vel ſortes eſt equalr̄ albus ſicut plato eſt niger ſi nō dicat oīmodā ſimilitudinē tertia exponēs erit. plato nō eſt magis niger q̄ ſortes eſt albus. ſortes eſt ita albus ſicut plato erit alb' ſortes eſt albus ⁊ plato erit alb': ⁊ plato nō erit albior quā ſortes eſt alb' in iſtis ſecūs tēporibus ſimplicibus addat̄ relatiuū identitatis in mixtis nō op; terminis p̄portionabilr̄ tenētis in exponibili ⁊ exponētibus.

(Attende.) ¶ Nota ſecundo q̄ ita ⁊ ſicut cū poſitiuo diſtribuūt terminū capacē ſue diſtributionis ⁊ etiā tēpus importatū p copulam. ⁊ vt ita intelligatur pono p̄poſitiones.

(Ad p̄cedētiū declarationē p̄poſitiōes.) ¶ Prima eſt ſortes eſt ita magnus ſicut oīs homo ⁊ ſortes nō eſt ita magnus ſicut aliq̄s homo nec ſortes eſt equaliter magn' cui; homini tota propō eſt clara da caſu; tu iſte; quiſpiā pōt inſurgere de ſuppōne predicati huius ſortes eſt ita magn' ſicut omnis homo ſed in comparatiuo ⁊ differt reſponſum eſt.

¶ Secūda p̄pō ſortes erit ita albus ſicut plato erit ⁊ ſortes nō erit ita albus ſicut plato. hoc p;; ſi denotet̄ identitas reſpectu ſimplicis copule. ⁊ non reſpectu mixte.

¶ Tertia p̄poſitio ſortes erit ita albus ſicut plato erit ⁊ nunq̄ verū eſt dicere ſortes eſt ita albus ſicut plato. hoc p;; poſito q̄ intendantur eorum albedines ſiue continue ſiue diſcontinue per vnā horam vel diem ⁊ ſemp maneat plato albior ſorte et poſtea mortuo platone magis dealbetur ſortes.

¶ Quarta ſortes eſt ita doct' ſicut iſte hō ⁊ ſortes nō eſt ita doctus ſicut hō.

¶ Quinta p̄pō ſortes qn̄ albefiet ab extrinſeco partibiliter extenſiue ſm̄ applicationē nō habebit gradum mediū ita cito ſicut gradū vltramedium probatur: q; da oppoſitum habebit gradum mediu; ita cito ſicut gradum vltramedium. ergo aliquem gradum medium habebit ita cito ſicut gradum vltramediū ⁊ ſignetur ille ⁊ ſit a tunc ſic arguo a gradus eſt diuiſibilis extenſus per aliquam partem ſortis. (Probatio poſitio.) ergo pars propinquior agenti citius acquirebatur. ⁊ q̄ſcito erat illa medietas erat grad' aliquis vltra medium q; omne agens fortius agit in p̄pinquū q̄ in diſtās ceteris paribus ⁊ per conſequens ſortes nō habebit ita cito gradu; mediū ſicut gradum vltramedium.

¶ Queſtio.

Querit circa exponibiles de differt an ſint ſufficienter aſſignate.

¶ Et arguit̄ q̄ nō: q; per illas exponibiles iſta eſſet cōcedēda hoīs aſinus differt ab aſino: ſed illa eſt falſa ergo exponentes male dant̄ minor p;. omne differēs ab aſino eſt nō aſinus hoīs aſin' differt ab aſino. ergo hoīs aſin' nō eſt aſinus in darij cōcluſio eſt falſa nō falſificās et minor vera ergo maior falſa q̄ eſt minor p̄bāda. p̄bat̄ maior q; hoīs aſinus eſt ⁊ ſimul tp̄e q̄li; aſin' eſt. ⁊ hoīs aſinus nō eſt aſinus. de duab' primis exponētibus nō eſt dubiū. et tertia pars p;. per eius contradictoria; que eſt hec. cuiuſlibet hoīs quilibet aſinus eſt aſinus que conſtantia infert ioānē non habentem aſinum habere aſinum.

¶ Et cōfirmat̄ nō ſeq̄t a hō eſt ⁊ ſimul tp̄e quilibet hō eſt ⁊ a hō nō eſt hō. ergo a hō differt ab hoīe. ⁊ tn̄ ar̄ ab exponētib' ad expoſitā. ꝯñā claret cū minore. p̄bat̄ maior. añs ē verū ⁊ ꝯñs falſum de duab' primis exponētibus nemini cadit in dubiū. ⁊ tertia pars p; p ei' cōtradictoriā q̄ eſt hec oīs hō eſt h hō vl̄ hec hō oīs hō eſt. ¶ Et falſitas exponibilis arguitur tripliciter. Tū primo q; per cōuerſionē ſimplicē hū ſequit̄ a hō differt ab hoīe eſt hō vel a hō ē; ꝯñs eſt falſum ergo ⁊ añs. Tū ſcd̄o omne differēs ab hoīe eſt nō hō a hō differt ab hoīe ergo a hō eſt nō homo cōcluſio eſt falſa immo impoſſibilis. ⁊ maior p; per inductionē ⁊ ſingulares ſue contradictorie. ergo maior eſt falſa.

¶ Secūdo arguit̄ nō ſeq̄t de' eſt ⁊ ſctā trinitas eſt ⁊ de' non eſt ſctā trinitas. ergo de' differt a ſctā trinitate tn̄ ar̄ ab exponētibus ad expoſitā. igit̄. maior p; q; añs eſt ve; de duabus primis exponētibus notū eſt. ⁊ tertia exponēs p; ſi ſubiectū ei' cōplete particulariſatur.

¶ Et cōfirmat̄ nō ſeq̄t ſortes differt ab albedine. ergo ſortes eſt ⁊ albedo eſt ⁊ ſortes non eſt albedo: ⁊ tamen arguitur ab exponibili ad exponentes: ergo modus arguēdi nullus maior patet quia tenendo q̄ ens dicit̄ analogice de ſubſtātia ⁊ accidente añs eſt verū ⁊ ꝯñs falſum pro ſecunda exponente.

¶ Tertio arguit̄ nō ſequit̄ ſortes ſi eſt ſortes differt a ſorte ergo ſortes eſt et ſimul tp̄e ſortes ſi eſt ſortes eſt ſortes ſi eſt ſortes nō ſortes. ⁊ tn̄ arguit̄ ab exponētib' ad expoſitā igit̄ ꝯñā claret cū minore maior p; q; añs eſt verū ⁊ ꝯñs falſum. veritas añtis p; q; plato differt a ſorte plato eſt ſortes ſi eſt ſortes ergo ſortes ſi eſt ſortes differt a ſorte: ſed ꝯñtis falſitas ſuadet̄ ex eo q̄ tertia exponens ſit vna negatiua extra inſtātias vbi predicatur ſinonimū de ſinonimo.

¶ Et cōfirmat̄ nō ſeq̄t popul' rotūdus differt a pp̄lo quadrato: ergo pp̄lus rotundus eſt. ⁊ pp̄ls quadrat' eſt ⁊ pp̄ls rotūd' nō eſt quadratus ⁊ tn̄ arguit̄ ab exponibili ad exponētes maior p; q; añs eſt verū in caſu facili. et due prime exponentes falſe igitur.

¶ Quarto arguit̄ nō ſeq̄t de' cōtingēter differt ab hoīe. ergo deus cōtingēter eſt. ⁊ ſimul tp̄e q̄li; hō cōtingēter eſt. ⁊ q̄li; de' cō-

tingẽter nõ eſt hõ et tamẽ arguit ab exponibili ad exponẽtes ꝯña tenet cũ minore. ⁊ maior oſtẽditur q2 añs eſt verũ ⁊ ꝯñs falſuʒ. falſitas ꝯñtis eſt nota capiẽdo cõtingẽs ſpecialiter ſicut pretẽdimus. Et añs eſt verũ qḋ ꝓbo exponẽdo illã ꝑ cõtingẽter: q2 ſic exponit. de⁹ poſſibiliter differt ab hoĩe: et deus poſſibiliter nõ differt ab homine vtraqꝫ illarum iterum exponendo eas ex parte de ly differt eſt vera.

¶ Et cõfirmat nõ ſeqt adã differebat ab aſino ĝ adã erat ⁊ ſimul tpe q̃lꝫ aſin⁹ erat ⁊ adã nõ erat aſin⁹. ⁊ tñ arguit ab exponibili ad exponẽtes. ĝ mod⁹ exponẽdi nullus. ꝯña tꝫ cũ minore ⁊ maior ptꝫ: q2 añs eſt cõcedẽdũ quia ſi adam nõ differebat ab aſino: ⁊ aſinus erat ſecum tunc adam erat aſinus.

¶ Quinto arguit nõ ſeqt ſortes eſt ⁊ ſimul tpe q̃lꝫ hõ eſt. ⁊ ſortes nõ eſt q̃lꝫ hõ ergo ſortes differt a quolꝫ hoĩe ⁊ tñ arguit ab exponẽtibus ad expoſitã: igit. ꝯña tenet cũ minore. ꝓbo maiorẽ. antecedẽs eſt verũ vt notũ ẽ falſitatẽ cõſequẽtis arguo tripliciter primo ab eo qḋ nihil eſt differtẽ: nihil eſt oĩs hõ ergo nihil differt ab oĩ hoĩe. tũ ſcḋo ſortes differt ab omni hoĩe ergo ſortes differt ab omni hoĩe a quo differt vel ab oĩ hoĩe a quo non differt: ſed ꝯñs eſt falſum ergo ⁊ añs. Tũ tertio q2 eſt vna affirmatiua de ꝑdicato nõ ſupponẽte. q2 hꝫ totũ nõ ſupponit oĩs hõ ⁊ eſt determinario accepta vnica ergo hoc totũ differẽs ab omni hoĩe nõ ſupponit.

¶ Et cõfirmat nõ ſeqt de⁹ differt ab angelo: ergo deus eſt ⁊ ſimul tpe q̃lꝫ angelus eſt ⁊ deus nõ eſt angelus. ⁊ tñ ar ab exponibili ad exponẽtes igit ꝯña nõ eſt dubia cũ minore. ⁊ maior ptꝫ. poſito ꝙ deus deſtruat totũ mũdũ preter vnũ angelum. iam ita eſt ſicut per exponibilem denotatur ⁊ nõ ꝑ exponentes.

¶ Sexto nõ ſeqt. tñ ſubſtãtia differt ab accidẽte. ergo tñ ſubſtãtia eſt ⁊ tñ accidẽs eſt. ⁊ nõ tñ ſubſtãtia eſt accidẽs ⁊ tñ arguitur ab exponibili ad exponẽtes igit. maior ptꝫ q2 añs eſt verũ exponẽdo ꝑ tñ. q2 ſubſtãtia differt ab accidẽte ⁊ nihil nõ ſubſtãtia differt ab accidẽte. ⁊ vtraqꝫ iſtarũ eſt vera. igitur. ſed ꝙ ꝯñs ſit falſum patet exponendo per differt.

¶ Et cõfirmat q2 ſm iſtũ modũ exponẽdi iſta eſſet vera brunellus differt ab homine qui nõ differt ab hoĩe ſed hoc eſt falſuʒ igit. ⁊ ptꝫ falſitas illius: q2 bene ſequit. brunellus differt ab hoĩe qui non differt ab hoĩe: ergo brunellus differt ab homine et ille non differt ab hoĩe per reſolutionem de qui in illud.

¶ Et principale ꝓbat. q2 brunellus eſt ⁊ ſimul tpe quilibet hõ qui nõ differt ab hoĩe eſt ⁊ brunellus nõ eſt hõ q̃ nõ differt ab hoĩe iſte exponẽtes ſunt vere de duab⁹ pmis notũ eſt veritas tertie exponẽtis. ptꝫ ꝑ ei⁹ ꝯdictorie falſitatẽ q̃ eſt brunell⁹ ẽ hõ q̃ nõ differt ab hoĩe.

Probat. nā vel capitur ly ⁊ copulatim vel copulatiue. ſi primum ſequitur ꝙ illa eſt vera. quia ſortes poſſibiliter eſt ſortes et ſua materia. et ſua materia poſſibiliter ē nō ita fortis ſicut ſortes. ergo ſortes poſſibiliter eſt fortis et nō ita fortis ſicut ſortes expoſitoꝛie in quarta figura ⁊ antecedens eſt verum vt liquet ergo ⁊ conſequens. Si ſecundum tūc illa tertia exponens valebit tantum ſicut iſta copulatiua ſortes poſſibiliter eſt fortis ⁊ ſortes poſſibiliter eſt non ita fortis ſicut ſortes. quero tunc vel illa negatio infinitans infinitat terminum ſuper quem cadit pro omni illo pro quo ſupponit: ⁊ ſic ſequitur ꝙ etiam iſta eſt falſa plato poſſibiliter eſt non ita fortis ſicut ſortes et ex cōſequēti iſta eſt falſa ſortes poſſibiliter eſt fortioꝛ platone.

Cōfirmat ſecundo ꝙ tunc

ſi dicas ꝙ hoc totuȝ ſortes eſt nõ ita fortis ſicut ſortes. capitur loco vnius adiectiui ſicut diximꝰ in quãtitatibus de iſta cuiuſlibet hoīs aſinus eſt aſinus qḋ eſt vlis ⁊ indefinita: ⁊ ſic ſequit̃ ꝙ iſta eſt vera creatura poſſibiliter eſt melior deo: q2 eius exponẽtes ſunt vere videlicet creatura poſſibiliter eſt bona ⁊ deus poſſibiliter eſt bonus ⁊ non ita bonus ſicut creatura ptꝫ: q2 hec eſt vera deus eſt bonus et non ita bonus ſicut creatura quando nulla creatura eſt. igitur.

Tertia cõcluſio.

¶ Tertia concluſio eſt nõ minora inconuenientia ſequunt̃ ꝑponẽdo modũ toti copulate cõpoſite ex exponẽtibꝰ ꝙ ſequunt̃. ſi aliqua ſunt exponẽdo ꝑ oppoſitã copulatiuã. Probat̃. Nã ſi ſic debeat exponi ꝑ prepoſitionez modi ⁊ cetera ſequit̃ ꝙ iſta eſt vera ſortes poſſibilr̃ differt ab hoīe ↄ̃ns eſt falſum. ergo ⁊ añs. Et ſequela ꝓbat̃. Naȝ iſte binariꝰ poſſibilr̃ differt ab hoīe iſte binariꝰ eſt ſortes demõſtrãdo materiã ⁊ formã ſortis. ergo ſortes poſſibilr̃ differt a ſorte añs eſt verũ ergo ⁊ ↄ̃ns. Maior ptꝫ. Nã poſſibile eſt iſtũ binariũ eẽ ⁊ iſtũ binariũ nõ eſſe hoīeȝ igitur iſte binariꝰ poſſibilr̃ differt ab hoīe. Et minor pꝫ bñ ſeqtur ſortes poſſibilr̃ differt ab hoīe. ergo ſortes a quolibet hoīe poſſibilr̃ differt: ↄ̃ns eſt falſum: q2 ex ↄ̃nti ſeqtur ꝙ a ſorte poſſibilr̃ differt ⁊ ex ↄ̃nti ꝙ iſte binariꝰ ab iſto binario poſſibiliter differt. Sequela ꝓbat̃ ab equiualẽtibus: q2 nõ videt̃ aliud impedimẽtũ niſi ꝙ in añte eſt determinatio accepta vnica acceptione et nõ in ↄ̃nte ſȝ certe hoc nõ impedit licet copula modificetur per iſtuȝ modum poſſibiliter ſicut iſte due equiualent ſortes differt ab homine et ſortes a quolibet homine differt.

¶ Cõfirmat̃: q2 ex illo ſeqt̃ ꝙ iſta eſſet vera oēs hoīes poſſibiliter differũt ab hominibus capiendo ly oēs diſtributiue. Et ſeqla ꝓbat̃. Nam iſti hoīes poſſibiliter differũt ab hominibꝰ: ⁊ ſic de ſingulis. ergo oēs hoīes poſſibiliter differũt ab hoībus veritas añtis patet. Nã iſta entia poſſibiliter differũt ab hominibꝰ ⁊ iſta entia ſunt homines demonſtrãdo partes aliquorum hominum. ergo iſti homines poſſibiliter differunt ab hominibus.

¶ Cõfirmat̃: q2 alr̃ loquendo ſeqtur ꝙ iſta eſt ꝟa celũ neceſſario differt ab homine ↄ̃ns eſt falſum cũ nullus hõ neceſſario ſit. ⁊ ſeqla ꝓbat̃. Nã neceſſe eſt celũ eſſe ⁊ hoīes ⁊ celũ. ⁊ celũ nõ eẽ hoīes igit̃ celuȝ neceſſario differt ab hoīe. Si dicas ad hoc ⁊ ad primũ ꝙ opꝫ iſtaȝ ꝓpõnem reſoluere. ſortes poſſibiliter differt ab hoīe rõne de ly hoīe. Silr̃ iſtã celũ neceſſario differt ab hoīe: ⁊ ſic habebit multas ſingulares falſas. videlicet ſortes differt ab iſto homine.

¶ Contra. tũc etiã ſi talis terminus poſſet reſolui ꝑ nomẽ demõſtratiuũ iſta eẽt vera ſortes poſſibiliter eſt albior iſto albiſſimo demõſtrãdo platonẽ: q2 ex ſolutiõe hec ↄ̃ña ẽ bona ſortes poſſibilr̃ ẽ albior iſto hoīe et iſte hõ poſſibiliter ẽ albiſſimꝰ ergo ſortes poſſibiliter ẽ albior iſto albiſſimo. Et notũ ẽ ꝙ ↄ̃ns ẽ falſuȝ. Si dicas ꝙ hic variatur appellatio ſimiliter hic diceret̃ tibi hic ſortes poſſibiliter differt ab homine: ergo ſor. poſſibilr̃ differt ab iſto homie capio ſemꝑ ly differt vt ꝟbũ incõplexũ potẽs ſupponere ꝑ pluribus entibꝰ ſicut hic ppls differt a pplo ⁊ ſi ↄcedas has cẽñas ſor. poſſibilr̃ differt ab hoīe ⁊ hoīes poſſibiliter differũt ab hoībus et negas ↄ̃ñas quas fecimus ad ꝓbandas eas eſſe falſas ꝓpter quãcũq3 cauſam quã volueris dare nõ curo nõ videt̃ maius incõueniẽs immo minꝰ ↄcedere iſtã. ſor. impoſſibiliter ẽ fortior platone ꝙ iſtã ſortes poſſibiliter differt ab homine.

¶ Et confirmat̃ adhuc ſequit̃ ꝙ iſta eſt vera ſortes poſſibiliter differt ab oībꝰ hoībus capiendo ly oēs collectiue cuius falſitas clare patet et ſequela probat̃. Nam poſſibiliter ſortes eſt ⁊ omnes homines ſunt ⁊ ſortes nõ eſt oēs homines ⁊ ſic patet tertia ↄcluſio. Et mirũ fuit de iſto viro ꝙ incõſiderate nullũ nouuȝ argumẽtũ adducẽs in hac parte locutꝰ eſt. Jõ dico ꝙ regula ſupius poſita eſt vera videlȝ ꝙ aliqua exponibilis habet aliquam exponentem negatiuam illa debet habere oppoſitam copulã copule exponibilis.

¶ Cõtra quã regulã ſic ar̃. ſequeret̃ ꝙ iſta eſſet ꝟa. deus neceſſario differt a creãte ↄ̃ns eſt impoſſibile ergo et añs. Sequela probat̃ q2 deus neceſſario eſt ⁊ oē creans neceſſario eſt ſuppoſito ꝙ creatura nõ poteſt creare et deus nõ neceſſario eſt creans: ergo deus neceſſario differt a creante. añs eſt verũ igitur et ↄ̃ns. Falſitas ↄ̃ntis patet q2 ſua de ineſſe eſt impoſſibilis videlȝ deus differt a creante.

¶ Rñdet̃ negãdo ſequelã ⁊ ad ꝓbationẽ nego ſequelã q2 regula intelligit̃ quãdo data exponẽte negatiua data ꝑ oppoſitã copulã illa cũ cõſtantia infert vnã de predicato infinito ⁊ quia iſta cõſequentia nõ valet deus poſſibiliter non eſt creans ⁊ deus poſſibiliter eſt: ergo deus poſſibiliter eſt non creans. Ideo illa ꝓpoſitio non eſt ſic exponẽda ſed per vnam affirmatiuam de predicato oppoſito predicato exponibilis ſic ſcilicet deus neceſſario eſt et oē creãs neceſſario eſt ⁊ omne creans neceſſario eſt ⁊ deꝰ neceſſario eſt non creans quarum vltima eſt falſa. hoc autem eſt ex mente auctoris regule ꝙ iſtã a homo differt ab homine ſic exponit a hõ eſt ⁊ ſimul tẽpore quilibet homo eſt ⁊ a homo nõ eſt homo propter cauſam quã diximus. ¶ Ex quo patet naturaliter adhuc loquẽdo ꝙ ipſa eſt falſa homines neceſſario differunt ab hominibus quia vltima exponens eius eſt falſa: videlȝ homines neceſſario ſunt non homines. Correlarium.

¶ Scḋo ſic arg. Iſta eſt vera ſor. poſſibilr̃ eſt fortior platone: ergo regula nulla. Añs ptꝫ q2 fortius platone poſſibilr̃ eſt ſor. ergo ſortes poſſibiliter eſt fortior platone per cõuerſionez ⁊ veritas antecedẽtis ptꝫ q2 ſit ſortes fortior platone et ſic arguit̃ hoc poſſibiliter eſt ſor. et hoc eſt fortius platone: ergo fortius platone poſſibiliter eſt ſortes expoſitorie ſi neges conſequentiam ex eo ꝙ arguitur a nõ amplo ad amplum cum termino incidente negationem ad minus cõſequentia erit bona ſic inferendo. qḋ eſt fortius platone poſſibiliter eſt ſortes. Et iaȝ arguitur ſic ex illo cõſequente ſequit̃ ꝙ ſor. poſſibiliter eſt quod fortius platone: ergo cum añs ſit verũ ⁊ cõſequẽs erit verum: ergo conſequens debet exponi per oppoſitam copulam. cõſequẽtia probatur: q2 ſi ſic exponẽtes erũt falſe videlȝ

ſortes poſſibiliter eſt fortis qui eſt: ⁊ plato poſſibiliter eſt fortis qui eſt ⁊ plato qui eſt impoſſibiliter eſt ita fortis ſicut ſortes q̄ eſt modo vltima exponens eſt falſa: vt patet per veritatez ſue cōtradictorie videlicet plato qui eſt poſſibiliter eſt ita fortis ſicut ſortes qui eſt igitur.

¶ Rñdet negādo ſequelaz ꝑ ꝓcām dictā in argumento ſ; debes inferre vt ſcōo loco inferebas ⁊ ad improbationē dico ꝙ illa nō eſt tertia exponēs: ſ; iſta plato nō ē ita fortis ſicut ſortes vel iſta plato q̄ eſt impoſſibilr̄ ē ꝙ eſt ita forte ſicut ſortes que vera eſt et cauſa quare illa eſt ſua exponens eſt: quia ſicut cōparatiuuz reſtringebaẗ in exponibili oportet ꝙ poſitiuuz reſtringatur in exponentibus.

¶ Tertio ſic arḡ ſequiẗ ꝙ iſta ē vera eēntia diuina neceſſario differt a patre cōſequens eſt falſum ergo ⁊ añs ſequela ꝓbaẗ. Exponentes eius ſunt vere igitur. Antecedens pꝫ nam iſte que ſunt eius exponētes ſunt vere videlicet eſſentia diuina neceſſario ē ⁊ omnis pater neceſſario eſt ⁊ eſſentia diuina neceſſario eſt nō pater. Minor probatur ſua de ineſſe eſt falſa videlicet eēntia diuina differt a patre quia vltima exponens eius eſt falſa videlicet eſſentia diuina non eſt pater igitur.

Aduerte. ¶ Rñdet negādo maiorē ⁊ ad ꝓbationem dicitur cōcedendo illas exponētes eſſe veras: ſed opus eſt addere quartam videlicet eſſentia diuina poſſibiliter nō eſt pater que ſuperius addita non fuit quia argumētū nō patebat. Et iſta eēntia diuina poſſibiliter non eſt pater falſa eſt. Et nota hoc bene.

¶ Cōtra hoc ſic arḡ ad minꝰ ſequitur ꝙ naturaliter loquēdo hec eſt vera. celū neceſſario differt a ſorte ⁊ a platone ꝯñs eſt falſum: ergo ⁊ antecedens: ⁊ ſequela probatur. Nā iſte que ſunt eius exponentes ſunt vere celum neceſſario ⁊ ſortes ⁊ plato neceſſario ſunt et celum neceſſario eſt non ſortes ⁊ plato. ¶ Et falſitas ꝯñtis pꝫ q2 ſue de ineſſe eſt cōtingens que eſt iſta vcꝫ celū differt a ſorte ⁊ platone. igitur.

¶ Si dicas opꝰ eſt in ſcōa exponēte dicere ſortes ⁊ plato neceſſario ſunt ſortes ⁊ plato que falſa eſt. ⁊ ſic dicendo nō eſt opꝰ habere terminum infinitum in ſcōa exponēte ⁊ cauſa erit: q2 ly ſorte et platone in exponibili ſequitur ly neceſſario.

¶ Contra ad minus habeo ꝙ iſta eſt vera celum differens a ſorte et platone neceſſario eſt: que tamen eſt falſa vt probatum eſt per ſuam de ineſſe.

¶ Rñdet negādo maiorē ⁊ ad probationē dicitur vt in argumento dictū eſt et cōcedo veritatē huius celū differēs a ſorte ⁊ platone neceſſario eſt naturaliter ſed ſꝑ nego hāc deus differens a creante neceſſario eſt propter quā opus eſt capere terminū infinitū in exponēte: ⁊ ſic ſemper ſtat ꝙ opus eſt habere expoſitionem ſuperius datam ex quo pꝫ ꝙ aliquid differens a ſorte ⁊ platone neceſſario eſt: ⁊ tñ nō neceſſario aliquid a ſorte ⁊ platone differt.

¶ Quarto ſic arguiẗ. ſi rł̄a eēt vera ſequereẗ ꝙ iſta ꝓpoſitio eſſet falſa tm̄ ſubſtantia poſſibilr̄ nō eſt accidēs ꝯñs eſt falſum: ergo ⁊ antecedēs. ſequela probatur ſcōa exponēs eſt falſa videlicet oē nō ſubſtātia neceſſario ē accidens. ⁊ minor ꝓbaẗ. nā excluſiua ſcōi ordinis ⁊ diſtinctiui ex ſubiecto ⁊ ꝑdicato ſupponēte ē trāſcendens. ergo eſt vera ſcōo ſua de ineſſe eſt vera videlꝫ tm̄ ſubſtātia nō eſt accidēs: igiẗ ipſa vera. Regula.

¶ Rñdet cōcedēdo maiorez ⁊ negando minorē. ⁊ ad ꝑmā probationē aſſignabimus deo fauente multas inſtātias in exponibilibus ⁊ vna erit in ꝓpoſito. ¶ Ad ſcōam ꝯfirmationē dr̄ ꝙ nō eſt illa ſua de ineſſe ſed eſt iſta tm̄ ſubſtātia nō eſt accidens neceſſario cuius ꝑdicatum pro nullo ſupponit.

¶ Cōtra hoc ſic arḡ: bñ ſequiẗ tm̄ ſubſtātia impoſſibiliter eſt accidēs. ergo tm̄ ſubſtātia poſſibiliter nō eſt accidens. antecedēs eſt verū vt pꝫ per ſuas exponētes: videlꝫ ſubſtātia impoſſibiliter eſt accidēs ⁊ omne nō ſubſtantia poſſibiliter eſt accidens ⁊ cōſequētia probaẗ ſubalternata ad ſuā ſubalternatam.

¶ Rñdet negādo ſequelā añte cōceſſo ⁊ ad ꝓbatione nego ꝙ illa ſit ſua ſubalternata: ſed hec eſt ſubſtantia poſſibiliter nō eſt accidens depoſito ſigno excluſiuo.

¶ Cōtra hoc ſic arḡ. iſta tātum ſubſtantia poſſibiliter nō eſt accidens eſt ſubalternata alicuius ⁊ nō niſi huius tantū ſubſtantia impoſſibiliter eſt accidens. igitur.

¶ Rñdet cōceſſa maiore negādo minorem. hec eſt ſua ſubalternans tantū oīs ſubſtantia poſſibiliter non eſt accidens.

¶ Contra hoc ſic arḡ. ex hoc ſequunẗ duo ſubcōtraria falſa. Probaẗ. Iſta ē falſa tm̄ ſubſtātia poſſibilr̄ nō eſt accñs ⁊ iſta etiā ē falſa tm̄ ſubſtātia poſſibilr̄ eſt accñs. Si neges eas eē ſubcōtrarias: q2 ſignū excluſiuum nullibi negaẗ. des q̄ ſuas ſubcōtrarias. Si dederis iſtaz nō tātū oīs ſubſtātia impoſſibilr̄ eſt accñs. Probo ꝙ nō: q2 iſte ſunt ſiłis forme tātū creās poſſibilr̄ nō eſt creatura. ⁊ nō tm̄ oē creās impoſſibiliter ē creatura que falſe ſunt. Si dederis iſtam nō tm̄ oīs ſubſtātia nō neceſſario nō eſt accñs. ¶ Cōtra iſte ſunt cōtradictorie cū pricipāt legē cōtradictoriarū. igiẗ. Si aūt dederis iſtā ſubſtātia poſſibiliter eſt accidēs clarum eſt ꝙ ambe ſunt falſe.

¶ Rñdet negando illud. ꝙ eſt aliqua indefinita que nō habet ſubcōtrariaz et cum queris ſuā ſubcōtrariā dico ꝙ ē iſta nō tm̄ oīs ſubſtātia poſſibiliter nō ē accidēs que ē vera ⁊ iſte que ſunt ſimilis forme ſcꝫ tm̄ creatura poſſibiliter nō ē deus ⁊ non tm̄ oīs creatura poſſibiliter non eſt deus ſunt vere.

¶ Quinto ſic arḡ. ſi ꝓpō exponibilis debet exponi ꝑ oppoſitā copulā ſequereẗ ꝙ iſta ꝓpō eſſet falſa oē ens ꝑter deuz poſſibilr̄ non eſt creatura. ꝯſequēs eſt falſum. ergo ⁊ antecedēs. Falſitas ꝯſequētis patet. Nā bene ſequitur: oē ens ꝑter deū poſſibilr̄ nō eſt ens. ergo oē ens ꝑter deum nō eſt creatura. antecedēs eſt verum: ergo ⁊ ꝯſequēs. ꝯſequētia ꝓbatur a ſuperiori diſtributo negatiue ad ſuum inferius.

¶Reſpõdet concedẽdo ſeq̃lã negãdo minorẽ ⁊ ad ꝓbationẽ nego ſequelam ⁊ ad ꝓbationẽ nego iterũ ſequelã: quia cõmittis vnã aliã malã ꝯñam arguendo ab vltima expo- nente añtis ad vltimã exponẽtem ꝯñtis in qua arguis reſpectu ꝑdicati a ſupiori non diſtributo affirmatiue ad ſuũ inferius ⁊ reſpectu copule a nõ diſtributo ad diſtributũ equalenter.

¶Cõtra hoc ſic ar̃ ſeq̃retur ꝙ iſta eſſet falſa. oẽ ens ꝑter creaturã poſſibiliter nõ eſt creata ptꝫ per ſcðam exponentẽ ſed ꝓbo ꝙ nõ hñ ſeq̃tur. oẽ ens ꝑter creaturã impoſſibi- liter ẽ creatura. ergo oẽ ens ꝑter creaturã poſ ſibilr̃ nõ creatura a ſubalternante ad ſubalter- natã añs eſt verum: ergo et conſequẽs.

¶Reſpondet cõceſſa ſeq̃la ne gãdo minorẽ ⁊ ad ꝓbationẽ nego ꝯñam cã ẽ: q2 vltima exponẽs añtis nõ infert vltimã exponẽ- tem ꝯñtis ⁊ ad ꝓbationẽ dꝛ ꝙ nõ ẽ illa ſua ſub alternata. ⁊ ſi q̃ras q̃ eſt ſubalternata añtis. di- co ꝙ nõ eſt iſta nõ oẽ ens ꝑter creaturã poſſi- biliter ẽ creatura et ſi iterũ queras cui⁹ ꝓpoſitio nis eſt ꝯñs ſubalternata dico ꝙ nullius.

¶Sexto ſic ar̃. aliqua ꝓpoſi- tio exponibilis hꝫ aliquã exponẽtẽ negatiuã: q̃ nõ hꝫ oppoſitã copulã copule exponibilis. igĩ. añs patet de iſta. oẽ ens inquãtũ ens impoſſi biliter nõ eſt creãs cui⁹ pma exponẽs eſt negati ua eiuſdem copule cum exponibili.

Precedentis regule intellect⁹. ¶Rñr ꝙ nõ arguis ad inten- tionẽ regule. Regl̃a intelligĩ qñ copula exponi bilis dꝫ variari qḋ cõtingit in illa quã dediſti.

¶Contra hoc ſic ar̃ iſta oĩs deus inquãtũ creãs neceſſario ẽ de⁹ variat̃ copu la in aliqua exponẽtiũ: et tñ nõ capiĩ ibi copula oppoſita. igĩ. añs pꝫ. q2 iſta ẽ vltima exponẽs ⁊ ſi aliq̃d poſſibiliter eſt creans ipm neceſſario eſt deus igĩ. Rñdet ꝙ intelligĩ rl̃a qñ variat̃ copu la: ⁊ etiã variat̃ q̃litas qḋ in ꝓpoſito nõ eſt verũ.

¶Contra hoc ſic ar̃. aliqua ẽ ꝓpoſitio exponibilis in cuius vna exponẽtiũ va riatur q̃litas ⁊ copula: et tñ nõ ꝯdictorio modo igĩ. añs pꝫ de iſta. oẽ ens nõ pater ꝑter filiũ ⁊ ſpiritũſctm̃ vel creaturã poſſibiliter nõ eſt ens q̃ vera eſt: tñ ſi exponẽs eius negatiua daretur. ꝑ oppoſitã copulam cẽt falſa igĩ. minoꝛ ptꝫ q2 vl tima exponẽs ens eſt illa. oĩs filius vel ſpiritus- ſanctus vel creatura neceſſario eſt ens. Maioꝛ patet. q2 hec ẽ falſa. oẽ ens nõ pater poſſibiliter nõ eſt ens. ergo ꝑ aliquã exceptionẽ põt fieri ve ra et nõ niſi ꝑ datam: igĩ ſi neges minorem di- cẽdo ꝙ male ſit exceptio. ſed debet ſic fieri oẽ ens nõ pater ꝑter filiũ vel ſpiritũſanctũ vel tri- nitatẽ poſſibiliter nõ eſt ens ꝓbo ꝙ non: q2 pri ma exponens eſt falſa vꝫ. oẽ nõ pater nõ filius ⁊ cetera poſſibiliter. nõ eſt ens cũ ſubiectum ſup ponat pro eſſentia diuina igitur.

¶Reſpõdet ꝙ illa regula nõ habet verũ in terminis diuinarum ꝑſonarũ: vt tactũ fuit in quarto capitulo.

¶Septimo ſic arguiĩ hec ꝓ- poſitio ſuppoſitũ in diuinis cõtingẽter ẽ ſuppo- ſitum in diuinis exponitur ꝑ aliquã exponentẽ negatiuã q̃ nõ hꝫ oppoſitã copulã copule ꝓpoſi tionis exponibilis igitur regula falſa. Antecedẽs patet viſis eius exponẽtib⁹: et tñ illa exponens negatiua ẽ alteri⁹ q̃litatis ab exponibili igĩ.

¶Reſpondet cõcedẽdo ante- cedẽs ⁊ cũ vlterius dicis ꝙ exponẽs negatiua eſt alterius qualitatis diſtinguo vel formaliter cõ- cedo vel equalenter nego: q2 iſta ſuppoſitũ in di uinis cõtingenter eſt ſuppoſitũ in diuinis equa let iſti ſuppoſitum in diuinis contingenter nõ eſt ſuppoſitũ in diuinis: ⁊ ſi dicas ꝙ prima expo nẽs hui⁹ eſt affirmatiua alterius copule ab iſta ergo reddit idem argumentum.

¶Reſpõdet eodem mõ ſicut antea dictũ eſt ꝙ iſta ſuppoſitũ in diuinis cõtin genter nõ eſt ſuppoſitũ in diuinis equalẽter eſt affirmatiua. ¶Scðo dꝛ ꝙ regula intelligĩ qñ ꝓpoſitio non eſt exponibilis ratione copule. q2 non eſt pars extremi quod dico ꝓpter iſtam ſoꝛ tes poſſibiliter differt ab homine tenendo ꝙ ly differt ſit verbum incomplexum. Annotes

¶Sed dubitat̃ hic de verita te illius a ſuppoſitũ in diuinis cõtingẽter ẽ ſup- poſitum in diuinis: ⁊ videĩ ꝙ eſt vera bene ſequi tur a ſuppoſitũ in diuinis poſſibiliter eſt ſuppo- ſitũ in diuinis ⁊ a. ſuppoſitũ in diuinis poſſibilr̃ nõ ẽ ſuppoſitũ in diuinis. ergo a ſuppoſitum i diui- nis cõtingẽter eſt ſuppoſitũ in diuinis ab expo- nẽtib⁹ ad expoſitã antecedẽs eſt verũ. igitur. dubitatio

¶Propter hoc argumẽtum Quidam venerabilis magiſter pie memoꝛie cõ- cedit ꝓpoſitionẽ illam ⁊ ex conſequẽti iſtã oẽ ſuppoſitũ in diuinis ſuppoſitũ in diuinis cõtin genter eſt: q2 dicit ipſe ꝙ hꝫ has exponẽtes oẽ ſuppoſitũ in diuinis: ſuppoſitũ in diuinis poſſi- biliter eſt ⁊ oẽ ſuppoſitũ in diuinis ſuppoſitum in diuinis poſſibiliter nõ eſt que vere ſunt. Quidam magiſter.

¶Cõtra quã magiſter iohan nes maioꝛis dñs et ꝑceptoꝛ me⁹ ſic arguit bene ſeq̃tur oẽ ſuppoſitũ in diuinis ſuppoſitũ in di uinis cõtingẽter eſt: ergo hoc ſuppoſitũ in diui- nis ſuppoſitũ in diuinis cõtingẽter ẽ demõſtrã- do patrẽ cui⁹ falſitas patet. q2 q̃libet ſingularis ei⁹ reſpectu ꝑdicati eſt falſa. ꝯñs aũt tenet ꝑ de ſcẽſum ſimile argumẽtũ põt fieri in darĩ. Johã. maioꝛis.

¶Cõtra primã ſic ar̃. nullum ſuppoſitum in diuinis contingenter eſt ſuppoſi tum in diuinis. ergo non. a. ſuppoſitum in diui- nis contingenter eſt ſuppoſitũ in diuinis ab eq̃ ualentibus cum termini vtrobiq; eodẽ modo ſupponant ⁊c. et propter iſta argumenta aliq̃s alter negat dictas ꝓpoſitiones: ⁊ nõ enĩ adducit aliud argumentũ pro ſe.

¶Contra eas tamẽ ſic arguiĩ ſi prima eſſet vera ꝓpter illas exponẽtes ſeq̃ret̃ ꝙ iſta eſſet vera a homo differt ab hoĩe. ⁊ a homo poſſibiliter differt ab homine: cuꝫ ſimiliter iſta eſſet exponenda ſic videlicet a homo eſt et quili bet homo eſt. ⁊ a homo nõ eſt homo: ⁊ alia ſic vi delicet a homo poſſibiliter eſt ⁊ quilibet hõ poſ ſibiliter eſt ⁊ a hõ impoſſibiliter eſt hõ que vere ſunt ꝯñs eſt falſum ⁊ cõtra ipm in caplo de deſcẽ ſu. ergo et añs. Unde ſi iſte doctus hõ ſibi repu gnauit in hoc tibi relinquo diſcutiendũ.

¶ Contra ſecūdam ſic arguit̃ ſeq̄retur ꝙ iſta eſſet vera omne ſuppoſitū in diuinis ſuppoſitū in diuinis incipit eſſe ꝯñs ē impoſſibile. ergo ⁊ añs. Seq̄la ꝓbatur. q: ſic exponeretur ꝑ ip̄m om̄e ſuppoſitū in diuinis ſuppoſitū in diuinis in hoc inſtanti eſt ⁊ om̄e ſuppoſitū in diuinis ſuppoſitū in diuinis imediate añ hoc inſtans nō fuit que vere ſunt. Simil'r ſequitur ꝙ iſta copulatiua eſſet ꝟa oīs hō. hō incipit eē ⁊ nullus hō incipit eē. ⁊ falſitates harū patēt deſcēdēdo ſub ſubiectis ⁊ poſtea ſub ꝑdicatis.

¶ Ideo dicitur ꝙ illa ꝓpoſitio ē falſa et ille nō ſunt eius exponētes ſed anteq̄ꝫ exponat̃ debet reſolui rōne ſubiecti: q: ſuppoſitio cōfuſa tm̄ non ꝑ ſpeciale ſignum q̄ñ tenetur in ordine ad terminū nō diſtributum formaliter vel equalenter equalet ſuppoſitioni determinate. Intelligo in ordine ad terminū nō diſtributū qui eſt totale extremū. Iſte due equiualent a. homo differt ab homine. et hō differt ab homine. ⁊ homo differt ab hoīe et hō differt ab hoīe a hō differt ab hoīe datis. añt ſingularibus exponat̃ ſinglares q̄ falſe erūt vt intuēti p̄z.

¶ Octauo ſic ar̃ ſequeret̃ ex regula ꝙ iſta eſſet ꝟa tm̄ creatura cōtingenter eſt ens. Sil'r tm̄ deus neceſſario eſt ens ꝯñs eſt falſum. ergo ⁊ añs. ſeq̄la ꝓbatur. q: ꝑ regulā primā ſic exponit̃ creatura cōtingēter eſt ens. ⁊ oē non creatura nō cōtingenter eſt ens que vere ſunt ⁊ ſecūda ſic exponitur de' neceſſario ē ens. et om̄e non deus poſſibiliter non eſt ens que vere ſunt ⁊ falſitas cōſequētis patet. q: vl'is ꝓ t e q̄ eſt hec om̄e ens cōtingēter eſt creatura falſa eſt vl'is ſecūde que eſt hec omne ens neceſſario eſt deus.

¶ Reſpondet̃ concedendo ſequelam vt exponētes earū ꝓbant negādo falſitatem cōſequentis ⁊ ad ꝓbationē diceret okam ꝙ quādo ꝓpoſitio nō eſt cōuertibilis in ꝓprijs terminis ſicut ꝓpoſitio de neceſſario vel contingēti. non h̄z vl'em terminis trāſpoſitis: hoc aūt nō eſt male dictū ſed aliter reſpondet fundator regule quā imponam' ꝙ vl'is prime eſt om̄e qḋ contingenter eſt ens poſſibiliter eſt creatura et vl'is ſecūde eſt omne qḋ neceſſario eſt ens poſſibiliter eſt de' que vere ſunt: q: licet ꝑdicatū iſta tantū creatura cōtingenter eſt ens ſupponat ꝓ quolibet ente: q: tamē mediāte copula illi' ꝓpoſitionis non poteſt verificari niſi de ente cōtingenti. ideo oportet ꝙ in vniuerſali a parte ſubiecti teneatur pro ente ꝯtingenti. Similiter q: predicatū huius. tantum deus neceſſario ē ens nō poteſt de aliquo verificari mediante copula illius ꝓpōnis niſi ſit ens neceſſariū ideo oportet ꝙ in vl'i teneatur preciſe pro ente neceſſario vt ꝑciſe termini in vniuerſali teneātur ꝓ illis ꝓ quibus denotatur verificatio excluſiue.

Okam.

¶ Cōtra hoc ſic ar̃. iſta ꝓpoſitio omne ens cōtingēter eſt creatura. eſt vniuerſalis huius. tantum creatura contingenter eſt ens: et iſta vniuerſalis eſt falſa. ergo illa excluſiua. Minor patet ⁊ maior probatur ꝙ ſi nō des excluſiua illius vl'is eſt falſa.

¶ Reſpōdet̃ ꝙ dupliciter poteſt dari excluſiua eius. primo modo ſic. tātum qḋ cōtingenter eſt creatura poſſibiliter eſt ens. Secūdo ſic tm̄ creatura omne ens cōtingenter eſt que falſe ſunt vt ꝑ eaſdē exponētes patet.

¶ Cōtra hoc ſic arguitur ſcḋa data eſt vera. ⁊ illa vniuerſalis falſa. ergo nō eſt eius excluſiua. añs patet. bene ſequit̃ tātū creatura ens cōtingenter eſt. ergo tantum a creatura omne ens cōtingenter eſt ab equiualētibus ſicut iſte equiualēt tantū hō poſſibiliter eſt aīal et tantū a. homo omne aīal poſſibiliter eſt iſte tantū homo. homo omnis hō contingēter ē veritas añtis patet ꝑ eius exponētes.

¶ Rn̄detur negādo maiorē et ad probationem nego ſequelam ⁊ nego ꝙ equiualent inter illas quas adducis preciſe. eſt materialis equiualentia.

¶ Sed cōtra hoc ſic arguitur probādo ꝙ equiualeant et hoc ꝓbando falſitatem huius: tm̄ creatura ens cōtingenter eſt ſeq̄tur eñ tantum ens. ens contingenter eſt: ergo tantū ens hoc ens contingēter eſt et tantū ens hoc ens contingenter eſt ⁊ ſic de ſingulis conſequēs eſt falſum: ergo et antecedēs. Falſitas conſequentis patet per falſitatē ſingularis in qua demonſtratur deus igitur.

¶ Et confirmat̃ ꝓbādo iſtam veram tm̄ a creatura omne ens ens cōtingēter eſt: quia iſta erit ſua vniuerſalis omne quod cōtingenter eſt ens poſſibiliter eſt creatura ꝓpter cauſam ſuperius poſitam.

¶ Reſpondetur ad primū negando iſtā eſſe falſam tm̄ creatura ens cōtingēter eſt ⁊ ad ꝓbationē nego conſequētiam: q: lꝫ in iſta tātū creatura ens cōtingēter eſt predicatum diſtribuat̃ nō lꝫ deſcēdere copulatiue nō: q: predicatum nō ſimpl'r diſtribuat̃: ſed ex eo ꝙ in ea verificatio denotat̃ ꝑciſe pro ente cōtingenti ideo nō lꝫ deſcendere ſub illo termino copulatiue oībus ſuppoſitis eius demonſtratis: et ꝑ hoc p̄z ad confirmationē. in iſta enim tantū a creatura om̄e ens cōtingēter eſt nō ſolū denotatur verificatio pro ente cōtingēti: ſed pro quocunq̄ſ ſuppoſito predicati ſiue ſit cōtingens ſiue neceſſarium. ¶ Sed ſemper manet dubiū quare magis in iſta. tm̄ creatura ens cōtingēter eſt denotatur verificatio pro ente contingenti preciſe q̄ꝫ in iſta creatura omne ens cōtingenter eſt: cum predicatum vtriuſq̄ꝫ diſtribuatur. Dubium

¶ Reſpondet̃ ꝙ cauſa huius eſt. q: ꝓbatio huius tm̄ creatura ens cōtingenter eſt incipit a ſigno excluſiuo: cui' quelibet exponens verificari denotat̃ pro ente cōtingenti preciſe: ſed ꝓbatio hui' a. creatura om̄e ens contingenter eſt que ē prima hui' tm̄ a creatura oē ens cōtingēter ē incipit ab iſto termino ens diſtributo ſub quo deſcendendo licet demonſtrare oīa eius ſuppoſita: vnde ſi ꝓbatio hui' tantū creatura ens cōtingēter eſt inciperet a ꝑdicato in ea denotaret̃ ꝟificatio ꝓ quolibet ente ⁊ illa eēt falſa: ſi autē ſcis dare me'ſ' diſcrimē offeras illud in mediū. Ex quo p̄z nihil eſſe dicere ⁊ fingere nouū gen' diſtributiōis in ꝑdicato hui' tm̄ creatura ens cōtingēter ē ſed puncerū ē vt michi videt̃ dādo diſcrimē qḋ argumētum patebat qḋ ſupra dixi. Ex dictis patet ꝙ iſta eſt ꝟa quilibet hō poſſibiliter ē fortiſſim' hoīm p̄z negatiue ex Corrolaria.

ponēdo p3 per eius exponētes videlicet hō poſſibiliter eſt fortis ⁊ ꝗlibet hō poſſibiliter eſt fortis ⁊ nullus hō poſſibiliter eſt fortior hoīe. Sed ſi affirmatiua exponaṫ falſa eſt ſue nō ponētes ſunt falſe. videl3 ꝗꝛ hō poſſibilr eſt fortis ⁊ quolibet alio poſſibiliter eſt fortior. ¶ Scđo ſequiṫ ꝙ l3 ariſtoteles fuit ſapiētior zenone impoſſibiliter tñ Ariſtoteles fuit ſapiētior zenone. Tertio ſeqtur ꝙ ꝗlibet hō ꝗ non eſt poſſibilr differt ab hoīe ꝗ eſt ⁊ tñ impoſſibiliter eſt hoīem ꝗ non eſt differre ab hoīe ꝗ eſt. Scđa ps eſt manifeſta. Et pria pbaṫ nā ꝗꝛ hō ꝗ nō eſt poſſibiliter eſt ⁊ ꝗꝛ hō ꝗ eſt poſſibiliter eſt: ⁊ nullus hō qui nō eſt poſſibiliter eſt hō ꝗ eſt. igiṫ quilib3 hō ꝗ nō eſt poſſibiliter differt ab hoīe ꝗ eſt. Quarto ſequiṫ ꝙ ſicut null9 hō ꝗ nō eſt poſſibiliter eſt fortior hoīe qui eſt ita null9 hō qui poſſibiliter eſt eſt fortior hoīe qui non eſt. Corrolarium claret.

Ariſtoteles. zeno.

Conditionalē ſi triſariā capi.

SEquiṫ ſextu3 caput de cōditionalibus pro cui9 declaratiōe nota ꝙ ly ſi tripliciṫ capiṫ. Uno mō cōditionalr ⁊ illatiue. Alio mō pmiſſiue. alio mō eſt ps ſubiecti vel pdicati tūc capiṫ illatiue ⁊ cōditionaliter qñ affirmaṫ ⁊ ad veritatē ppōnis in qua poniṫ reqritur ꝙ ſit bona ꝯña ⁊ ad falſitatē ei9 ſufficit ꝙ ſit mala ꝯña. Exēplū primi vt ſi ſortes currit homo currit. Exēplum ſcđi: vt ſi ſortes currit ſortes diſputat.

Corrolaria.

¶ Ex quo infertur ꝙ propoſitio in qua ly ſi negatur non eſt conſequentia cū tunc non tenetur illatiue.

¶ Secundo ſequitur ꝙ conſequentia cōtradicit non ꝯñtie patet iſte cōtradicunt ſi ſortes currit ſortes mouetur et non ſi ſortes currit ſortes mouetur ⁊ prima eſt conſequentia ⁊ non ſcđa vt inferebatur.

Quid conditiōalis vera ⁊ falſa.

¶ Tertio ſequiṫ ꝙ cōditionalis vera eſt cōditionalis bona ꝯña ⁊ cōditionalis falſa eſt cōditionalis mala ꝯña. Quid ſit bona ꝯña auctor primi capli declarauit alibi. Tūc ly ſi capiṫ pmiſſiue qñ ad veritatem ppōnis in qua poniṫ nō reqriṫ ꝙ ſit bona ꝯña: ſ3 ſufficit ꝙ qñ deṫ añs ve3 deṫ ꝯñs verū. vbi gr̄a ad veritatē huius ſi veneris ad me dabo tibi equū nō reqritur ꝙ antecedens nō poſſit eſſe verū conſequente exiſtente falſo ſed ſufficit ꝙ qñ venies ad me dē tibi equū. In iſta aūt ppōne ſortes eſt aīal ſi eſt homo ly ſi eſt ps extremi hoc totu3 aīal ſi eſt homo pdicatum. Pro expeditione primi.

¶ Cōtra diffinitionē vere cōtionalis ſic arguiṫ hec ꝯditionalis ē vera ſi aīal currit hō currit. ⁊ tñ nō eſt bōa ꝯña: igiṫ maior p3 illa ꝯditionalis ſequiṫ ex vero. ergo illa ē vera p3 añs bñ ſequiṫ ſi iſtō aīal currit hō currit ꝗ ſi aīal currit hō currit ⁊ demonſtro ſortē in añte. Añs eſt verū vt liquet: igitur et conſequens.

¶ Et cōfirmaṫ: bñ ſequitur ſi iſtud aīal currit homo currit vel ſi iſtud animal currit hō currit ergo ſi aīal currit homo currit ⁊ antecedens eſt verū cū ſit diſiūctiua cui9 vna ps eſt vera videlicet illa in qua demonſtraṫ hō igiṫ cōſequēs eſt ve3 ⁊ cōſequētia tenet p aſcenſum.

¶ Secūdo cōtra eādē diffinitionē arguiṫ ſic hec cōditionalis eſt bona conſequētia ſi aīal currit animal currit. ⁊ tamē nō eſt vera conditionalis igitur maior patet. Nā bene ſequiṫ ſi aīal currit aīal currit. ergo ſi aīal currit iſtud animal currit vel ſi aīal currit iſtō aīal currit vel ſi animal currit iſtō aīal currit. ⁊ ſic de ſingulis cōſequēs eſt falſum pro vtraq ſua pte cu3 in quali3 cōditionali cōſequētis antecedēs pōt eſſe verū cōſequēte exiſtēte falſo igitur vt3 antecedens ⁊ conſequentia tenet per deſcenſum.

¶ Reſpondeṫ ad primā negādo añs ⁊ ad pbationē nego iſtā eſſe verā cōditionalē ſi aīal currit hō currit: ⁊ ad probationē ei9 nego diſtinguitur ꝙ arguis ab inferiori ad ſuu3 ſuperius affirmatiue vel ſine diſtributione ſuperioris ⁊ ſic negatur vel cū diſtributione ⁊ ſic conceditur. ¶ Pro cuius declaratione dṙ ꝙ iſte terminus ſi diſtribuit terminū immediate conſequentie ⁊ omnes alios confundit. Quod nō tñ eſſe veru3 ſic probatur: nā ſi ſic conſequētia eſſet bona ſi aīal currit omne animal currit ꝯſequēs eſt falſum. ergo ⁊ antecedens. Falſitas cōſequētis patet nam caſu poſito ꝙ brunellus currat ⁊ quodlibet aliud animal quieſcat antecedēs eſt verum ⁊ conſequens falſum. Et ſequela probatur antecedens et conſequens equiualent ergo conſequentia eſt bona antecedēs probatur: na3 antecedens ⁊ conſequens ſunt eiuſdem qualitatis ⁊ componuntur ex eiſdem terminis eodem modo ſupponētibus ſi iſte terminus animal in antecedente diſtribuatur ergo equiualenter igitur conſequentia erat bona.

¶ Ad ꝯfirmationē diciṫ negādo ſequelam qꝛ ſub termino diſtributo aſcēdis diſiunctiue vbi aſcendendum eſt copulatiue ⁊ ſic aſcēdendo valet. ſi iſtud animal currit homo currit ⁊ ſic de ſingulis. ergo ſi animal currit homo currit cōſequentia erit bona ſed quemadmodū ꝯñs eſt falſum ita antecedens pro iſta parte ſi iſtō aīal currit hō currit demōſtrādo brutū. Hoc aūt nō valet pbarī eſt ꝙ iſte terminus aīal nō diſtribuitur. ¶ Ideo ad primū dṙ negando ſeq̄lā ⁊ ad pbationē diſtinguiṫ añs valet ꝙ arguaṫ ab inferiori ad ſuperius: vel ab inferiori ad ſuperius que ponunṫ in diuerſis cōditionalibus ⁊ ſic concedo vel ab inferiori ad ſuperius ꝗ nō ponūtur in diuerſis cōditionibus ⁊ ſic nego mō tale argumētū ab inferiori ad ſuperius nō valet.

¶ Unde poniṫ talis regula ꝙ arguendo ab inferiori ad ſuperius in conditionalibus affirmatiuis qñ inferius poniṫ in vna in añte p ſubiecto nō valet argumētū ſ3 arguēdo ab inferiori ad ſuu3 ſuperius in cōditionalib9 negatiuis argumentum valet prima pars regule probata eſt ſcđa pbaṫ bene ſequiṫ nō ſi hō currit homo currit ergo non ſi animal currit hō currit cōſequētia p3 nā antecedens eſt impoſſibile et conſequens neceſſarium igitur conſequētia tenet. ſecunda pars regule intelligitur quādo terminus inferiori ponitur a parte ſubiecti antecedentis conditionalis negatiue: et ſuperi9 a parte ſubiecti antecedentis conditionalis negatiue: quia non ſequitur non ſi animal currit homo currit ergo non ſi animal currit animal currit cū añs ſit verum ⁊ conſequens falſum.

Prima regula.

¶ Ponitur ſecūda regula in conditionalibus affirmatiuis arguēdo ab infe

Scđa regula.

riori reſpectu duoꝝ terminoꝝ quorū vnus ponit̃ in añte pro ſubiecto ad idē ſuperiꝰ affirmatiue ꝯña valet. vñ ſequit̃ ſi ſortes currit hō currit. ergo ſi aīal currit aīal currit. ſilr bene ſequit̃ ſi hō currit ſortes mouet̃ ergo ſi aīal currit aīal mouetur. Dicit̃ ad idē ſuperius. qꝛ reſpectu diuerſorū ſuperiorū ꝯña nō valebit verbi cauſa cū nō ſequit̃ ſi ſortes eſt hō eſt. ergo ſi ſubſtantia eſt aīal eſt cū añs ſit verū ⁊ ꝯñs falſum cū añs ſit cōditionalis vera ⁊ ꝯñs mala ꝯña: ſed hoc intelligitur qñ ſic arguēdo reſpectu duorū ſuperiorū magis ſuperior ponit̃ in añte ⁊ minꝰ ſupior in ꝯñte cōditionalis q̄ eſt ꝯñs vt in exēplo dato iſte terminus ſubſtātia eſt terminꝰ ſuperior ad iſtū terminū aīal. ſ; ſi minꝰ ſuperior ponit̃ in añte: ⁊ magꝭ ſuperior in ꝯñte ꝯña eſt bona vñ ſeq̄tur ſi ſortes eſt. hō eſt ergo ſi aīal eſt ſubſtātia eſt. hoc ideo qꝛ in eadē ꝯditionali aꝛ̄ ab īferiori ad ſuū ſupius.

Tertia regula.

¶ Tertia regula eſt arguēdo ab inferiori ad ſuū ſuperius qñ inferius eſt p̄dicatū añtis alicuiꝰ cōditionalis ⁊ ſuperiꝰ eſt p̄dicatū antecedentis alterius cōditionalis ꝯña non valet nō ſeq̄tur ſi ſortes currit hō currit ergo ſi ſortes mouetur hō currit cū añs ſit verū et ꝯñs falſuꝫ. Et h̄ intelligit̃ qñ p̄dicatū ꝯñtis nō ē terminus ſuperior vel cōuertibilis cū p̄dicato añtis qꝛ ſic ꝯña erit bona. vnde bene ſeq̄tur ſi ſortes currit ſortes mouetur. ergo ſi ſortes mouet̃ ſortes mouetur. Similiter bene ſeq̄tur ſi ſortes eſt hō ſortes eſt ſubſtātia. ergo ſi ſortes eſt animal ſortes eſt ſubſtantia. Ex hac regula ſequitur ꝙ in cōditionalibus negatiuis talis ꝯña valet. vnde ſequitur nō ſi ſortes currit ſortes currit: ergo non ſi ſortes mouetur ſortes currit cum añs ſit impoſſibile ⁊ conſequens neceſſarium.

Quarta regula.

¶ Quarta regl'a eſt arguēdo ab inferiori ad ſuū ſuperius reſpectu ſubiecti cōditionalis vnius reſpectu ſubiecti ꝯñtis alteriꝰ ⁊ etiā reſpectu p̄dicatorū optimū erit argumētū. Exēplū primi bene ſeq̄tur ſi ſortes currit hō currit. ergo ſi ſortes currit animal currit. Simil'r ſequit̃ ſi ſortes currit hō currit: ergo ſi ſortes currit hō mouetur. Et ex hoc ſequitur ꝙ arguēdo ab inferiori ad ſuperius reſpectu cuiuſlibet termini ꝯñtis vnius ⁊ ꝯñtis alteriꝰ ꝯña eſt bōa. Unde ſeq̄tur ſi ſortes currit ſortes mouetur. ergo ſi ſortes currit hō eſt ens. Et hec regula fundatur in alia videlꝫ quicq̄d ſeq̄tur ex ꝯſequēte bone cōſequentie ſequitur ad eius antecedens. Unde ſi iſta ſortes mouetur ſequitur ex iſta ſortes currit ⁊ iſta hō mouet̃ ſeq̄t̃ ex iſta ſortes mouet̃ iſta hō mouet̃ ſeq̄t̃ ex iſta ſortes currit ⁊ ſic ſi iſta cōſequētia eſt bona ſi ſortes currit ſortes mouet̃ ēt hec erit bona ſi ſortes currit hō mouetur.

Regula logica.

Quinta regula.

¶ Quinta regula eſt arguēdo ab inferiori ad ſuū ſuperius reſpectu oīm terminorū vniꝰ ꝯditionalis ⁊ oīm terminoꝝ alteriꝰ dūmodo termini poſiti in añte cōditionalis q̄ eſt ꝯñs ad terminos cōſequētis eiuſdē ꝯña eſt bōa: vnde ſeq̄tur ſi hō currit hō mouetur ergo ſi aīal mouetur corpꝰ eſt ens dꝛ dūmō ⁊c. qꝛ nō ſeq̄tur ſi ſortes eſt hoc currēs demonſtrando ſortē homo eſt currēs. ergo ſi aīal eſt ſubſtantia animal mouet̃ et has regulas debes notare.

Prima propoſitio.

¶ Ad ꝯfirmationē dicit̃ negādo ſeq̄lā ⁊ ad ꝓbationē dicitur ꝙ nō eſt aſcenſus nullo eſt termino in cōditionali poſito a p̄te añcedētis licet aſcendere diſiunctiue. Dicitur in antecedente poſito quia ſi ponatur in conſequente nō erit inconueniens ſeq̄tur bene ſi hō currit iſte homo mouetur vel ſi homo currit homo mouetur et ſic de ſingulis ergo ſi homo currit homo mouetur ⁊ ſic hec prima propoſitio.

Scđa propoſitio.

¶ Scđa propoſitio ſub nullo termino in conſequente conditionalis poſito licet deſcendere diſiunctiue vel copulatiue ſed bene in antecedente poſito. Primū patet nō ſequitur ſi homo currit iſtud animal currit vel ſi iſte homo currit animal currit ⁊ ſic de ſingulis. Secundum patet bene ſequitur ſi homo currit animal currit ergo ſi iſte homo currit animal currit vel ſi iſte homo currit aīal currit ⁊ ſic de ſingulis. ¶ Ex quo infertur ꝙ arguendo a ſuperiori ad ſuum inferius affirmatiue conſequentia valet patet in exemplo dato. Et reſolutorie dicit̃ ꝙ ſub nullo termino in antecedente cōditionalis poſito licet aſcēdere vel aſcende diſiunctum ⁊ hoc eſt dictu ꝙ nō oportet aſcēdere qꝛ diſiūctim ex terminis inferioribus alicuius termini cum iſta particula ⁊ ſic de ſingulis cōuertit̃ cū ipo termino nā quicquid eſt homo eſt iſte homo vel iſte homo et ſic de ſingulis et econtra.

Correlarium.

Nota.

¶ Ad ſecūdū dꝛ negādo ſeq̄lā ⁊ ad probationem dicitur ꝙ ſub nullo termino in conſequente conditionalis poſito licet deſcēdere niſi diſiūctim ex quo patet ꝙ oppoſito modo ſe habent termini in antecedente et conſequente conditionalis poſiti quo ad aſcenſum et deſcenſum.

Correlarium.

¶ Cōtra primā regulā ſic arguitur. bene ſequitur ſi ſortes eſt aſinus ſortes eſt animal ergo ſi homo eſt aſinus ſortes eſt animal. et arguitur ab inferiori ad ſuperius ⁊c. ergo regula nulla.

¶ Reſpōdet̃ cōceſſa ꝯña ⁊ negando regulam eſſe nullam regula intelligitur ꝙ non ſemper valet tale argumentum.

¶ Cōtra hoc ſic arguit̃ aliqua conſequentia ab inferiori ad ſuperius ⁊c. eſt formalis ergo talis ꝯña ſemper valet. añs patet: bene ſequitur ſi hoc animal eſt animal eſt ergo ſi aīal eſt animal ⁊ eſt formaliter cum in ſimili forma non ſit reperibilis inſtantia igitur.

¶ Rñdet̃ ꝯceſſo añte diſtiguo conſequens vel qñ antecedens ⁊ conſequens ſecunde conditionalis ſunt ſynonima ⁊ ſic concedo vel quando non ⁊ ſic nego.

¶ Cōtra hoc ſic arguitur: quādo non ſunt ſinonima propoſitionis ergo ſolutio nulla antecedens patet ſequitur bene ſi ſortes eſt hoc animal ſortes eſt hoc animal. ergo ſi animal eſt hoc animal ſortes eſt animal et formaliter. et ibi antecedens et conſequens ſecunde conditionalis non ſunt ſynonima propoſitionis igitur. Quod autem ſit conſequentia formalis patet quia ſi non ideo eſſet quia iſta que eſt ſimilis forme ſecum ſi plato ⁊ hoc animal ſortes eſt animal demonſtrando platonem ergo ſi animal eſt hoc animal ſortes eſt animal: ſed illa eſt bona et non ſimilis forme cū prima igit̃.

¶ Rñdetur cōcedendo maiorem ⁊ minorē diſtinguendo cōſequēs vel quādo ſubiectū et pdicatū antecedētis ſcōe cōditionalis ſe habēt ſicut ſuperius ⁊ inferius formaliter ⁊ ſic cōcedo vel quādo non ⁊ ſic nego.

¶ Scōa ſic arguit͛ bene ſequitur ſi ſortes currit hō currit: ergo ſi aīal currit hō currit ergo regula nulla. añs pȝ. q͛ pars antecedentis infert primā partem cōſequētis ⁊ ſecunda infert ſcōam ergo totū añs infert ꝯñs ſi neges ꝯñam: q͛ añs nō eſt preciſe ille due ptes: ſed ille due partes cū coniūctione.

¶ Sic ar͛ ly ſi in añte et conſequente tenet͛ vniuoce: ergo ly ſi in añte eſt illatiuū ly ſi in cōſequente quātum eſt de ſe. Et tūc ſic arguit͛. iſte tres ptes demonſtrādo totū antecedens inferunt iſtud cōſequēs et iſte tres partes ſunt iſtud añs ergo iſtud añs infert conſequēs. Si neges q͛ male cōcludo ſed debeo ſic inferre iſtud añs eſt inferentia iſtud cōſequens infero ſic ⁊ cum añs eſt verū cōſequens eſt verū. ⁊ tunc ſic iſtud eſt inferētia iſtud cōſequēs: ergo ab aliquibus q̄ ſunt iſtud antecedēs ad iſtud cōſeq̄ns valebit cōſequentia. ⁊ ſi ſic cōſequentia negata eſt bona ⁊ maior pbatur. nā iſte tres ptes antecedentis inferūt has tres partes cōſequētis ⁊ iſte tres partes conſeq̄ntis ſunt iſtud cōſequēs. igit͛ tres ptes añtis inferunt iſtud conſequēs expoſitorie ⁊ antecedens patet ex dictis igitur.

¶ Reſpōdet͛ vt in argumento vſqȝ ad illū locū vbi dicis hāc cōſequentiam iſte tres partes inferūt iſtud cōſequēs ⁊c. cui' maiorē nego ⁊ ad pbationē nego ſequelam ppter variationem appellatiōis in añte denotat͛ ꝙ iſte tres partes antecedētis inferūt has tres ptes conſequētis ſiue prout faciūt conſequēs ſiue nō conſequēte denotatur ꝙ inferunt has tres partes:prout faciunt conſequens.

¶ Contra hoc ſic ar͛. Hę tres partes antecedētis inferūt has tres ptes ꝯñtis ergo ab iſtis trib' ptib' añtis ad iſtas tres ptes cōſequētis eſt bona ꝯña: et ſi ſic iſte tres partes antecedentis inferunt iſtud cōſequēs.

¶ Rñdet͛ negādo ſeq̄lam ſufficit ꝙ ſit bona ꝯña vel bone cōſequētie. Vñ añs vni' infert añs alterius: et ecce duas bonas cōſequētias ⁊ ly ſi quātū de ſe eſt illatiuum de ly ſi qđ ſi velis negare ſcribat͛ cōſequētia facta in pncipali argumēto: ⁊ ex eodem atramento ſcribat͛ ſubiectū añtis prime cōditionalis ⁊ iſta cōiūctio ſi et eidē facias in ſcōa cōditionali ⁊ ſic habebis veritatē iſti' iſte due ptes demōſtrādo añs et cōſequēs pme cōditionalis ſunt añs ⁊ facias tunc ſic arguit͛ iſte due ptes inferunt iſtud ꝯñs et iſte due partes ſunt iſtud añs ergo iſtud añs infert iſtud ꝯñs ⁊ pcede in argumēto vt pceſſum eſt.

¶ Contra ſecundaȝ regulā ſic arguitur. Nō ſeq̄tur ſi ſortes currit homo currit ergo ſi animal currit aīal diſputat et arguitur p regulam ergo regula nulla.

¶ Rñr ꝙ regula intelligit͛ ceteris paribus modo ibi cetera nō ſunt paria.

¶ Contra hoc ſic ar͛ quādo cetera ſunt paria non ſequitur ergo ſolutio nulla añs pȝ. nō ſeq̄tur ſi hoc ꝯñs eſt h͛ falſū: hoc ꝯñs eſt hoc falſum: ergo ſi falſum eſt hoc ꝯñs falſum eſt hoc conſequēs demōſtrando conditionalem que eſt ꝯñs illius cōſequētie ⁊ cetera ſunt paria igit͛. Qđ nō ſequatur pȝ añcedens eſt verū cōſequēs falſum igitur. Ueritas añcedentis relinq̄tur nota. ⁊ falſitas conſequētis patet. nā quero an illa conditionalis que eſt cōſequens ſit vera vel falſa ſi falſa propoſitum: ſi vera.

¶ Sic ar͛ antecedens ei' non poteſt eſſe verū qđ falſum eſt cuȝ illa poteſt conuerti cum vna mala conſequentia.

¶ Rñr negādo maiorem ⁊ ad pbationem negatur falſitas ꝯñtis cōceſſo añte ⁊ ad pbationē negat͛ ſequela ſed ſeq̄tur ꝙ illud conſequēs nō pōt eſſe verum illa ꝯña preciſe ſic ſignificāte qđ nos concedim'. Scōo ſic arguitur Non ſeq̄tur ſi ſortes ē aſinus ſortes currit: ergo ſi animal eſt aſin' aīal currit ⁊ arguitur p regulam ergo regula nulla. maior pȝ. nā antecedēs eſt verū q͛ cōditionalis bona cōſequētia ⁊ conſequēs falſum: q͛ cōditionalis mala ꝯña ⁊ minor pȝ. nā ſubiectū añcedētis et cōſequētis prime cōditionalis eſt inferius ad ſubiectū añtis ⁊ conſequentis ſcōe cōditionalis igitur.

¶ Rñr negādo minorē ⁊ ad pbationē dr͛ ꝙ regula intelligit͛ quādo prima cōſequentia tenet per locū intrinſecū ⁊ nō per locum intrinſecū ſicut in pppoſito. nam prima cōſeq̄ntia tenet pciſe q͛ ei' añs eſt impoſſibile.

¶ Cōtra hoc ſic ar͛. qñ pria cōſequētia tenet p intrinſecū arguēdo ab inferiori ad ſuperius ⁊ ꝯña nō valet ergo ſolutio nulla añs patet. nō ſeq̄tur ſi ſortes eſt aſinus ſortes ē homo. ergo ſi aīal eſt aſin' aīal eſt homo ⁊ pma cōſeq̄ntia tenet p locū intrinſecū igit͛ maior pȝ nam añs eſt verū ⁊ cōſequēs falſum. veritas antecedētis pȝ q͛ eſt cōditionalis bona conſequētia. ⁊ falſitas cōſequētis patet. q͛ caſu poſito ꝙ ſint aſini ⁊ nō hoīes añs eſt verū et conſequens falſum et minor patet intuenti.

¶ Reſpōdet͛ ꝙ regula intelligitur quādo prima cōſequētia tenet p locum intrinſecū et eius añs nō ē impoſſibile. ¶ Sexta regula eſt arguēdo a tota cōditionali affirmatiua ad vnā diſiunctiuā cōpoſitā ex cōſequente et oppoſito añtis eius conſequētia eſt bona: bene ſequitur ſi ſortes currit ſortes mouet͛: ergo ſortes nō currit vel ſortes nō mouetur. Sexta r͛la

¶ Cōtra quā regulam ſic ar͛. ſi regula eſſet vera ſequeret͛ ꝙ ex neceſſario ſeq̄retur contingēs qđ impoſſibile eſt. ſeq̄la pbatur. nam p regulam hec cōſequentia eſt bona ſi ſortes currit ſortes mouet͛: ergo ſortes nō currit vl' ſortes mouetur. et antecedēs eſt neceſſarium et conſequēs contingēs ergo minor pro prima pte patet. nam eſt cōditionalis vera pro ſecūda pte pbatur q̄libet pars hui' ſortes currit vel ſortes mouetur eſt contingens: ergo tota diſiunctiua ex eis compoſita eſt contingens.

¶ Rñdet͛ negādo maiorē ⁊ ad probationē negatur minor pro ſecūda parte ad eius probationē negatur ſequela vt videbit͛ in

diſiunctiuis. ¶ Sed arguitur ſic hec ɔ̄ſeq̄ntia tenet per regulã ſi ſortes moueť velociter ſortes ſortes currit ergo ſortes nõ moueť vel ſortes velociter currit. et ɔ̄ña nõ valet igiť minor pz. Nã añs eſt verũ cũ ſit bona ɔ̄ñtia ſuppoſito ꝙ illud qđ velociter moueť currat vel q2 b eſt falſum dicam ſic in p2ia ɔ̄ña ſi ſortes moueť velociter iſto gradu demõſtrãdo gradũ q̄ ſufficit ad curſũ ſortes currit. Et falſitas conſequẽtis pz. nam poſito ꝙ ſortes lente moueatur: quelibet pars eiꝰ eſt falſa: vt intuenti patet. igitur.

¶ Rñdetur diſtinguẽdo p̄mã ɔ̄ñam vel ly velociter iſto gradu determiat illuz terminũ moueť: ⁊ ſic ɔ̄cedo ꝙ añs eſt verũ et ꝙ ɔ̄ña nõ valet: q2 in ɔ̄ñte tu non capis oppoſitũ añtis debebas ſic inferre: ergo ſortes nõ moueť iſto gradu vel ſortes currit. Si aũt ly velociter iſto gradu determinet iſtum terminũ currit nego ɔ̄ñam nõ valere. Et ad ꝓbationẽ nego ꝙ añs ſit verũ: q2 nõ eſt bona ɔ̄ña cũ ſtat ꝙ ſortes moueať ſine h ꝙ velociter iſto gradu currat.

¶ Scđo ſic arꝰ nõ ſeq̄tur ſi deꝰ eſt hec diſiũctiua nõ eſt ṽa: ergo deꝰ nõ ẽ vel hec diſiũctiua nõ eſt ṽa ꝑ ly hec demõſtrãdo diſiũctiuam q̄ eſt ɔ̄ñs ⁊ ẜm hãc ſignificationẽ intelligẽdo ⁊ arguiť ꝑ regulã q̄ regula nulla. maior patz. nã añs eſt verũ ⁊ ɔ̄ñs falſum. igr̃ añs pz. nã q̄ro vel illa diſiũctiua eſt ṽa vel falſa. ſi falſa ſeq̄tur ꝙ ẜm ſiĝtionẽ quã hz nõ põt eſſe vera. ⁊ ſic ɔ̄ñs ɔ̄ditionalis q̄ eſt añs ẽ neceſſariũ: ſi vera ꝓ aliqua pte eſt vera ⁊ nõ ꝓ p̄ma cũ ſit impoſſibilis. ergo pro ſcđa. ergo ita eſt ſicut ſcđa ſiĝt: ſed ſcđa ſiĝt ꝙ diſiũctiua nõ eſt ṽa ⁊ eſt: ergo ẽ falſa.

¶ Rñr negãdo maiorem ⁊ ad ꝓbationẽ ɔ̄ceſſo añte negať ſeq̄la ⁊ cã eſt: quia illa diſiũctiua ſe falſificat an q̄lz ps illiꝰ diſiũctiue ſit ṽa vel falſa vide in diſiũctiuis.

¶ Cõtra diffinitionẽ vere ɔ̄ditionalis ſic arꝰ. hec ɔ̄ditionalis ẽ ṽa ſi huiꝰ ɔ̄ditionalis ɔ̄ñs eſt falſuz huiꝰ ɔ̄ditionalis ɔ̄ñs ẽ falſum demõſtrãdo illãmet ɔ̄ditionalẽ: ⁊ tamẽ añs ẽ veꝝ ⁊ ɔ̄ñs falſum. igitur ſi dicas verũ ẽ: q2 ɔ̄ñs ſe falſificat ⁊ antecedẽs non.

¶ Sic arꝰ. ſi voceť añs illiꝰ ɔ̄ditionalis a et ɔ̄ñs b. ⁊ ponatur in duobꝰ locis: ⁊ in vno a ſit añs ⁊ b ɔ̄ñs. Et in alio ſit ɔ̄ñs a et b. añs in illo caſu q̄ro vel b. eſt verũ vel falſum ſi falſum ergo a ẽ verũ cũ ita ſit ſicut a ſignificat ⁊ nõ ſe falſificat: quia ſi ſe falſificaret maxime eẽt ſic arguendo. Nam vel a eſt verum vel falſum: ſi falſum ꝓpoſitum ſi verum.

¶ Sic arguiť ergo ita ẽ ſicut a ſignificat ſed a ſignat ꝙ aliqđ ɔ̄ſequens huiꝰ ɔ̄ſequẽtie eſt falſum ⁊ a eſt ɔ̄ñs huiꝰ ɔ̄ſequẽtie ergo a ẽ falſum: ſed iſtud argumentũ non valet cũ ſit ex pluribus pticularibꝰ igiť a eſt verũ: ⁊ cũ nõ ſit maior ratio de a. q̄ de b. nã ſicut b eſt ɔ̄ſequẽs ⁊ añs ita a igiť b eſt verũ. et ſic eſt verum ⁊ falſum ⁊ nõ ꝓpõ plures qđ implicat ſi b ſit verũ cũ nõ ſit minor rõ de a q̄ de b. ſeq̄tur ꝙ a ẽ verũ ⁊ ſic ita ſicut a et b ſiĝt ⁊ ſic aliqđ ɔ̄ſequẽs huius ɔ̄ſequentie eſt falſum ⁊ cũ nihil ſit conſequens huius ɔ̄ſequẽtie niſi a ⁊ b ſeq̄tur a. vel b eſt falſum ⁊ cũ qđlibz eoꝝ ſit veꝝ ſeq̄tur ꝙ vnũ eoꝝ ſit falſum ⁊ veꝝ ⁊ nõ ꝓpõ plures qđ implicat.

¶ Rñdetur dupliciter. Prio ſic conceſſo ꝙ b ſit falſum nego ſeq̄lam cum inferſ qđ a eſt verũ. Et ad ꝓbationẽ nego ꝙ a nõ ſe falſificet ⁊ debet illud ꝓbari non vt tu arguis Sed ſic b. eſt falſum ⁊ nõ eſt maior rõ de a q̄ de b. ergo a ẽ falſum. q̄ a eſt falſum ⁊ nõ eſt falſũ: q2 nõ eſt ita ſicut a ſiĝt ergo a ſe falſificat.

¶ Scđo diciť ꝙ oportet dare ꝙ vnum conſequẽs illius ɔ̄ſequentie ſit falſuz. Et cum queris illud. primo non placet mihi te certificare de illo. Secũdo ꝓpone ⁊ videbis ⁊ ꝓpoſito. An b ſit falſuz dico ꝙ nõ. Si ꝓponis ꝙ a ſit falſum. dico ꝙ ſic: q2 vnum ɔ̄ſequẽs eſt falſum et b nõ eſt falſum. ergo a eſt falſum. Et ſi queratur an a ſit falſum dicatur ꝙ nõ. et poſtea ɔ̄cedatur de b ꝙ b eſt falſum.

SEquitur de ɔ̄ditionalibus in quibus ly ſi tenetur promiſſiue. Pro cuiꝰ declaratione notãdum eſt ꝓpoſitio affirmatiua in qua ponitur ly ſi poteſt eẽ vera ſine hoc ꝙ ſit bona conſequentia. Sed ad veritatẽ eius ſufficit ꝙ quando antecedens ſit verũ conſequens ſit verum. verbi cauſa ad veritatẽ huiꝰ ſi veneris ad me dabo tibi equuz. ſufficit ꝙ ſi venias ad me dem tibi equum: ſed nõ requiritur ꝙ nõ ſit poſſibile ꝙ venias ad me quin dem tibi equum. Ex quo infertur ꝙ talis ꝓpoſitio cũ aliquo ɔ̄uenit cum conditionali in qua ly ſi tenetur illatiue ⁊ in aliquo differt ab ea. Nã ſicut ɔ̄ditionalis in qua ly ſi tenetur illatiue nichil ponit in re ſicut ſi ſortes currit hõ currit: nõ ponit ꝙ ſortes currat nec ꝙ hõ currat. ita iſta ſi veneris ad me dabo tibi equũ: nõ ponit ꝙ venias ad me nec ꝙ dẽ tibi equũ. Sed differũt nã ad veritatẽ primo req̄ritur ꝙ ſit bona ɔ̄ſequentia ⁊ nõ ad veritatẽ ſcđe. ¶ Scđo ſeq̄tur ꝙ oĩs conditionalis in qua ly ſi teneť ꝓmiſſiue cuius añs ẽ poſſibile ⁊ ɔ̄ñs impoſſibile eſt falſa. pz de iſta. ſi veneris ad me faciam te eſſe aſinum. ¶ Tertio ſequitur ꝙ conditionalis in qua ly ſi teneť promiſſiue cuiꝰ añs eſt impoſſibile eſt vera. q2 tunc nunq̄ dabiť antecedẽs q̄n detur ɔ̄ſequens cuz antecedẽs nõ põt dari. ¶ Quarto ſeq̄tur ꝙ ab omni ɔ̄ditionali in qua ly ſi tenetur illatiue ad vnã in qua ly ſi tenetur ꝓmiſſiue de eodem antecedente ⁊ ɔ̄ſequẽte. conſequẽtia valet. Unde ſequitur ſi ſortes currit hõ mouetur. ergo ſi ſortes currit homo mouetur: capiẽdo ly ſi in añte illatiue ⁊ in ɔ̄ſequente ꝓmiſſiue.

Corrolaria.

¶ Contra hec ſic arꝰ. ex dictis ſequitur in aliquo caſu duo contradictoria ṽa. ergo male dicta ſunt. antecedẽs pz. ponať caſus ꝙ ſortes diligat quẽlibet diligentẽ ſe videlz platonem et cicero diligat ſortẽ ⁊ plato diligat ſortem ſi ſortes tm̃ diligit vnum hoiem ⁊ nõ alios in iſto caſu iſte due ſunt vere plato diligit ſortẽ ⁊ plato nõ diligit ſortẽ. igiť añs pz. nã quero an plato diligat ſortẽ vel nõ ſi ſic cum cicero diligat ſortem et ſortes diligat quẽlibet diligentẽ ſe ſequitur ꝙ ſortes diligit plures homines et vltra ſortes diligit plures homines. ergo plato nõ diligit ſortem. ɔ̄ña pz. q2 caſus erat ꝙ plato diligat ſortẽ ſi ſortes tm̃ diligit vnũ hoiem ⁊ nõ alios. ſi autẽ plato nõ diligat ſortẽ ſequiť ꝙ ſortes

tantum diligit ciceronem. ergo plato diligit ſortem cum caſus erat ꝙ diligit ipſum ſi tantū diligit vnumhominem ⁊ ſic ſequitur quicquid dicatur ꝙ plato diligit ⁊ plato nō diligit ſortem ⁊ ſit propoſitum.

Annotationes;

ditionatū deus ſi eſt deus nō pōt ſupponere niſi pro deo cū de nullo alio verū ſit dicere ꝙ ē de⁹ ſi nō eſt deus. Et ſic patet veritas affirmatiue. Et negatiua ꝓbatur ſcđa eius exponēs eſt vera videlicet nō qđ eſt oīs deus vel creatura eſt deus ſi nō eſt deus capiendo primā negationē infinitanter qđ illa ſit vera patet ſubiectū et predicatū ſupponūt eodem modo ⁊ eſt affirmatiua. ergo eſt vera maior patet ꝑdicatū ſupponit ꝑ deo vt dictū eſt ⁊ ſubiectū etiā cū hec ſit vera deus eſt nō quod eſt oīs de⁹ vel creatura quod patet de⁹ nō qđ eſt oīs deus vel creatura ⁊ de⁹ eſt: ergo de⁹ eſt non qđ eſt oīs deus vel creatura a negatiua ad affirmatiuam predicato variato penes finitum et infinitum poſita conſtantia. Et maior patet ſua contradictoria eſt falſa puta omnis deus eſt quod eſt omnis deus vel creatura cum predicatum iam pro nullo ſupponat. ergo ſequitur ꝙ conſequens eſt verum et per conſequens ſecunda exponens huius non tantum ꝙ eſt omnis deus vel creatura eſt deus ſi non eſt deus et per conſequens ipſa eſt vera cum debeat exponi diſiunctiue. nec valet dicere ꝙ ſubiectū huius non ꝙ eſt omnis deus vel creatura eſt de⁹ ſi nō eſt deus non ſupponit ꝑ deo: quia ſuus terminus finitus non ſupponit pro deo vt probatum eſt: qꝛ conditionatum non ampliat ad imaginabilia. alias hec eēt vera oīs ſortes ſi eſt ſortes eſt plato quod negare volumus cū aſſerentibus regulam ⁊ patet propoſitum ꝙ duo cōtradictoria ſunt vera ſi illa regula eſt vera.

Regula.

¶ Reſpondetur ꝙ argumētū eſt difficile ⁊ ſubtiliter deductū. ⁊ lꝫ appareat cōcludere: nō tamen concludit. ideo dicitur ad argumentum aliquibus ſuppoſitis. Primū eſt quando eſt aliqua propoſitio affirmatiua de cōditionato predicato et ſubiectum eſt terminus infinitus non debet talis propoſitio in propria forma reduci ad conditionalem. Secundum eſt ponatur terminus infinitus a parte predicati ⁊ conditionatum a parte ſubiecti et capiatur negatiua illius cōuertentis de predicato infinito. ſi autē illa negatiua fuerit vera talis affirmatiua erat vera. ſi autē falſa talis affirmatiua erat falſa quomodo cognoſcetur veritas illius negatiue dictum eſt exemplum huius ſumpta iſta ꝑpoſitione non plato eſt ſortes capiendo illā negationem non infinitanter cōuertatur in iſtā ſortes ſi eſt ſortes eſt non plato cuius negatiua de predicato finito eſt hec ſortes ſi eſt ſortes nō eſt plato que vera eſt vt ex dictis colligi poteſt: et ſic hec eſt vera non plato eſt ſortes. ſi eſt ſortes capiendo illam negationem non infinitanter. Et quo patet ꝙ iſta eſt falſa non omnis de⁹ vel creatura eſt deus ſi nō eſt deus cum ſua conuertens ſit falſa puta deus ſi non eſt deus eſt non oīs deus vel creatura cuius conuertentis falſitas patet per falſitatē hui⁹ deus ſi non eſt deus non eſt omnis deus vel creatura ꝗ eſt ſua negatiua de predicato finito et falſitas illius negatiue pꝫ per veritatem hui⁹ oīs deus ſi nō eſt deus eſt omnis deus vel creatura que eſt ſua cōtradictoria cuius veritas ſuperius probata eſt.

Suppoſitiones.

Corrolarium.

¶ Tūc ad formā argumēti dr̄ negādo has duas eſſe veras tātū ꝙ oīs deus vel creatura eſt de⁹ ſi nō eſt deus ⁊ nō tātū ꝙ eſt oīs deus vel creatura eſt deus ſi nō eſt deus. Et conceſſa affirmatiua negaſ negatiua ⁊ ad ꝓbationem nego ſcđam exponentem eius eſſe verā puta iſtam non ꝙ eſt omnis deus vel creatura eſt deus ſi non eſt deus.

¶ Et ad probationē cum arguis ſubiectū ⁊ ꝑdicatū ſupponūt ꝑ eodē ⁊ ē affirmatiua: ergo eſt vera: nego ꝯñam lꝫ videaſ apparens ſicut ad falſitatē ꝓpōnis affirmatiue de cōditionato extremo nō ſufficit ſubiectū ⁊ ꝑdicatū nō ſupponere ꝑ eodē. ita ad veritatē nō ſufficit ꝙ ſubiectū ⁊ ꝑdicatū ſupponāt ꝑ eodem niſi aliud extremū a ꝯditionato ſit terminus finit⁹ formalr̄ vel equiualēter. dr̄ equiualenter ꝓpter iſtā nō plato eſt ſortes ſi eſt ſortes cui⁹ ſubiectū equiualēter eſt terminus finitus. ⁊ ex hoc patet alia ſolutio ad quoddā argumētū ſupius factū: videlicet ꝙ nō opꝫ ꝯcedere duos terminos ꝯdictorios verificari de eodē termino diſcrete tēto. Ex dictis eciā in hoc argumēto pꝫ ꝙ hec eſt falſa. iſte ſortes ſi eſt ſortes demōſtrando antichriſtum eſt nō albū. Et ſi cōcedo ꝙ hec ſolutio non ſtat cū ſolutione alterius argumenti tenēdo iſtā aliā ſolutionē oportet hoc argumētū octauū aliter ſoluere qđ videndū eſt alibi. Ex dictis ſequitur ꝙ hec ꝯña nō valet hoc eſt ſortes ſi eſt ſortes ⁊ hoc eſt hoc nō albū ergo hoc nō albū eſt ſortes ſi eſt ſortes demōſtrando ſemꝑ ſortē non ꝓpter ampliationē alicuius termini in añte: qꝛ nullo mō volo dicere ꝯditionatū ampliare. Quare talis ꝯña nō eſt expoſitoria: videndū eſt in ſillogiſmis. ⁊ ſic pꝫ ſolutio ad octauū argumentum.

Corrolariū.

¶ Nono ſic arguitur. ſi regula eſſet vera ſequereſ ꝙ hec ꝓpō eſſet vera chimera ſi nō eſt chimera eſt ſortes ſi eſt ſortes cōſequēs eſt falſum: ergo ⁊ añs. ſequela pꝫ ꝑ veritatem ſue cōditionalis ⁊ minor pꝫ nulla deſcēdens eius ſub ꝑdicato eſt vera. ergo ipſa eſt falſa. añs patet. nā quicquid demonſtretur hec eſt falſa chimera ſi non eſt chimera eſt iſte ſortes ſi eſt ſortes cū ſubiecto repugnet ex pte ſue ſignificationis ſupponere ꝑ demōſtrato. igiſ. ¶ Pro ſolutione argumēti nota ꝙ aliquod eſt cōditionatum ſupponens pro re poſſibili: ⁊ pro re imaginabili: vt quodlibet conditionatū primi ordinis. aliud eſt conditionatum ſupponens preciſe pro re poſſibili: vt pꝫ de iſto ens ſi non pōt eſſe ens ſupponit eñi pro qualibet re poſſibili. nam quacūꝗ re poſſibili demōſtrata hec eſt vera hoc eſt ens ſi nō pōt eſſe ens: quia cōditionalis eius eſt vera: puta ſi hoc nō pōt eſſe ens hoc eſt ens: qꝛ añs eſt impoſſibile ⁊ nō ſupponit chimera: qꝛ hec eſt falſa chimera eſt ens ſi nō pōt eſſe ens vt pꝫ per ſuā ꝯditionalē. igiſ. Aliqđ eſt cōditionatum ſupponēs ꝑ re imaginabili vt nō ens ſi eſt ens vt: illa negatio nō cadat in ꝑmā partē cōditionati. Probatio pꝫ intuēti. Aliquod eſt conditionatū ſupponēs preciſe pro deo vt ſi nō pōt eſſe deus. Aliquod eſt cōditionatū ſupponēs ꝑciſe ꝑ creatura vt creatura ſi nō pōt eſſe creatura ⁊ ſic poteſt ponere exēpla ꝙ aliquod eſt cōditionatū ſupponēs ꝑ ſorte ꝑciſe: vt ſortes ſi nō pōt eſſe ſortes. et aliquod ꝑciſe pro platone vt plato ſi nō poteſt eſſe plato. Rurſus aliquod eſt conditionatum quod ꝑ nullo ſupponit: vt chimera ſi non eſt chimera nō ſupponit ꝑ re poſſibili nec pro re imaginabili.

Diuerſe cōditionatorū ſuppoſitiones.

¶ Tunc ad argumentū rñdet

ꝙ iſta eſt falſa chimera ſi nō eſt chimera eſt ſortes ſi eſt ſortes. ⁊ ad ꝓbationē dicatur negādo ꝯ ſuppoſitū: nullam enim hꝫ conditionalē ⁊ ratio eſt: qꝛ ſubiectū eius pro nullo poteſt accipi qđ requirit ad dandā ſuam conditionalē cū ſubiectū añtis ⁊ ꝯñtis cōditionalis debet eē pnomē demōſtratiuū demonſtrans ſignificatū pro quo accipit ſubiectum ꝓpōnis de cōditionato predicato. ❡ De ꝓpoſitionibus modalibus de cōditionatis extremis videbit in modalibus de modo aūt ſyllogiſādi ⁊ deſcendendi videbit in ſyllogiſmis ⁊ paruis logicalibus que parua ſunt nō ratione contentoꝝ. ſꝫ ꝓpter paruitatem magnitudinis libri. Rurſus ſciendum eſt ꝙ opinio magiſtri Johannis buridani fuit ꝙ cōditionatū aliqđ nō ſupponit niſi ꝓ illo quod ſupponit aggregatum ex termino precedente ly ſi ⁊ ſequente et iſto termino exiſtēs verbi cauſa hoc totū ſortes tm̄ pro ſorte ſupponit: qꝛ iſte termin' ſortes exiſtens ſortes tm̄ ſupponit pro ſorte. Alioꝝ3 que fuit opinio ꝙ ad veritatē talis ꝓpoſitiōis requiritur ꝙ reducatur mō quo diximꝰ ad vnā conditionalē verā. ſꝫ hoc nō ſufficit: ſꝫ cū hoc requirit vtrūꝗ extremū ſupponere pro eodē: ⁊ ſic negaretur iſta antixꝑs eſt ſortes ſi ē ſortes. ❡ Alia fuit opinio dicens ꝙ ad veritatem talis ꝓpōnis requirit ſubiectū et predicatum ſupponere pro eodem ⁊ ꝙ reducatur ad vnā conditionalem verā: ſed non ſꝫ mō ꝓdicto. ❡ Pro cuius declaratione nota vt vtar terminis coꝝ ꝙ terminus ſequens ly ſi vocat terminus inferens et termin' precedens ly ſi vocat termin' illatus et aliud extremū terminus concurrens. verbi cauſa ſortes eſt hō ſi eſt animal. iſte terminus animal eſt terminus inferens iſte terminus hō terminus illatus iſte terminus ſortes eſt terminus cōcurrēs. Aliquando autem verbo cōditionati reddit ſuppoſitū terminus cōcurrēs. Aliquādo terminus illatus ⁊ ſm̄ hoc habebit aliam ⁊ aliā cōditionalem verbi cauſa in iſta ſortes eſt homo ſi ē aīal ſi huic verbo ē qđ ē pars cōditionati reddat ſuppoſitum iſte termin' ſortes conditionalis eius eſt dāda mō quo diximus ſi ſortes eſt aīal ſortes eſt hō: ſi aūt termin' illatus: puta iſte terminus hō habebit iſtā cōditionalē3 ſortes eſt hō ſi hō ē aīal: ⁊ ſic in primo ſenſu eſt vera ⁊ ſcđa falſa. Ratio huiꝰ quā adducit vt ipſe dicit: eſt modus concipiendi ⁊ vna parua grāmatica ſumpta hac propoſitiōe gabriel eſt ſue partes ſi ſunt vnite. Querit de ſuppoſito huiꝰ verbi ſunt et cū nō pōt eſſe iſte terminus gabriel: qꝛ tūc ſuppoſitū ⁊ a ꝓpoſitū nō cōuenirent in quibꝰ debēt cōuenire. et ſic ſequit ꝙ erit iſte termin' ſue partes. ⁊ ſic ꝯditionalis illius nō erit iſta. Si gabriel eſt pres vnite gabriel eſt ſue partes: qꝛ varias ꝟbū cōditionati in antecedente conditionali et oportebat eā ſeruare ⁊ ꝙ haberet idem ſuppoſitū in conditionali et conditionato. et ſic oportet ꝙ hec ſit ſua ꝯditionalis gabriel ē ſue partes ſi ipſe ſunt vnite. Et ꝯfirmatur hoc per cōem modū concipiendi per iſtā3 gabriel eſt ſue partes ſi ſunt vnite concipitur ꝙ gabriel eſt ſue partes ſi ipſe partes ſunt vnite. ❡ Quarto aūt cōditionatū ponitur a parte ſubiecti ſemper terminus illatus reddit ſuppoſitū ꝟbo cōditionati vt ſortes ſi eſt ſortes eſt hō ſuppoſitū verbi cōditionati eſt iſte terminus ſortes. ❡ Ceterū aduerte ꝙ duplex ē cōditionatū quoddā cōpletū ⁊ quoddā incōpletū. Incompletū eſt qđ non eſt explicatum quid eſt ſuppoſitum verbi conditionati vt predicatū huius ſortes eſt homo ſi eſt homo. Completum eſt qđ eſt explicatū quid eſt ſuppoſitū verbi conditionati: vt ꝓdicatum huius. ſortes eſt hō ſi hō eſt homo que cathegorica ē ſi hoc verbū eſt in pmo loco capiatur pro copula principali ⁊ hoc totum predicatū homo ſi homo eſt homo ⁊ ad dādam cōditinoalē eiꝰ oportet primo explicare qđ eſt ſuppoſitum verbi conditionati terminis ſeruatis in propria forma. ⁊ ſi terminus ꝯcurrens fuerit diſcretus conditionalis eius erit ipſamet ꝓpoſitio in qua eſt explicatum ſuppoſitū conditionati capiendo ly ſi pro copula principali. Si aūt terminus concurrens fuerit cōmunis fiat primo talis explicatio ⁊ poſtea loco termini cōcurrentis cape pronomen demonſtratiuū ⁊ ly ſi pro copula principali et talis ꝓpoſitio eſt ſua cōditionalis hoc declaratur. ſortes eſt homo ſi eſt aīal. Si iſte termin' ſortes ſit ſuppoſitū ꝟbi cōditionati explicetur hoc ſic ſi ſortes eſt hō ſor. ē animal et hec ꝓpoſitio eſt conditionalis huius ſortes eſt homo ſi ē animal capiendo ly ſi ꝓ copula principali. Similiter album eſt album ſi ē coloratū ſi iſte terminus albū in primo loco reddat ſuppoſitū verbo conditionati explicet hoc ſic. Albū eſt albū ſi albū eſt coloratū ⁊ tolle iſtū terminū albū a parte ſubiecti et loco eius pone hoc pronomē hoc ſic dicēdo hoc eſt albū ſi albū eſt coloratū ⁊ illa ꝯditionalis alteriꝰ videlꝫ huiꝰ album eſt albū ſi eſt coloratū. ❡ Ex quo infertur ꝙ predicatū iſtius album ē albū ſi ē coloratum pro nullo ſupponit: qꝛ conditionatū cōpletum: puta albū ſi albū eſt coloratū ꝓ nullo ſupponit. Exemplū quādo termin' illatus reddit ſuppoſitū verbo cōditionati: vt ſortes eſt aīal ſi eſt rationale cuius cōditionalis eſt. ſortes ē aīal ſi aīal eſt rōnale que eſt impoſſibilis. Ex quo ꝑ ꝙ hec eſt vera hoc albū eſt album ſi eſt nigrū ſi terminus cōcurrens reddat ſuppoſitū verbo cōditionati ⁊ ſenſus eius eſt hoc album ē albū ſi hoc albū eſt nigrum cuius cōditionalis ē hoc eſt albū ſi hoc albū eſt nigrū ſi terminus illatꝰ reddat ſuppoſitū verbo cōditionati falſa eſt admiuus ſupnaturaliter: qꝛ ſenſus eius eſt hoc albū ſi hoc album eſt nigrū. ❡ Secūdo ſequit ꝙ hec eſt falſa homo ſi ē homo ē animal. ❡ Tertio ſequit ꝙ hec eſt vera iſte hō ſi ē hō eſt aīal. Corrolaria patent ex dictis. Hec opinio eſt nimis inſipida ⁊ contēdit de termino de fundamēto eius vereoꝛ loqui: ſed quia poſitū eſt in medium ad ipm rñdebo. Nō opꝫ ꝙ in cōditionali termin' ꝙ erat ſuppoſitū ꝟbi ꝯditionati ſit eiꝰ ſuppoſitū neq ipſe ſciret oppoſitū ꝓbare. Ad aliū ꝙ dicit de cōi mō ꝯcipiēdi mirādū eſt quō aſſerit oēs ſic cōcipe ex eo ꝙ ipſe ſic cōcipit niſi vellet tenere modū maledicti ⁊ ſpurciſſimi Auerrois cōmentatoris tertio de aīa de vnitate intellectꝰ omniū hominū qđ tamen non credo. Nam ſicut dicit doctoꝛ ſubtilis in quarto ſentētiarū in materia de reſurrectione modus mali heretici auerrois nō ſolum eſt contra fidem orthodoxam: ſed etiam contra omnes de natura bene ſentientes. Et ſic argumentum a ſimili claudicat vno pede argumentum a communi modo concipiendi claudicat vtroꝗ et non aliud pro ſuo fundamento. Opinionem immediate precedentem tenēs tetigit hanc opinionem et dimiſit eā tanꝗ inanē et vacuam. Prima opinio Buridani nullam diffacultatem habet. Et ꝯtra ſecūdam pauciſſima

argumēta currunt. Jdeo volui tenere quam in principio poſuimus: q͛ minus difficilis eſt non ad intelligendū: ſed ad bene defendēdum, vt argumēta ꝙ fecimus cōtra eā oſtendūt. ¶ Et ſic ē finis hui⁹ capli de cōditionalib⁹ in quo fecimus qđ in pͥncipio ꝓmiſſum fuit. Jſta autē materia de ꝯditionalib⁹ iterū tangit̄ in ſummulis.

¶ Telos.

¶ Magiſtri Antonij coronel ad ſuos diſcipl'os exhortatio.

Um vos dilectiſſimi iuuenes litterarū bonarū ſtudioſiſſimos eſſe cōſpicerē: tractatū de ꝯſequētijs nōnullas inſuper difficultates dialecticas in vnū volumē redactas dignū duxi cōſcribere. Sed venit in mentē magiſtrū Johānē maioris ꝑceptorē mihi ſemꝑ obſeruādiſſimum quēdā tractatū de cōſequētijs inchoaſſe nōdum tamē illi: ob maiores curas quib⁹ eū prepeditū eſſe cōſpicis finē impoſuiſſe. qua de re ipm ſupplex adij rogaturus. vtpote copiā exēplaris illi⁹ qđ iā diu cū tineis rixabat̄ mihi dignaret̄ concedere: qui etiā petitioni mee ꝑlibens annuit: et q͛ regulas generales deinde ꝛ ſpeciales ſiue impugnatiōib⁹ dūtaxat cōſcripſit: volui impugnatiōes q̄ſdā: licꝫ ſtilus me⁹ oīno diſpar ſit primo: ſupaddere vos igit̄ iuuenes hūc libellū ꝑ manibus habere: nā (ni me fallat opinio) eo mediāte facile ābages ſophiſticas enodare poteritis.

¶ Jncipiunt parua logicalia magiſtri Johannis maioris.

Arua logicalia incipiunt que ſex tractat⁹ cōtinent ſcilꝫ tractatū ſuppoſitionū. ampliationuꝫ, reſtrictionū. tractatū de ſtatu, appellationū. ꝛ alienationum. ꝛ iſti tractatus ſunt ꝑtes veteris logice quare tractatus ꝯſitiarum et exponſibiliū inter hos nō enumerētur q͛ ſunt ꝑtes noue logice: q͛ integre cōſequētie ab exponētibus ad exponibilē ꝛ ecōuerſo ſi in eis de ꝓpōnib⁹ determinet̄ hoc ē ꝓpt habitudinē ꝯſitiarū: etiā ꝓpōnes cōpoſitores ſunt ſuppoſitioni ampliatiōi ꝛ cetera q̄re ſex ſunt tractatus ꝛ nō ab re ſex numer⁹ ſenari⁹ eſt ꝑfectus hoc ꝑtꝫ. q͛ oēs ſue ꝑtes aliquote ſimul iūcte reddunt ipm totū, adequate tres ſolū ꝑtes aliquotas hꝫ. ſ. vnitatē duo ꝛ tria ſexies vnum ſunt ſex ter duo bis tria ſex ſunt. nō ſunt duodecim tractatus q͛ tūc numer⁹ fuiſſet ſuꝑfluus: q͛ omnes ꝑtes aliquote de duodecim, duodecim tranſcendunt hoc ꝑtꝫ. ſi iunxeris ſex quattuor tria duo ꝛ vnū nec d͛. iiij. vel octo: q͛ tunc numerus fuiſſet diminut⁹ vt patet ex ꝑtib⁹ aliquotis eius. ꝓpterea ſex ſunt ꝙ numerus oſtēſus eſt ꝑfectus arithmetice ꝓcedā. hoc ſignificat̄ ꝙ habet hos ſex tractatus perfect⁹ logicus euadet. multa poſſunt dici de numero ſenario. vt deꝰ creauit oīa ſex dieb⁹ et ſeptimo q̄euit. geneſeos capite primo ſed hec miſſa faciam⁹ ſic ꝙ in his ſex tractatib⁹ inſudauerit ſeptimo die q̄ſcere pōt hoc eſt nō opus eſt vlteriori ſtudio ꝓ magnorū logicaliū fundamēto in his ergo ſummopere labore euitandū eſt ꝑmiſſo torpore et ocio. Scđo illā triuū ſenece ocium ſine litteris mors ē viui hoīs ſepultura ꝛ hec de illis. — *Seneca.* — *Ociū ſine lrīs mors eſt et viui hoīs ſepultura.*

¶ Suppoſitio capit̄ duob⁹ modis. Uno mō prime intētionalr̄. ꝛ hoc triplr̄. Actiue paſſiue ꝛ abſtractiue. ¶ Alio mō ſcđe intētionaliter ꝛ hoc dupliciter. vno mō cōuenit ꝓpōnib⁹. ꝛ tūc tm̄ valet ſicut ꝓpō ferme euidens ſicut dicimus cōiter arguēdo ſuppono tecū talē ꝓpoſitionē. Alio mō cōuenit termin⁹ ꝛ hoc tripharià diuim⁹ ſaltē in obliquo relatiuū ſuppoſitionis: ꝛ relatiuū ſuppoſitiōis. — *Bipartita ſuppōnis acceptio.* — Scđo mō capit̄ grāmaticaliter vt tm̄ valet ſicut poſſe reddere ſuppoſitū verbo ꝛ ſic cepit alexāder qn̄ dixit Uult intrāſitio recta ſupponere ꝟbo De ꝑſonali. et reliqua et oēs iſte acceptiones ſunt aliene ꝓpoſito. — *Alexāder.* — Tertio mō capit̄ in ꝑſentiarū. ꝛ ſic diffinit̄ ſuppoſitio ē terminus in ꝓpōne extētis verificabilis de ꝓnole demōſtrāte vel noīe ſignificāte rem quā ſignificat mediāte copula ꝓpōnis in qua ponit̄ terminus vel mediāte vna ſimili in ꝙ termini ſilr̄ accipiūtur q̄tū ad ꝓprietates logicales diffinitū ꝓpinquū hui⁹ diffinitiōis eſt ly ſuppoſitio ſeu vocalis ſiue mētalis ſiue ſcript⁹ ꝛ q̄libet termin⁹ ſupponens diffinitū remotū: ꝛ ſic iſte termin⁹ ſuppoſitio eſt diffinitū remotū. termin⁹ eſt gen⁹. omis ſuppoſitio ē termin⁹ ſed nō ꝯuertitur an terminus ſit q̄dditatiue ſupius parū cōducit ad ꝓpoſitum: reliqne ꝑticule ponitur loco differētie d͛ exiſtēs in ꝓpōne: q͛ termin⁹ extra ꝓpōnem nō ſupponit: licet in textu Petrus hyſpan⁹ dicat oppoſitū ſed in hoc difficultas ſtat ad nomē ſolū. — *Suppoſitionis diffinitio.* — *Diffinitionis declaratio.* — *Petr⁹ hyſpanus.* — Poſſumus equiuocare de termino facere eū cōuenire cū cōiter loquētib⁹ ꝙ ſuppoſitio capit̄ ꝓpe ꝛ improprie ſed in hoc nō eſt magna vis. Dr̄ verificabilis de ꝓnole demōſtrante q͛ qn̄ dubitatur de aliquo termino an ſupponat videam⁹ rē quā ſignificat ponēdo ꝓnomē a parte ſubiecti ꝛ ſi ꝓpō ſit vera in qua ꝑdicatur termin⁹ datus de ꝓnole talis termin⁹ ſupponit. vt hō eſt aſin⁹. ibi hō ꝑ ſorte ſupponit demōſtrato ſorte hec ē ꝟa hoc ē hō. Et ex illo ꝑꝫ ꝙ hō nō ſupponit ꝑ aſino mediāte tali copula. — *Correlarium.* — Scđo ſeq̄tur ꝙ termini adeo bn̄ ſupponūt in negatiuis ſicut in affirmatiuis ꝉ ꝓpōnibus falſis ſicut in veris ꝓpſs ē ꝓplus ſic ſtat verificatio hec ſunt ꝓpls mutet̄ copula de numero in numerū dūmō cetera maneant paria. ꝛ ſi teneat̄ ꝙ ens d͛ analogice de ſubſtātia ꝛ accidente tūc ſubiectū hui⁹ ſupponit albedo eſt color et ſic erit verificatio hec albedo ē albedo potes ire ad reſtrictionē hoc ē albedo dicēdo ꝙ ꝑdicatum reſtringit ſubiectū ꝛ ſi termin⁹ ſupponēs fuerit obliquus verificet̄ in recto eiuſdē numeri vt hoīm aſini currūt hominū ſupponit ꝛ ſic verificat̄ hec ſunt hoīes et aſini ꝟificabit̄ reſtricte ſic hic ſunt hoīm aſini. Et ſi termin⁹ ille non habeat rectū fingat̄ rect⁹ vel capiat̄ termin⁹ ſynonim⁹ cū illo recto ſi eēt quēadmodū contingit de noīb⁹ etheroclitis. De nece deꝫ ꝑce ꝛc. nece ſupponit et ſic verificat̄ hoc ē mors vel hoc ē nex ꝑ artem lꝫ nex nō ſit in vſu. Dictū eſt mediāte copula ſue ꝓpōnis vel ſilī q͛ terminū verificari nō req̄rit̄ ꝙ verificet̄ mediāte copula ſue ꝓpōnis. Sed ſufficit mediāte vna alia ꝉ qua termini tenent̄ ſicut in illa propoſitione ſubiectum huius adā eſt mortuus ſupponit et ſic verificatur ꝙ fuit adam vel ſic hoc eſt vel fuit adam: quia adam in prima ſtetit pro preſenti ſub diſiunctione ad preteritum Eodem modo de ſubiecto huius dicatur creans neceſſario eſt deus vbi creans ſupponit. ꝛ ſic verificatur hoc poſſibiliter eſt creans. — *Aduerte.*

¶ Cōtra litterā arguit̃ ſic poſi
to ꝙ hō a parte ſubiecti ſignificet ſicut nūc ſigt̃
et a pte ꝑdicati aſinū tunc ſubiectū hui⁹ homo ē
aīal ſupponit ꝑ hoīe et nō verificat̃ de ꝓnoīe de
mōſtrante hoīem ſorte demōſtrato hec eſt falſa
hoc eſt hō cū ibi hō pro aſino accipiat̃. Forte di
cis ſic verificatur hoc eſt a poſito ꝙ a ſit ſynoni
mū cum iſto termino hō a pte ſubiecti.

¶ Cōtra hoc arguit̃ ponendo
in caſu argumenti ꝙ hō ſignificet a pte ſubiecti
ſicut nunc ſignificat ⁊ a parte ꝑdicati aſinū cum
quolibet ſinonimo eius.

¶ Rñdet̃ admiſſo caſu ꝙ diffi
nitio intelligit̃ dūmō termini talē habeāt ſigni
ficationē a pte ꝑdicati qualē hñt a pte ſubiecti.
Scdo arguit̃ ſubiecta harū propoſitionū ſuppo
nūt hō eſt pict⁹ hō eſt dictio diſſyllaba et tamen
nō ſunt verificabilia de ꝓnoīe demonſtrante ⁊c.
demōſtrato iſto termino homo hec eſt falſa hoc
eſt homo ſimiliter demonſtrata imagine huma
na falſum eſt dicere hoc eſt homo.

¶ Rñdetur cōcedenda ꝙ ſub
iecta harū ſupponāt ſed nō hñ verificatur opor
tet videre ꝓ quo termin⁹ ſupponit ⁊ in verifica
tione accipere illū eodē mō vt in iſta hō ē dictio
diſſyllaba ſubiectū materialr̃ acapit̃ pro iſto ter
mino hō opꝫ ſic verificare hoc eſt iy homo vel iy
hō eſt iſte terminus hō in ſcda oporet dicere de
mōſtrata imagine hūana hoc eſt hō pictus. Et
eodē mō hic ꝗlibet hō eſt currens opꝫ dicere hoc
eſt aliquis hō non ſufficit dicere hoc eſt hō: q͛ ſi
ſic ꝓ berta ſupponeret ꝙ eſt falſum.

¶ Tertio ar̃. termini ſuppo
nunt in hypotheticis ⁊ tñ nō oporet verificari
mediāte copula hypotheticali ergo termin⁹ nō
eſt verificabilis mediāte copula ſue ꝓpōnis. for
te dicis ſicut dicēdū eſt ꝗlibet hypothetica ex ca
thegoricis cōponit̃ ⁊ in verificādo opꝫ capere co
pulam ꝓpinquam ſcꝫ cathegoricalem.

¶ Cōtra hoc ar̃ data hac cōdi
tionali ſi aſin⁹ volaret aſin⁹ haberet alas tūc aſi
nus nō ſupponeret forte dicis ſicut dicēdū eſt ex
quo ibi ſunt complexa ꝓportionabilia opꝫ veri
ficare per copulam de indicatiuo.

¶ Contra hoc ar̃. aliqui ſunt
termini qui nō poſſunt verificari ꝑ copulam de
indicatiuo ꝑꝫ de ſubiecto huius omne aīal pter
ſortē currit: iſta nō eſt ꝓpria hoc eſt aīal pter ſor
tem ꝑꝫ ex exponibilibus ſilr̃ tenēdo ꝟba adiecti
ua incōplexa ſubiectū hui⁹ ſupponit homo cur
rit ⁊ nō pōt verificari mediāte copula ſue ꝓpoſi
tionis dicēdo hoc currit hō. Rñdet̃ ꝙ ſubiectum
hui⁹ exceptiue ſupponit et ſic fiet verificatio. h̃ ē
aīal aliud a ſorte ad aliud ꝙ tāgit̃ de ꝟbo adie
ctiuo dr̃ ꝙ opꝫ capere hoc ꝟbū ē quēadmodū cō
uertēdo tales nō q͛ copula illius ꝓpōnis ſed ver
bum adiectiuū eſt reſolubile in ſūm ⁊ ſuū parti
cipiū ꝑ equiualentiam in cōſequendo.

¶ Quarto arguit̃ volo ꝙ vn⁹
lapis in angulo nō demōſtretur. iam ſubiectum
huius ſupponit nō demonſtratū eſt in angulo ⁊
tamē ſubiectū nō eſt verificabile de ꝓnoīe demō
ſtrante iſta eſt falſa hoc eſt nō demōſtratū: q͛ ſi
nihil demonſtro notū eſt ⁊ ſi aliquid iam illud ē
demonſtratum. Reſpondetur ꝙ nō poteſt verifi
cari de pronomine demōſtrante ſed verificatur
de nomine adequate ſignificante dicendo lapis
eſt nō demōſtratus ⁊ hoc hoc ſufficit.

¶ Cōtra hoc ar̃ ſubiectū hui⁹
ſupponit non demōſtratū et nō adequate ſigni
ficatum eſt in ꝓfundo maris: et tamē non ē ve
rificabile de pronomine demōſtrante vel nomi
ne adequate ſignificāte: igitur ꝑmiſſe patēt po
ſito ꝙ deus creet aliꝗd de nouo cui nō imponat̃
nomen adequate ſignificās nec illud demōſtret̃
iſta eſt falſa hoc eſt nō demōſtratū ⁊ nō adequa
te ſignificatū. nec habes nomen adequate ſigni
ficans igitur. Reſpondetur ꝙ ſufficit capere no
men adequate ſignificās dicendo ſic aliquid eſt
non demonſtratū ⁊ non adequate ſignificatum
vel ſubſtantia eſt nō demonſtrata ⁊c.

¶ Contra hoc ar̃. q͛ tunc iſte
terminus logicus ſupponeret pro ſerpēte vel la
pide cōſequens eſt falſum. ergo ⁊ añcedens ꝓba
tur conſequētia: q͛ logicus verificatur de nomi
ne inadequate ſignificante ſerpentē iſta eſt vera
animal eſt logicus: vbi animal ſerpentē ſignifi
cat. ſimiliter hec ē vera ſubſtātia eſt logicus vbi
ſubſtantia lapidē ſignificat. ¶ Reſpōdet̃ negā
do ꝙ logicus pro ſerpente vel lapide ſupponit: ⁊
cōceditur ꝙ verificatur de nominibus inadeq̄te
lapidē et ſerpentē ſignificantib⁹ verificationes
illarum propoſitionū nō ſunt pro ſerpēte vel la
pide ſed ꝓ alijs rebus. ſecus erat in illo caſu ali
quid eſt nō demōſtratū ⁊ nō adequate ſignifica
tū poteſt etiaꝫ dici ꝙ illa pticula verificabilis de
ꝓnoīe demonſtrante intelligit̃ dūmodo nō ē re
pugnantia verificatiōis. Tertio dr̃ ꝙ ſufficit ve
rificatio eiuſdē de eodem dicēdo nō demōſtratū
et nō adequate ſignificatum eſt nō demōſtratū
et nō adequate ſignificatum.

¶ Cōtra hoc arguitur. capio
hoc aggregatū nō demōſtratū ⁊ nō ſignificatū ē
in ꝓfundo maris ⁊ volo ꝙ de⁹ creet aliꝗd de no
uo ꝙ nō demonſtretur. volo pariter ꝙ nō ſigni
ficetur ꝙ nullū ſit tranſcēdens in mūdo caſus vi
det̃ poſſibilis: tūc ſic illud aggregatū ſupponit ⁊
nullo iſtoꝝ modoꝝ eſt verificabile ergo ſolutio
nes nō ſufficiūt. ¶ Ad ſumptū arguit̃ ꝗrēdo de
ꝟificatione ſi dicas verificat̃ idem de eodē. iam
iſte termin⁹ rem illā ſignificat poſtꝙ̄ pro ea ſup
ponit. ¶ Reſpōdet̃ ꝙ caſus ē impoſſibilis poſto
ꝙ̄ ibi ſunt duo termini infiniti ponit nullū trā
ſcēdens eſſe ꝗ nō ſimul ſtāt nō ſignificatū quālī
bet rem ſigt̃ immo ⁊ nō demonſtratū.

¶ Quinto arguit̃ iſte termin⁹
homo ſupponit pro ſorte et tamē nō eſt verifica
bilis de ſorte ꝙ probatur: detur oppoſitū tūc ꝟe
⁊ affirmatiue predicat̃ de ſorte et per conſequēs
ſortes ad extra ſubijcitur reſpectu illi⁹ termini.
¶ Reſpondetur quādo dicimus homo verificat̃
de ſorte capitur loco huius hō verificatur de pro
nomine demōſtrante ſortem vel verificatur pro
ſorte. Contra illū ſenſum arguit̃ ſic ꝑ ſubiectuꝫ
hui⁹ terminus nō ſupponens eſt ſupponēs poſi
to ꝙ illa ſola ſit ſubiectū illi⁹ ſupponit: ⁊ tñ nō ē
verificabile de ꝓnoīe demōſtrāte. Forte dicis ꝙ
immo de copula veꝝ eſt dicere hoc ē termin⁹ nō
ſupponēs hoc non ſoluit q͛ dicā extremum non

ſuppõẽs eſt extremũ ſupponẽs vł illõ ſubiectũ ſupponit vel ipſemet vel nõ. ſi ſic tũc hec verificatio ſufficiet hoc eſt extremũ nõ ſupponẽs ⁊ ſi iſta ſit vera hoc eſt extremũ nõ ſupponẽs ꝗ ita eſt ſicut ipſa ſignificat: ſed ipſa ſignificat ꝙ hoc eſt extremũ nõ ſupponẽs. ⁊ ita eſt ꝑ te. ergo ſubiectũ nõ ſupponit. Forte dicis ꝙ non ſupponit.

¶ Cõtra hoc arguit̃ verificat̃ de pnõie demonſtrante rẽ quã ſignificat iſta eſt extremũ nõ ſupponẽs qꝛ iſta eſt ꝑ te. ¶ Reſpondet̃ ꝙ latet ſophiſma in ꝓpõne ꝓpoſita. ⁊ prio dĩ ꝙ ſubiectũ ſupponit ⁊ non verificat̃ de ꝓnõie demonſtrãte: ſed de ſuo ſynonimo hec eſt vera extremũ nõ ſupponẽs eſt extremũ nõ ſupponẽs Forte dicis repugno caſui poſtꝙ̃ pono plures ꝓpoſitiones hoc nihil eſt nõ curo de multitudine ꝓpõnum mõ remaneat difficultas principalis. ¶ Cõtra ſolutionẽ arguit̃. Sequeret̃ ꝙ iſte terminus chimera ſupponeret mediãte copula de ꝑſenti ſeclusa ampliatione. ꝯñs eſt falſum ꝓbat̃ ꝯña qꝛ licet nõ verificet̃ de ꝓnõie demõſtrante ꝑdicat̃ vere de eodẽ. vt pꝫ hic. nõ nĩhi chimera nõ eſt chimera: ſed forte ibi dicis ⁊ bñ ꝙ nõ eſt mere affirmatiua ſed in pregnãte. ¶ Cõtra iſta eſt vera ꝑte extremũ nõ ſupponẽs eſt extremũ non ſupponẽs ergo ita eſt ſicut iſta ſignificat ꝑ illã ſignificat̃ ꝙ extremũ nõ ſupponẽs ⁊ quodlꝫ aliud extremũ ſupponit ergo extrema eiꝰ nõ ſupponũt. Reſpondet̃ ꝙ ſubiectũ huius nõ ſupponit ⁊ cõcedit̃ ꝙ eſt verificabile de ꝓnomine demõſtrãte rẽ quã ſignificat ſed hoc non ſufficit. qꝛ cũ hoc requirit̃ ꝙ ad talẽ verificationẽ nõ requirit̃ talẽ terminũ nõ ſupponere. cuiꝰ oppoſitũ in ꝓpoſito cõtingit. Ex iſto pꝫ ꝙ duo copulatiue requirunt̃ ad hoc ꝙ talis terminꝰ ſupponat: pꝫ ex dictis.
Corrolaria. ¶ Scõo ſequit̃ ꝙ verificabile de ꝓnomine demonſtrante vel nomine ſignificãte nõ. eſt paſſio huius termini ſuppoſitio. Sed hoc totũ verificabile ad cuius verificationẽ nõ ſequit̃ terminũ nõ ſupponere eſt paſſio ſuppoſitionis. Et cũ hic loquit̃ de demonſtratione. Notãdũ eſt ꝙ duplex eſt demonſtratio. quedã ad ſenſum qua de-
Duplex demõſtratõ monſtrat̃ res ſenſibilis vt hõ bos. Alia eſt demõſtratio ad intellectũ ⁊ eſt quando nõ demonſtratur res cadens ſub obiecto ſenſus: ſed ſolum intellectus vt anima angelus.

¶ Sexto arguit̃ ſubiecta harũ ſupponũt hoc eſt animal. lupus eſt in fabula vos eſtis bonus demonſtrãdo vnũ ſolũ chimera eſt vel nõ eſt creans neceſſario eſt deus idem pater de ꝑdicato huius antixp̃s eſt generandus ⁊ talia non ſunt verificabilia de ꝓnomine demõſtrante vel nomine ⁊c. Cõcedit̃ ꝙ omnes iſti termini ſupponunt niſi ſubiectum huius chimera eſt vel non eſt. ſubiectũ prime verificatur. ſic hoc eſt hoc ſubiectum ſecunde ſic hoc eſt lupus in fabula vel hoc eſt reſerator ſecreti ſubiectũ tertie ſic verificat̃ hoc eſt vos vel vos eſtis vos demonſtrato vno ſolo vtimur plurali reuerẽtie cauſa.
Nota. Et ſi dicas quare hoc nõ ſeruat̃ deo. Rñdet̃ ꝙ cõſuetudo vẽdicat ſiue ſit barbarũ ſiue nõ hoc ſufficit logico. Syluis nõ admittit tales vos eſtis boni de vno ſolo loquẽdo ⁊ lꝫ hec ſit vera hoc eſt vel nõ eſt chimera hoc nõ ſufficit. qꝛ adeũte non capit̃ copula ꝓpõnis negatio delẽda eſt ⁊ vbilitera inſolubiliũ ſonat oppoſitũ ibi error eſt impreſſoris ſubiectũ iſtiꝰ creãs neceſſario eſt deꝰ ſic verificat̃ hoc poſſibiliter eſt creans ⁊ ſimiliter ꝑdicatũ huius ſupponit deus neceſſario eſt creãs Ex eodẽ mõ verificat̃ de hoc eſt dictũ in modalibus: ſed ꝑdicatum huius antixp̃s eſt generãdus ſupponit ꝓ antixp̃o qui nõdũ eſt. Et ſic aliquis terminus nõ ampliatus ſupponit pro re ꝗ non eſt mediãte copula de preſenti nec hoc inconuenit qñ terminus de ſe eſt ampliatiuus hoc in relatiuis clare contingit quando ſuppoſitio eſt dependens vt antichriſtus erit ⁊ ipſe non eſt.

¶ Septimo arguit̃ qꝛ ꝑ diffinitionẽ pater in diuinis ſupponeret ꝓ filio cõſequẽs eſt falſum ergo ⁊ añs. ꝓbatur ꝯña: qꝛ demonſtrato filio hec eſt vera hoc eſt pater bene ſequitur hec eſſentia diuina eſt pater ergo hoc ens eſt pater. Similiter ſequeret̃ ꝙ ly omnem equũ nõ ſupponeret in iſta ſortes videt omnem equũ poſito ꝙ ſint ſolũ quattuor equi in mũdo viſi a ſorte ꝯñs eſt falſum: qꝛ totũ predicatũ ſupponit: ergo determinatio. Reſpõdet̃ negãdo ꝙ pater ſupponat ꝓ filio ſi incõplete ꝑticulariset̃ ⁊ nõ ſufficit iſta verificatio hoc eſt pater demonſtrato filio ſed oportet ſic verificare hic filius eſt pater. Si ſubiectũ cõplete particulariset̃ prima verificatio ſufficit. Ad aliõ ꝯcedit̃ ꝙ omnẽ equũ nõ ſupponit: qꝛ de nullo nec aliquibus eſt verificabile. ſed totum ꝑdicatum ſupponit de hoc dictum eſt in oppoſitionibus.

¶ Octauo arguitur ꝓbãdo ꝙ terminus ſupponat extra propoſitionem. Arguit̃ ſic. terminus ſupponit extra hanc ꝓpoſitionẽ ſortes currit: ergo terminus ſupponit extra propoſitionẽ ab inferiori ad ſuperius ſimiliter terminus ſupponit extra omnem ꝓpõnem ergo terminus ſupponit extra aliquã ꝓpoſitionem. Item dicendo omnis homo albus ⁊ hõ albus homo albus aliter capitur in prima ꝙ̃ in ſcõa ⁊ nõ niſi diſtributiue ergo diſtribuit̃ extra ꝓpoſitionẽ ⁊ ꝑ ꝯſequẽs ſupponit extra ꝓpõnẽ.

¶ Reſpõdet̃ negãdo primã cõſequentiam qui arguitur ab inferiori ad ſuperius et hoc cum diſtributione ſuꝑioris extra diſtribuit ſecunda conſequentia nihil valet. quia arguitur a non diſtributo ad diſtributum ſiat ꝓpoſitionem determinate in hac terminus ſupponit extra omnem propoſitionẽ Ad illud qõ tangitur de oĩs hõ albus ⁊ homo albus: nego ꝙ homo albus aliter accipiatur in illis duabus et nego ꝙ in vna diſtribuatur. Etiam nõ ſequitur diſtribuitur ergo ſupponit.

¶ Nono arguit̃ ad idẽ. terminus ſupponit extra hanc ⁊ terminus ſupponit extra hanc ꝓpõnẽ plato diſputat ⁊ ſic de ſingulis. ergo terminus ſupponit extra ꝓpoſitionẽ ꝯña tenet ꝑ aſcenſum. añs eſt verum ergo ꝯñs ergo male dicit diffinitio. Suppoſitio eſt terminus exiſtens in propoſitione.

¶ Reſpondet̃ ꝙ male aſcẽdit̃ Regula. tum primo quãdo terminus diſtribuitur reſpectu termini ſtantis determinate inchoãdus eſt aſcenſus a termino ſtante determinate. tũ ſcõo incipiendo a termino diſtributo oportet capere relatiuũ idẽtitatis in oĩbus ſingularibꝰ niſi in prĩa. tũ tertio ẽ determinatio accepta vnica acceptiõe cũ ſuo determinabili ſub qua gratia for-

me acceptionis terminorum non valet aſcenſus copulatiuus. ſed illud non oportet pro argumẽto duo prima ſufficiunt.

¶ Contra hoc arḡ. ponendo ꝙ ſint ſolū due ꝓpões in mūdo ſcʒ ſortes currit ⁊ ſortes diſputat ⁊ idē terminus numero ſit ſubiectum in illis duabus immo capio hāc naturaliter oīs hō currit et ſic arguo. Iſte terminus hō ſupponit extra hanc ꝓpōnē oīs hō currit pʒ ſupponit in hac hō currit: ⁊ ille terminus hō ſupponit extra hāc ꝓpōnē hō currit q: ſupponit ī hac oīs hō currit ⁊ qualʒ ꝓpōnē aliā extra ſupponit. ergo iſte terminus hō ſupponit extra ꝓpōnē.

¶ Rñdet cōcedēdo ꝯñtiā ⁊ negādo antecedens iſta eſt falſa iſte terminus hō ſupponit extra hāc ꝓpōnem oīs hō currit: q: ſic exponit iſte terminus hō ē ſupponēs in aliqua propoſitione ⁊ nō eſt ſupponēs in hac propoſitione omnis homo currit modo hoc eſt falſum ⁊ ſic ſecunda ſingularis eſt falſa.

¶ Cōtra hoc arguit ſic iſte terminus hō poſſibiliter ſupponit extra hanc ꝓpoſitionē oīs hō currit. pʒ q: poſſibiliter eſt ſupponēs: ⁊ poſſibiliter nō eſt ſupponēs in hac propoſitione. pʒ q: poſſibiliter nō eſt in hac ꝓpoſitione ⁊ ſic de ſingulis ergo iſte terminꝰ hō poſſibiliter ſupponit extra ꝓpoſitionē. Forte cōcedis ꝯñtiā ⁊ tūc ſic arguo dando ſuā de ineſſe iſte terminꝰ hō ſupponit extra ꝓpoſitionē cōcludit intētū et poteſt hic quiſpiā tripliciter reſpōdere: concedēdo iſtā modalem diuiſam dicēdo ꝙ nō bene ponitur ineſſe ſed oportet dare plures ſingulares ex parte termini diſtributi ſic hoc ſupponit extra hanc ꝓpoſitionem quelibet iſtarū eſt poſſibilis ⁊ hoc ſufficit quēadmodum multi dicūt de iſta ſortes pōt videre omne aſtrū ſcḋo dicit negādo iſtā terminus poſſibiliter ſupponit extra propoſitionē ꝙ nō bñ aſcenditur cauſa tacta eſt in ſolutione ꝑcedenti ſed oportet aſcendere diſiunctim ſic iſte terminus poſſibiliter ſupponit extra propoſitionē vel hāc vel hāc ⁊ ſic de ſingulis. modo añs eſt falſum ſicut ⁊ ꝯñs: tertio concedo illū aſcēſum negatis ꝯñti ⁊ añti nego quālibet ſingularem añtis hec eſt falſa iſte terminus poſſibiliter ſupponit extra hāc propoſitionē q: ſic exponitur iſte terminus impoſſibiliter ſupponit in hac ꝓpoſitione pro ſcḋa exponēte q: ſcḋa exponens debet habere copulam contradicentē exponibili hoc patet in aliis ſecluſo mō quōlibet iſtorū ſufficere pōt vltimū reputo artificioſius ſcḋm clarius. primū nō omnino improbabile in quo tamē nō multum ſto. Cōfirmatur ad idem extra ꝓpoſitionē patet expoſitorie hoc erit ſuppoſitio ⁊ hoc eſt vel erit terminus extra propoſitionē: ergo extra propoſitionem terminus erit ſuppoſitio quod ſi concedas.

¶ Cōtra ſua de ineſſe eſt falſa extra propoſitionem terminus eſt ſuppoſitio. ¶ Rñdet ꝙ minor ſillogiſmi expoſitorii eſt diſtinguēda quēadmodū iſta nō nigrū erit nigrū vel aliud a vero erit verū ⁊ ſm hoc ꝙ minor pōt concedi vel negari ⁊ cōceſſa minore cū cōſequente male dat ſua de ineſſe ſed hoc eſt ſuppoſitio vel terminus eſt ſuppoſitio. Cōtra hoc arguitur innuit ſolutio ꝙ ſi extra cadat ſuper terminū ampliatū diſiunctim ꝓpoſitio eſt falſa ⁊ tūc erit ſenſus terminus qui eſt extra ꝓpoſitionē ⁊ terminus qui erit extra ꝓpoſitionem erit ſuppoſitio qḋ eſt falſum cōtra ſua de ineſſe eſt poſſibilis ergo illa de futuro eſt vera patet ego ſum rome ſolum eſt poſſibilis ⁊ propterea iſta eſt vera ego poſſibiliter ſuʒ rome. ¶ Reſpōdet pro nūc ꝙ nō oportet iſta eſt poſſibilis ego ſum in damaſco et forte iſta nō eſt vera ego ero in damaſco. Sʒ tūc ſecundo ad rē in caſu argumenti nullā de preſenti habebit verā. ¶ Decimo arguitur homo ſupponit ꝓ hominibus ⁊ tamen non verificatur de eis quibuſcūqʒ demōſtratis hec eſt falſa iſti ſunt homo. Forte dicis oportet demōſtrare vnuʒ per eundem numerū ⁊ ſic procedere. ¶ Contra hoc arguitur ponēdo ꝙ terminus abſoluat a numero ſic ſcʒ ꝙ nullius determinati numeri ſit. Dicit ꝙ in illo caſu homo ⁊ homines cōuertuntur quēadmodū dicimus iſtas eſſe ꝯtrarias omnis homo currit ⁊ nullus homo currit abſoluendo nullus a genere. ¶ Undecimo arguitur vel terminus ſupponens ſupponit pro omni ſuo ſignificato vel pro aliquo ⁊ aliquo non neutrum eſt dicendum igitur. ¶ Pro argumēto notandum eſt ꝙ ſignificare ⁊ ſupponere proprie captis terminis impertinēter ſe habēt aliquod ſignificare non eſt ſupponere vt ſubiectū huius adā eſt aliquod ſupponere non eſt ſignificare vt ſubiectū huius huf eſt huf ⁊ aliquod ſupponere eſt ſignificare ſʒ large capiendo ſignificare quia ſic capimus ſm materiam ſubiectaʒ ſignificare eſt ſuperius ad ſupponere omnis terminus ſupponens ſic eſt ſignificans ſed non econuerſo. Nota ¶ Iſto notato pono propoſitiones. Prima aliquis terminus ꝓ quolibet ſuo ſignificato ſupponit mediante copula de futuro vel de preſenti hoc patet de extremis huius ſortes eſt plato et hic cicero erit vel fuit robertus. Propoſitiones. ¶ Secunda propoſitio regulariter terminus communis non ſupponit pro quolibet ſuo ſignificato homo in iſta homo eſt animal non ſupponit pro antichriſto et tamen eū ſignificat. ¶ Dicitur regulariter q: aliquis terminus communis pro quolibet ſuo ſignificato ſupponit vt ſol eſt luna deus eſt eſſentia diuina etiam quando ponitur terminus multum ampliatiuus et ſic hic capio ſignificationem ſm ꝙ ea communiter vtimur. ¶ Tertia ꝓpoſitio quilibet terminus pro quolibet ſuo ſignificato ſupponit quando eſt ampliatio ad quīqʒ hec propoſitio eſt contra dorp et georgium dicentes ꝙ terminus connotatiuus habens ſignificatum formale diſtinctum a materiali nunqʒ ſupponit pro formali. Dorp. Georgius.

¶ Contra hoc arguit iſta eſt vera album imaginat albedo ergo extrema ſupponunt pro eodē. Subiectum pro re alba ſupponit: ergo predicatum ſimiliter albedo a parte predicati ſupponit ergo ſubiectum pro eodem accipitur. ¶ Ad hoc dicunt ꝙ extrema ſupponūt ꝓ eodē ſed albedo nō eſt vnum extremū ſed hoc totum imaginatum albedo quēadmoduʒ hic ego video ſortem extrema ſupponunt pro eodē licet ſortē pro me non ſupponat. Georgius ¶ Contra hoc arguitur georgius dicit in quantitatibus in ꝑdicabilibus ꝙ terminus ſingularis mediante copula de imaginat ſupponit ꝓ pluribꝰ vt. ſor. imaginat plato ⁊ tūc hʒ ſolutionē datā negabo ei ꝙ plato ſupponat ꝓ plibꝰ ſʒ hoc totū imaginatū plato. Et ꝯfirmat capio hāc ſor. imaginarie eſt pla

to ita φ copula ſit hoc totū imaginarie eſt quē-admodū poſſibile eſt i modalib' tunc iſta ē cōcedēda ⁊ reſpōſio pcedens nulla. Et ppterea poſita eſt tertia ppō. ¶ Cōtra primā ⁊ tertiā ſic arguo ſortes ē ſortes ſubiectū nō ſupponit p illo termino ſortes: ⁊ tñ ē ſuū ſignificatū pʒ ſm materiā ſubiectam. ¶ Reſpōdet φ intētio erat diſtribuere ſignificatū p ſignificato vltimato ſolū ⁊ nō arguis ſm materiā ſubiectā. Cōtra hoc arguitur ille terminus ſortes ē verificabilis de illo termino mediāte copula ſue ppoſitiōis ergo p illo ſupponit. Cōſequētia videt nota ⁊ añs pʒ. q2 hec eſt vā hoc ē ly ſortes: nego φ ſupponat p illo termino male verificas debes ſic verificare hoc ē ſortes p ly hoc demōſtrādo illū terminum ſortes. mō iſta ē falſa q2 ſignificatiue capiebat i pncipali ppōne ⁊ ſic intellige ſcđam ppōnem.

¶ Contra tertiā ppoſitionē

arguitur ſic extrema huius ſupponūt pro eodē ſortes imaginarie ē plato: tunc ſic ſortes ſupponit pro platone ergo ſignificat platonē: non ſtemus in appellatiōe rōnis: ɔñs eſt falſum q2 nec ſigt ad placitū nec naturaliter.

¶ Rñdet cōcedendo φ ſignifi

cat platonē ad placitū non rōne ſui ſed rōne de imaginatur ⁊ hoc argumētū videbit in ampliationibus. ¶ Dubitatur qđ eſt ſubiectū hui' tractatus. ¶ Secundū dubiū vtrū de qualibet pte orōnis aliq termini ſupponāt. ¶ Ad primū dr φ ſubiectū attributionis hui' ſciētie eſt iſte terminus ſuppoſitio ei' ppria paſſio ē hoc diffinitū ſupponere cōiter vel diſcrete vel verificabile in ppoſitione pro ſuo ſignificato intelligēdo dummodo nō ſit reflexio in oppoſitū nō ſuppoſitio eſt ſuppoſitio vel extremū nō ſupponēs ē extremū nō ſupponēs nō ſupponit i caſu ante tacto. et tñ ibi eſt verificatio de pronoīe demōſtrante. Similiter pōt fieri ſophiſma hic. hoc eſt predicatum qđ nō verificatur: probando φ pdicatū ſupponit et nō verificat. ¶ Solet etiā dubitari hic an ſuppoſitio ſit terminus ſupponēs: an ſuppoſitio termini vocalis vel ad placitū ſignificātis ſit cōceptus cui ſubordinatur vel termin' ad placitū ſignificās. Et circa primum dubiū ponūtur alique ppōnes. Prima ſuppoſitio nō diſtinguit a termino ſupponēte probatur. terminus eſt genus ei' patet p diffinitionē ſuppoſitiōis. ¶ Secūda ppoſitio poſito φ vnus terminus qui fuit per decem annos: nūc primo ponatur in propoſitione iſte cōcedūtur hic terminus incipit eſſe ſuppoſitio hec ſuppoſitio incipit eſſe ſuppoſitio ſed iſte ſunt negāde hec ſuppoſitio incipit eē terminus hic termin' ſupponēs incipit eē hec ſuppoſitio nō ante fuit hec ſuppoſitio nunc primo eſt iſta clarent exponēdo ppoſitiōes de incipit. de ſcđa pte dubij ſunt opiniones aliqbus dicentibus conceptum vltimatū eſſe ſuppoſitionē termini ad placitū ſignificātis quēadmodū ppoſitio mentalis vltimata vera eſt veritas ppoſitionis ei ſubordinate aliquibus dicentibus quēlibet terminū ſupponentē eſſe ſuam ſuppoſitionem nūc inolebit poſitio eorū qui dicūt ſuppoſitionē diſtingui a termino. Sed difficultas iſtarum duarum poſitionum eſt ad nomē. Dicatur cum cōmuniter loquentibus φ quilibet terminus ſupponēs eſt met ſua ſuppoſitio. ¶ Ad ſecūdum dubiū principale dicit φ cōiunctiones pre-

Duo dubia.

Dubitatio.

Propōes.

poſitiones interiectiones et breuiter oēs ptes indeclinabiles taliter capte nō ſupponunt: ſed gratia ſubſtātiuorum denotāt nōnunq ſupponūt vt in Alexādro de ppoſitione glis glitis nō cadit extra. vbi ppter carmen nō poſuit regulā ſed hoc denotabat per illum terminū extra idē contingit de aduerbijs. vt hodie veni ad vrbem vbi hodie verificat p hoc complexum hodierna dies ⁊ ita de alijs aduerbijs quando cathegoreumata verificabilia includūt verba nulla ſupponūt. Sed pnoīa ſunt multiplici differētia quedā primitiua que a priſciano ⁊ donato enumerātur octo et talia addita ſubſtātiuis nō ſupponūt: quia ſm talem acceptionem nihil nec aliq ſignificāt ſe ſeparata a ſubſtātiuis apparenter ſupponūt gratia ſubſtantiuorum incluſoꝝ. Dicitur apparēter q2 tūc realiter nō ſeiūgunt a ſubſtantiuis. Sed pnoīa deriuatiua addita ſubſtātiuis pro poſſeſſore ſupponunt rōne termini incluſi. q2 adiectiuum dat intelligere genitiuū ſui primitiui. Sed qñ ſecernūtur a ſubſtātiuis p re poſſeſſa ſupponūt. Noīa adiectiua ſiue addātur ſubſtātiuis immediatis ſiue nō ſupponūt. Hoc eſt dictu ſiue capiātur pure adiectiue ſiue nō albus in hac homo albus currit ſupponit ſicut albus in iſta hō eſt albus ratio. q2 poteſt verificari p ſuum ſynonimū quod eſt album ſubſtātiue ſumptū dictum eſt in capite de noīe φ albū adiectiue ſumptū rem albam ⁊ albedinem ſignificat pſuaſiones adducebātur in noīe et hoc iterū tāget in appellatiōib' ⁊ ſic negatiue pʒ rñſio ad dubiū de pticipijs dicas ſicut de adiectiuis.

Alexāder.

Priſcian'.
Donatus

¶ Ultimo hic dubitat an pdi

catū hui' ſupponat de' neceſſario eſt creās. Reſpondent aliqui φ nō. Ratio eſt. quia tunc eſſet vna affirmatiua cuius extrema ſupponūt p eodem et per conſequens vera: gratia illius conſequentie pono propoſitiones.

Dubium

¶ Prima ppoſitio eſt aliqua

eſt affirmatiua falſa cui' ſubiectū ⁊ pdicatū ſupponūt p eodē. imo vbi extrema ſunt ſynonima pʒ hic oē aīal eſt hō. ſcđm patet i iſtis oīs homo oīs homo eſt omnis homo eſt h. homo.

Propōes.

¶ Secūda propoſitio aliqua

eſt affirmatiua falſa cui' extrema ſupponūt pro eodem in qua nulla eſt diſtributio patet de hac pater in diuinis eſt filius in diuinis.

¶ Tertia ppoſitio eſt. aliqua

eſt affirmatiua falſa in qua nulla ponit diſtributio cuius ſubiectū et predicatū pro eodē ſuppoſito immediato ſupponunt patet de hac ego dico falſum caſu falſificationis.

¶ Quarta ppō aliqua ē affir-

matiua falſa i qua nulla ponitur diſtributio nō inſolubilis cuius ſubiectum ⁊ predicatū pro eodem ſuppoſito immediato ſupponūt: patet de hac deus neceſſario eſt creans.

¶ Quīta ppoſitio. aliqua eſt

affirmatiua falſa in q nulla ponit diſtributio ſi inſolubilis nec modalis cui' ſubiectū et pdicatū pro eodem ſuppoſito immediato ſupponūt pʒ in reduplicatiuis ⁊ in exponibilibus.

¶ Sexta ppoſitio oīs affir

matiua cui' ſubiectū ⁊ pdicatum ſupponūt pro

eodem ſuppoſito immediato in qua nulla poni tur diſtributio nõ modalis nõ inſolubilis nõ ex ponibilis eſt vera. propoſitionẽ aliter nõ probo niſi quia nunc nõ occurrit alia inſtantia occur renti addat ꝓpoſitiones.

¶ Septima ꝓpõ omnis vniuerſalis affirmatiua cuius pdicatũ ſtans cõfuſe tñ cuilibet ſuppoſito ſubiecti cõpetit eſt vera: τ ſi nõ cuilibet ẽ falſa. forte dicis ꝙ nõ de iſtis cuiuſlibet hoīs ꝗlibet aſinus ẽ aſin᷒. oīs eſſentia diuina eſt pater. ¶ Ad pmũ reſpõſum eſt in oppoſitionib᷒. Ad ſcḋm in ſillogiſmis τ ſm illas reſpõſiones intelligat̃ hec ſeptima ꝓpoſitio. ¶ Octaua ꝗlibet pure affirmatiua cui᷒ ſubiectũ τ predicatũ nõ ſupponũt pro eodẽ eſt falſa. Dicit̃ pure affirmatiua ꝓpter affirmatiuas pregnantes in qb᷒ nõ op; vt pꝫ hic. nõ tñ chimera nõ ẽ chimera nõ tñ hõ nõ eſt aſinus. Ex iſta ꝓpoſitiõe infertur ꝙ hec ꝯña eſt bona hec eſt vna pure affirmatiua cui᷒ ſubiectũ non ſupponit nõ ꝓpter reflexionẽ ſuppoſitionis ergo hec ẽ falſa. Et eodẽ modo de pdicato negatiue p eadẽ principia probat̃ vere vt ſic arguẽdo hec eſt vna negatiua cui᷒ extrema nõ ſupponũt p eodẽ ergo ẽ vera. Et ex illo infert̃ ꝙ negatiua cui᷒ vnũ extremũ nõ ſupponit ẽ vera: qꝛ ſi vnũ extremũ non ſupponit iã extrema non ſupponũt p eodẽ negatiue mode rande ſunt ſm interꝑtationẽ affirmatiuarum plura de hac materia dicẽtur circa ſuppſitiones confuſam tantum.

Corrolaria.

Suppoſitionũ varie diuiſiones.

Suppoſitionũ quedam eſt propria: quedã vo impropria. Et rurſus impropria diuidit̃ in anthonomaticã ſynodochicã et metaphoricam. ¶ Suppoſitio anthonomatica ẽ qñ terminus ſupponit p illo ſignificato cui cõuenit p excellentiã vt phũs dixit mũdum fuiſſe ab eterno philoſophus p ſolo ariſtotele ex vſu loquẽdi accipit̃. ꝓpheta dicit hoc p dauid ſolo accipitur.

Quid ſuppoſitio anthono.

Suppoſitio ſynodochica ẽ qñ dictio ſignificans ptẽ p toto accipit̃ vel econuerſo dicimus iſte ẽ pr̃ ſortis demõſtrando vnũ inhumatũ vel iſte fuit pr̃ ſortis demõſtrãdo corp᷒. Silr̃ cõcedim᷒ ꝙ ſanctus petrus ẽ in celo vbi ſctũs petrus p aĩa que fuit ei᷒ ſupponit. τ ſic erit verificatio demõſtrando aĩam hoc ẽ ſanct᷒ petrus.

Quid ſuppoſitio ſynodochica.

¶ Suppoſitio metaphorica eſt qñ termin᷒ ſupponit pro illo qḋ ſolũ ſimilitudinarie ſigt̃ τ tranſumptiue vel qñ dictio cõtinẽs p cõtenta ſupponit vel econuerſo demõſtrato vno tyranno dicim᷒ iſte eſt nero vbi nero ſupponit p demõſtrato queadmodũ demõſtrato iohãne dicim᷒ hic eſt helyas. Hieruſalẽ ꝗ occidis prophetas: hieruſalẽ nõ ſupponit p domibus ſed p cõtẽtis admittim᷒ tales carthaginẽ expugnauit roma: vbi roma p romanis accipit̃.

Quid ſuppoſitio metaphorica.

¶ Cõtra pmũ mẽbrũ qñ dicim᷒ phũs dicit hoc phũs ſupponit p illo ꝙ ꝓprie ſigt̃ ergo ſuppoſitio ꝓpria apparet ꝯña. ¶ Forte dicis ſicut dicendũ eſt qḋ nõ ꝓpterea ẽ ſuppoſito impropa qꝛ termin᷒ ſupponit p illo qḋ improꝑe ſigt̃: qꝛ tũc ꝗlibet termin᷒ ſtãs materialr̃ eẽt ſuppoſitio impropa. Et dr̃ impropria qꝛ terminus nõ capitur pro oĩ illo de quo ẽ verificabilis ſꝫ p ſigto excellẽtiſſimo vel qñ ps p toto vel econuerſo vel ꝯtinẽs p cõtẽto vel aliq̃ mõ reducibile ad hec.

¶ Contra hoc ar̃ in iſta philoſoph᷒ dicit hoc τ volo ꝙ ſocrates plato τ ariſtoteles ſint ſupponit p quolibet eoꝝ qꝛ quocũqꝫ eorũ demõſtrato verũ eſt dicere iſte ẽ phũs.

¶ Reſpondetur diſtinguẽdo ꝙ philoſophus pro quolibet eorũ ſupponat vel capiendo tranſumptiue: τ ſic nego nec valet verificatio ſed oportet ſic dicere iſte eſt philoſophus philoſophoꝝ vel iſte eſt excellẽtiſſimus philoſophus: modo hoc nõ verificat̃ de platone vel ſorte et hoc innuebat alexander in vltimo capitulo anthonomaſia vult excellentiam dici et reliqua ſi philoſophus capiatur proprie concedo ꝙ p platone et ſocrate ſupponit. Alexãder.

¶ Cõtra hoc ſic arguit̃ iſte ſimul ſtant philoſophus dixit mundum fuiſſe ab eterno philoſophus non dixit mũdum fuiſſe ab eterno tranſumptiue capiendo. ergo ſubiectuꝫ non p ſolo ariſtotele ſupponit veritas affirmatiue nota et negatiuam probo habuit vitam de preſenti veram p platone et pro ſocrate. interdum verum erat dicere plato eſt philoſoph᷒ philoſophoꝝ et etiam nõnunꝗ hec fuit vera ſocrates eſt philoſophus philoſophorum vt ſignificabat oraculũ appollinis. Et illi duo dixerũt mũdum fuiſſe ab eterno igitur. Reſpõdetur ꝙ philoſophus mediante copula de preterito et futuro etiã tranſumptiue capiendo pro plurib᷒ ſupponit et ꝓpoſitiones ꝓpoſite ſubcontrariãtur. Etiam tranſumptiue captis terminis. Sed contra hoc adhuc cum copula de preterito appropamus terminum ſoli ariſtoteli. quia appropam᷒ excellẽtiſſimo ad hoc inſtanti a parte ante hoc patet ſi quis diceret. Philoſophus nõ dixit mũdum fuiſſe ab eterno reputaremus falſum: ſed mediãte copula de pſenti iſte contradictorie repugnãt gratia materie. Philoſophus dicit mũdum eſſe perpetuũ philoſophus non dicit mundum eſſe perpetuũ. p analogia accipias terminũ ſuplatiui gradus affirmatiue exponẽdo.

¶ Contra ſcḋm membrum arguitur ſic. Petrus non ſignificat animam petri neqꝫ pater meus ſuam materiam. ergo petrus non ſupponit pro anima eius. Reſpõdetur qḋ non ꝓprie ſignificant quẽadmodum non proprie ſupponunt non video inconueniens dicere in multis caſibus terminum ſupponere pro alĩquo quod nõ ſignificat ſed repreſentat large ex quadam conſuetudine et cõceditur ꝙ petr᷒ nõ proprie ſignificat animam quẽadmodum proprie pro ea non ſupponit.

¶ Cõtra hoc arguitur tũc iſta eſſet falſa ſanctus petrus eſt in celo. conſequẽs eſt falſum ergo et antecedens. Reſpondet̃ proprie captis terminis iſte ſunt concedende: ſanctus petrus non eſt in celo. Judas nõ eſt in inferno. nullum templum ſancti Petri eſt in terra. nulla pars capitis ſancti iohannis baptiſte eſt in mundo. iohãnes baptiſta nõ ẽ ſanctus iohannes baptiſta. oĩa iſta patent: qꝛ bene ſequit̃ ſanctus petrus non eſt ergo ſanctus petrus nõ eſt in celo anteceḋens patet qꝛ ptes q̃ fuerũt eius ſunt ſeparate qꝛ eadem rõne diceres. Cicero romanus eſt vel alexãder macedo eſt iſta templũ ſancti Petri eſt in terra ſic ſe habet ꝙ determinatio non ſupponit nec principalior pars eius ergo totũ non ſupponit. et eodẽ modo pꝫ falſitas hui᷒ ps capitis ſancti iohãnis baptiſte ẽ in

terris. Et ex iſto negatiue reddũtur vere. Sʒ ſi necdotbice capiẽdo termios tales ſunt cõcedẽde ſanct' petrus eſt in celo ſanctus petr' eſt caput romane eccleſie. Nec nobis licet loqui ꝑ negatiuas de virtute ſermonis ꝗs poſui niſi cãm ſpecificando ꝓpterea bene dicit ariſtoteles loquendum vt plures talis admittit templũ ſancti petri eſt rome id eſt tẽplũ cõſtructũ in honorẽ ſancti petri qui erat eſt rome, vel ſancti petri ſupponit pro eius anima ſi queras quare iſta nõ conceditur homerus eſt dicitur ꝙ ſola conſuetudo ⁊ nulla alia ratio homerus ſolũ viuit vt poeta.

Ariſtoteles.

¶ Contra regulā inſtaꝛ altera via. iſta eſt vniuerſalis nō tm̄ animal eſt homo ⁊ cadūt duo ſigna diſtributiua ſup ꝑdicatū: et tm̄ ꝑdicatū nō cōfundiꝛ igiꝛ: ſia tenet cum maiori ꝓbaꝛ minor: qꝛ ſi ſic iſta eſt vera ⁊ ſic dabis contradictoria idem argumentum pōt hic fieri nō a homo nō eſt animal vbi animal ſtat determinate alias non contradiceret huic a hō non eſt animal. Et eodem modo hic non omnis homo eſt b animal iſta ē pars particularis et ſi teneaꝛ non eſt verius cōtradicere et reliqua ſubiectum ſtat cōfuſe tantū. ergo regula nulla: ſi volumus iſta argumenta adhuc non conuincunt nec currūt viſceraliter ad regulas. Et notandum eſt ꝙ illa propoſitio vocatur vniuerſalis in qua ſubiectum eſt diſtributum ⁊ ꝑdicatū nō ſtat determinate: qꝛ talibus vniuerſalibus cōīter vtimur. ſꝫ vbi termin' diſtribuitur in ordine ad terminū ſtantē determinate ſiue ſubiectū diſtribuaꝛ ſiue nō tales reputātur ꝑticulares. vt hō eſt currens oē currēs b: hō nō eſt in excluſiuis non tm̄ aīal eſt homo illa particularis ⁊ ſic argumēta nō procedunt ſed realiter in iſta nō homo non eſt aīal ꝑdicatum nō confunditur ab aliquo vno ſigno: nec in iſta nullus homo nō eſt aīal ꝓpterea in hac materia videtur mihi melius ire ꝑ regulas cōtradictoriarū fundando ſup hoc dictū cōe nō eſt verius ꝯdicere ꝙ toti ꝓpōni negationē anteferre ⁊ videre qualiter termini ſupponūt vbi eſt paucitas ſignoꝝ vt in hac hō non eſt aīal ſubiectū ſtat determinate ⁊ ꝑdicatū diſtribuiꝛ ꝓpterea in iſta nō hō nō eſt aīal ꝑdicatū ſtat confuſe tm̄ a nulla negatione ſꝫ ab aggregato earū ⁊ in iſta nō a hō nō eſt aīal ꝑdicatū ſtat determinate ab illa trinitate. nō. a. nō: qꝛ in ei' ꝯdictorio diſtribuebaꝛ ꝑdicatū in ordine ad ſubiectū ſtās ꝯfuſe tm̄ nō hoīs a aſin' qđlibet rudibile eſt rudibile nō ſupponit pure determinate nec pure ꝯfuſe tm̄: vt pꝫ ꝑ modum contradictionis.

Commune dictum.

¶ Contra regulam adhuc aꝛ ꝑdicatū huius diſtribuiꝛ nullus hō nō eſt aīal: ergo dicta nulla. ꝓbaꝛ aña vna negatio nō pōt impedire aliā ⁊ ſi quelibet eſt nō impedita ꝑdicatum diſtribuiꝛ ꝙ vna nō pōt impedire aliā pꝫ: qꝛ tūc a ꝓportione equalitatis fieret actio ⁊ cōfirmaꝛ duo ſigna affirmatiua nūc ſe impediunt: ergo nec duo ſigna negatiua. aña pꝫ inductiue. ¶ Rñdetur negādo ꝙ ꝑdicatū huius diſtribuaꝛ nullus hō nō eſt aīal immo illa duo ſigna ſe impediūt ⁊ nō ſequiꝛ ꝙ a ꝓportione equalitatis fiet actio ſed ſolū reſiſtentia ꝙ nō inconuenit. ¶ Ad cōfirmationē negaꝛ aſſumptū immo ſm̄ multos homines in hac nō diſtribuiꝛ. quilibet aſin' cuiuſlibet hoīs currit tenēdo ꝙ ad diſtributionē recti ſequiꝛ diſtributio obliqui: ſed qꝛ hoc nō inſequor inſto. hic ſor. eſt fortior omni hoīe vbi fortior ⁊ omni ſunt ſigna diſtributiua quoꝝ neutꝝ eſt negatiuū licꝫ fortior in eius exponētib' negationē includat loquēdo de ſignis pure affirmatiuis ꝯcedēdo aña ⁊ nego ꝯñam: et ratio patet: quia ſigna vniuerſalia pure nō aſſociaꝛ cōgrue immediate ⁊ nō diſtribuūt reſpectu termini mediati: ſecus eſt de negationibus: ſed tunc queris vtrū ꝑdicatū hui' diſtribuaꝛ. quilibet homo ois ipſemet eſt ⁊ videtur ꝙ ibi duo ſigna pure affirmatiua ſe ꝑpediunt. ¶ Reſpōdeꝛ ꝙ nō ſequitur: immo illud relatiuū adhuc diſtribuiꝛ et ſm̄ ſignum vniuerſale nihil facit. quia relatiuū reciprocum imitatur naturam ſui antecedentis poteſt argumentari hic quilibet hominis quilibet aſinus currit an ille terminus aſinus diſtribuatur ⁊ ſatis veriſimiliter dicitur ꝙ ſic.

¶ Scđo arguiꝛ ad idē ꝑdicatum huius diſtribuitur nullus homo nō eſt animal: igitur probatur antecedens diſtributio ſigni vl'is eſt ſua ſignificatio ⁊ mere naturaliter in mente ſignificat: ſed terminus nō poteſt impediri a ſua ſignificatione. ergo nec ab eius diſtributione ⁊ confirmatur ꝑdicata iſtarū diſtribuūtur tm̄ homo omnis homo eſt. tm̄ ſubſtantia non eſt accidēs vbi cadunt duo ſigna mobilitantia ſuper ꝑdicata: ergo regula nulla ꝙ diſtribuātur pꝫ quia oppoſitū nō diſtribuitur: ⁊ tūc formaliter ſequitur arguēdo a nō diſtributo ad diſtributum ſequitur tm̄ hō ois homo eſt. ergo hō ois hō eſt ſimiliter ſequitur tm̄ ſubſtātia nō eſt accidēs. ergo ſubſtātia nō eſt accidens in quibus homo ⁊ accidens diſtribuitur.

¶ Ad primũ respondet negã-do ꝙ iste negationes nõ se impediãt sic scʒ ꝙ ag gregata carũ vel signũ eis equalẽs nõ distribuit pdicatũ. Sʒ hoc nõ ol no soluit tenendo ꝙ pars ppõnis est ppõ aial distribuitur et opʒ cõcedere ꝙ abutraqꝫ negatione: quia nõ distribuat a prima negatione. iã prima negatio impedit. Etiã ẽm alios ꝗ dicũt ꝙ pars ppõnis nihil remanere dicẽdũ. Propterea õʒ cõcedẽdo ꝙ sit vnũ syncathegorema põt impediri ab eis sigñone sicut arguit argumẽtũ. ¶ Ad cõfirmationẽ dicũt aliqꝫ ꝙ pdicata distribuunt ppter argumẽtũ factũ. sʒ quia melius quadrat cũ regulis suppositionum õʒ ꝙ pdicata nõ distribuãtur nec habetur p incõueniẽti: ꝙ illatũ est arguere formaliter a non distributo ad distributũ Forte queris an pdicata stãt cõfuse tm̃ an determinate. et videt ꝙ determinate qꝛ cadunt duo signa in ppõne particulari. Rñdet vt ante dictũ est parũ opʒ cõsidere in hac regula: sʒ curramus ad mediũ primus ꝙ in pposito est descensus ꝛ ascensus: qꝛ disiũctim possumus procedere, ꝛ disiũctiue patebit in tractatu de descensu.

¶ Finis suppositionum.

¶ Sequitur de relatiuis.

Superiꝰ determinatum est de suppositionibus terminorum absolutoꝝ: cõsequenter determinat de relatiuis. Et absolutum multipliciter accipitur. Uno mõ vt distinguit contra cõnotatiuũ. Scõo mõ vt distinguit cõtra relatiuum logicale. Tertio mõ vt distinguitur contra relatiuum grãmaticale et sic capimus hic in pposito. Sed duplex est relatiuum. Quoddã logicale de ꝗbus in pdicamẽtis. aliud grãmaticale de quo in pposito. Et diuidit in relatiuum referẽs tm̃ in relatiuũ relatũ tm̃ in relatiuum referẽs ꝛ relatũ simul. Exemplũ capta hac copulatiua sortes currit ꝛ ille mouetur. sensus est in scõa parte ille sortes qui currit mouetur. Ubi sortes qui currit ẽ relatiuũ relatũ ille relatiuũ referẽs ille sortes qui currit referẽs ꝛ relatũ siľ et hec diuisio. est analogice in sua analogata. qꝛ relatiuo relato nõ cõuenit diffinitio relatiui. Possumus dare siĩitudines inter relatiuũ logicale ꝛ grãmaticale: sed parũ cõducũt. Relatiuuʒ diuiditur in relatiuũ substãtie ꝛ relatiuũ accñs. Relatiuũ nõ vocat substãtie: sed ponit in pdicamento substãtie nec qꝛ refert terminũ in pdicamẽto substantie: sed qꝛ supponit p eodem numero p quo verificatur ppõ sui añtis ad sensum posteriꝰ declarandũ opposito mõ relatiuũ accidẽtis sibi sortit nomẽ cũ dico sortes est albus: ꝛ talis est plato talis nõ supponit p illo p quo verificatur ppõ antecedentis sed pro platone. Relatiuum substantie subdiuidit in relatiuum substantie identitatis. ꝛ in relatiuũ substãtie diuersitatis. exemplũ secundi: vt aliud alter.

Absolutuʒ multipliciter accipi.

Relatiuuʒ duplex.

Relatiui grammaticalis diuisio.

Relatiui diuisio.

Relatiui substãtie diuisio.

¶ Forte dicis ꝙ relatiuum diuersitatis nõ est relatiuũ eo ꝙ non est ante late rei recordatiuũ qñ õʒ sortes currit ꝛ alius disputat. sensus est aliꝰ ab eo ꝗ currit disputat ibi nõ supponit p illo p quo ppõ añtis verificatur. Et ppter hoc dicit petrus mantuanus ꝙ nullũ est relatiuum diuersitatis. ¶ Respondetur ꝙ diffinitio relatiui ꝯuenit relatiuo diuersitatis ꝛ facit secũdaris recordationẽ rei ante late. s. añtis: sʒ nõ supponit p illo p quo verificat ppõ añtis. Etiã diffiniẽdo relatiuũ substantie diffinimꝰ solum relatiuũ identitatis: qꝛ de alio modicus est sermo. Relatiuũ substãtie diuidit in reciprocũ ꝛ non reciprocũ. relatiuũ reciprocũ est quando denotatur circuitus actionis vel passionis redire in illud a quo egreditur vt sortes diligit se plato diligitur a se. Interdũ etiã nõ denotat actio vł passio vt ols homo est ipsemet. Et ppterea bene dicit Laurẽtius valla ꝙ barbare dicimꝰ ego dedi sibi loquẽtes de alio: qꝛ qñ dicitur sortes dedit sibi sensus est sortes dedit sibiipsi. De relatiuo substantie idẽtitatis nõ reciproco inter artistas multiplex est opinio aliquibus dicentibꝰ ꝙ relatiuũ refert suũ antecedẽs sine cõparatione alioꝝ terminoꝝ. Et tunc hec esset ꝯcedẽda aial est asinus ꝛ illud est homo: qꝛ sensus scõe partis esset aial est homo aliis dicentibus ꝙ nõ supponit pro omni illo pro quo supponit suũ añs sed p omni illo p quo verificatur ppõ sui añtis: et isti sunt bipartiti aliquibꝰ dicẽtibus hoc fore vꝫ verũ in copulatiua disiũctiua cõditionali ꝛ rõnali. Aliis dicẽtibus ꝙ hoc solũ tenet in copulatiuis. Rursus ꝯtenditur de specie suppositionis. Nã dicũt aliqui ꝙ relatiuũ supponit sicut suũ añs: qñ dicimus ols hõ currit ꝛ ille mouet ille supponit distributiue ẽm eos. Aliĩ dicũt ꝙ relatiuum nõ põt supponere confusius ꝙ̃ suũ añs: sed non semp supponit. eadẽ specie suppositionis cũ suo añte. Tertiĩ dicũt ꝙ relatiuũ supponit sicut terminus cõis suo loco positus ꝛ hoc qñ non repugnat ppõni in qua ponitur añs p pluribꝰ ṽificari ppterea accedẽdo ad cõem modũ loquẽdi ꝗ est radix ad dicẽda ponatur solũ vna positio.

Alia diuisio.

Quid relatiuum reciprocum.

Lau. vall.

Relatiui multiplex opinio.

¶ Notãdum est primo ꝙ iste terminus qui tripliciter capitur. s. demonstratiue relatiue ꝛ indefinite. Exemplũ tertiĩ vt ols ille hõ qui currit mouet. pari forma iste terminus idem potest esse relatiuuʒ logicale ꝛ ita frequenter de aliis terminis.

¶ Secũdo notãde sunt regule pro suppositionibus terminorum.

¶ Prima regula est. relatiuũ substãtie idẽtitatis positum in copulatiua affirmatiue referẽs relatione ꝑsonali suum antecedens positũ in cathegorica affirmatiua supponit pro illo vel illis si supponat p quo vel quibꝰ ppositio in qua ponit antecedẽs verificat dummodo nõ amplietur ad standũ p pluribus nec restringitur p paucioribꝰ. quare dicit relatiuũ substantie idẽtitatis claret ꝛ ꝑsupponit quid est relatio ꝑsonalis ex ṽbis Alexãdri. Occurritqꝫ tibi qñqꝫ relatio simplex. Femina que clausit portã vite reserauit. Ponitur copulatiua affirmatiua ad excludẽda illa de quibus dicet. postea õʒ suuʒ antecedẽs in cathegorica affirmatiua: qꝛ si añs poneret in cathegorica negatiua nõ opʒ ꝙ relatiuũ supponat p illo p quo ppõ añtis reddit vera vt hõ nõ est aial et ille ẽ asinus si nullus esset homo antecedẽs reddit verũ ppter boues: quia nõ sunt ꝛ relatiuũ nõ supponit pro eis et refert restricte ac si añs poneretur in cathegorica affirmatiua reliquæ particule sunt faciles. Adde etiã quãdo suũ antecedẽs est totale extremũ vel principalior pars eius vt aial est asinꝰ ꝛ illud est homo. sensus est ꝛ illud animal quod est asinus est homo aial est bos ꝙ est homo idem est iudicium

Prima regula.

Alexãder.

ſed aduerte ꝙ relatiuū nō reciprocum regulariter nō ponitur in eadē c. thegorica cū ſuo anteceſdente. Dicit regulariter q2 interdū ponit vt ſortes eſt aial quod aſinus ille hō currit qui mouet omnis filius patris mei diligit illum.

Scda rla. ¶ Secunda regula relatiuuȝ in diſiunctiua affirmatiua in copulatiua negatiua conditionali non refert reſtricte ſuadet regula iſta cōmuniter conceditur ſortes currit vel ipſe quieſcat:poſito ꝙ non currat et tamē ſi relatiuū referret reſtricte illa eſſet neganda: q2 ſenſus eſſet ſortes currit vel ipſe ſortes ꝗ currit quieſcit. ¶ Contra cōem modum concipiendi ē illa negare ſi concedas diſiūctiuā falſam in illo caſu non ꝓcedo vlterius ſed ſto in regula. Item pȝ in cōditionalibus cōiter negamus illā deus nō eſt ſi ipſe eſt oꝑs:vbi ſi ipſe referret reſtricte anteceds eſt impoſſibile: ⁊ per conſequēs conſequētia bona referre reſtricte eſt referre antecedens cū oībus terminis poſitis in ꝓpoſitiōe cū ante dempto ſigno cadente in copulam. ¶ Scdm alios ē referre añs cū omnibus terminis poſitis in ꝓpoſitione in qua ponit añs hoc eſt cōtendere ꝓ termino primi ꝯcederent tales oīs hō eſt aīal ⁊ riſibile eſt illud quia ſenſus eſt omnis homo eſt animal ⁊ riſibile ē illud animal quod eſt homo. Secūdi eandē negarent ſic dantes ſenſum riſibile eſt illud animal quod eſt omnis hō ꝙ ē falſum. Sed arguitur ſic in iſta copulatiua nullus hō eſt ⁊ riſibile eſt ille relatiuū referendo reſtricte refert ſignū forte dicis ſicut apparet verū eſt de ſigno negatiuo ⁊ nō affirmatiuo.

quid referre ſtricte

¶ Contra arguitur ſic hominis quelibet pars ē in ſcholis ⁊ ille mouet ibi relatiuū refert antecedens cū ſigno vniuerſali affirmatiuo igitur. Reſpondet ꝙ referre reſtricte eſt referre añs cum oībus terminis poſitis in ꝓpōne ſecum dempto ſigno vniuerſali poſito in principio ꝓpōnis vel vt aliis placet ē referre anteceds cū omnibus terminis poſitis in cathegorica;ſecuȝ vtrūqȝ ſatis eſt in vſu ⁊ cū cōtentio ſit de termino neutrū reprobat. ¶ Cōtra iſtas regulas ſimul ſumptas arguit ſic relatiuuȝ refert reſtricte vt dicit prima regula in copula affirmatiua ⁊ quilibet copulatiue cōtradicit diſiunctiua compoſita ex partibus cōtradicentibꝰ vel copulatiua negatiua:ſed in cōtradictoꝛiis debent ſtare eque reſtricte ergo regulam refert reſtricte in diſiūctiua ⁊ copulatiua negatiua ſi dicas termini nō debēt ſtare eq̄ reſtricte. ¶ Cōtra ſic dabitur cōtradictoꝛia falſa aīal eſt hō et illud ē equꝰ illa ē falſa vt notū eſt ſua cōtradictoꝛia duobus modis dari pōt: vel ꝑ copulatiuā negatiuā vel ꝑ diſiūctiuā affirmatiuā ſic dāda diſiūctiua nulluȝ aīal eſt hō vel nō:illud ē equus ⁊ tunc arguit ſic vel relatiuum in diſiūctiua nō refert reſtricte et tūc loco eius liceȝ ponere ſuū añs: ⁊ tūc nota erit falſitas illiꝰ diſiunctiue ⁊ eodē mō de copulatiua negatiua:ergo in eis opȝ relatiuū referre reſtricte. Reſpōdet ꝙ iſte non cōtradicit aīal eſt hō ⁊ illud eſt equus nullū animal ē homo vel nō illō eſt equus:q2 ſunt ſimul falſe q2 nō ſunt copulatiue ⁊ diſiunctiua cōpoſite ex partibꝰ cōtradicentibus: ſed cōtradictoꝛia illius ē hec nullū aīal ē hō vel nullū illud animal quod ē homo ē equus ⁊ cōtradictoꝛia diſiunctiue p̄me eſt vna copulatiua in qua relatiuū nō refert reſtricte.

Quid referre reſtricte.

Regula logica.

¶ Cōtra. iſta ſolutio deſtruit regulas ꝙ pȝ quia ex ea ſequit ꝙ in aliqua diſiunctiua relatiuum refert reſtricte et in aliqua copulatiua non refert reſtricte. Reſpōdet negādo ꝙ ſolutio deſtruit regulas regule volunt ꝙ ſi petatur de veritate illius copulatiue affirmatiue in qua ponitur relatiuum debemus iudicare per relatiuum referēs reſtricte et in diſiunctiua per relatiuum non referens reſtricte ⁊ tunc notum eſt quod ille non contradicent ſed non negandum eſt quin propter oppoſitionem habendam poſſumus in diſiunctiua vti relatiuo reſtricte ⁊ in copulatiua nō reſtricte hoc dare dicitur ſub aliis verbis cum in diſiunctiua loco relatiui licet ponere ſuum antecedens ſeruata eadē veritate vel falſitate debemus ei vnam contradictoꝛiam copulatiuam ſine relatiuo vt animal ē aſinus vel illud ē homo ſua contradictoꝛia erit nullum animal ē aſinus vel nullum animal eſt homo:nō adeo facile poſſumus procedere cōtradicēdo copulatiue: ſed ibi loco relatiui ponatur relatiuum relatum et referens ſimul et eodem modo in diſiunctiua cōtradicente ⁊ tūc diſiūctiua cōtradicit alteri nec incōuenit in ea relatiuū referre reſtricte qñ reſtrictio ponit in forma.

¶ Tertia regula ꝙ relatiuum reciprocum ſupponit ſicut ſuum antecedens: vt quilibet homo eſt ipſemet:ibi ipſemet diſtribuitur ſicut ſuum antecedens aliquis homo ē ipſemet ibi ipſemet ſtat determinate. Sed ille non equiualent quilibet homo ē ipſemet et quilibet homo quilibet homo eſt. q2 in prima ē diſtributio ſigillata hoc ē dictu denotatur ꝙ quodlibet ſuppoſitū ſubiecti denotatur cadere in ſiſte ſuppoſitū predicati hoc ē ſortes eſt ſortes:et plato ē plato. ⁊ nō debemus inchoare aſcēſum vel deſcēſum a relatiuo:ſed a ſuo añte ⁊ tunc ſimul aſcendimus relatiuo:q2 dicēdo iſte hō ē ipſemet anteceſdens ſtat diſcrete ſic etiā relatiuū. Ex quo ſequitur ꝙ due ꝓpōnes ſubcōtrariant cōpoſite oīno ex terminis cōibus; et tñ nullus terminꝰ in eis diſtribuit hoc patet in iſtis homo ē ipſemet: hō nō eſt ipſemet. Eodē mō pȝ ꝙ predicatū diſtribuit in ſubalternāti et nō ſubalternata. Tertio pȝ ꝙ determinatio accepta vnica acceptiōe cum ſuo determinabili diſtribuit in vna contradictoriarū,⁊ nō in altera hoc pȝ in iſtis:ꝗlibet hō videt ſe:aliꝗs hō nō videt ſe:vbi ſe diſtribuit ī affirmatiua ⁊,nō ī negatiua. Quarto ſequit ꝙ tales ſunt diſtinguēde deꝰ diligit oēs diligētes ſe:quia vel illud relatiuū ſe habet ꝑ añte iſtū terminus deꝰ et tūc illa ē vera ⁊ ſenſus ē,deus diligit oēs hoīes diligētes ſe deum: ⁊ tūc relatiuū ſtat determinate vel hȝ ꝑ añte iſtū terminū hoīes ⁊ tunc relatiuū diſtribuit ⁊ ꝓpō ē falſa et ſenſus eſt,deꝰ diligit oēs hoīes diligētes ſeipſos cuȝ his oībus tñ ſtat ꝙ anteceds diſtribuit relatiuū ſtat determinate ꝓbatur:capio hāc quilibet hō ē ipſemet iſte terminꝰ in preiacēte ſtat determinate ⁊ iſte terminus hō in ꝑiacente ē anteceds relatiui reciproci ſtat determinate ⁊ vltra:ergo relatiuum ſtat determinate. Quito ſequit ꝙ non quilibet terminus cōis vere negat de termino ſtāte confuſe tñ habēte plura ſuppoſita hoc pȝ iſta ē falſa a hō nō eſt ipſemet qō ꝓbo ſua cōtradictoꝛia eſt vera. oīs hō eſt ipſemet capiendo ipſemet tantū vt valet ſicut ipſemet vel ipſamet.

Tertia rla

Corrolaria.

¶ Cõtra hoc arguit. a homo
non eſt iſtemet homo vel iſtemet homo vel iſta-
met homo. ergo a homo non eſt ipſemet conſe-
quentia eſt aſcenſus et antecedens verũ ergo et
conſequens. Forte dicis ſicut dicendum eſt opor
tet aſcẽdere prius ſub añcedente.

¶ Contra hoc nõ euitat ꝑpo
ſitũ a iſte homo vel iſte homo ꝛ iſte homo nõ eſt
iſtemet hõ vel iſtamet hõ ꝛ ſic de ſingulis. Rñde
tur ꝙ oportet aſcẽdere ſigillatim ſicut ĩ hac ho-
mo non eſt ipſemet: quia iſte equiualent forma
liter quemadmodũ iſte animal ẽ homo ꝛ a ani-
mal eſt homo. Sed quãdo ſunt duo termini ab
ſolute diſtributi denotatur tota diſtributio pri-
mi termini cadere ĩ quodlibet ſuppoſitũ ſecũdi
termini. vt omnis hõ oĩs homo ẽ denotatꝰ ꝙ ſor
tes oĩs hõ eſt ꝙ plato oĩs homo ẽ. ꝛ ſic de ſingu-
lis. propterea iſte nõ equiualent quilibet hõ eſt
ipſemet. ꝛ quilibet homo ꝗlibet homo eſt.

Quarta regula. ¶ Quarta regula relatiuum
ſubſtantie idẽtitatis non reciproci ſupponit ſi-
cut terminus cõis ſuo loco poſitus niſi qñ ꝑpo-
ſitio añtis non põt accipi ꝓ pluribus: qꝛ tunc ſp
ſupponit diſcrete vt animal eſt ſortes et qõlibet
Correlarium currẽs ẽ illud: illud, ſupponit diſcrete. Ex quo pꝫ
ꝙ ille in hac copulatiua aliquis hõ eſt: et ꝗlibet
homo ẽ ille ſupponit cõfuſe tñ. Et in hac diſtri
buitur aliqͣs hõ eſt ꝛ nullus hõ eſt ille.

¶ Contra duo dicta arguitur
vnũ eſt dicebatꝰ ꝙ hec eſt ꝟa oĩs homo ẽ animal
et riſibile ẽ illud. Cõtra hoc arguit. hñ ſequitur
oĩs homo ẽ aĩal ꝛ riſibile ẽ illud: et plato ẽ ergo
omnis hõ eſt aĩal et plato ẽ illud. Forte cõcedis
ꝯñs cum ꝯña ſicut cõcedere debes.

¶ Contra bene ſequit omnis
homo eſt animal ꝛ plato ẽ illud. ſed ſortes ẽ hõ:
ergo ſortes eſt animal et plato ẽ illud cõcluſio ẽ
falſa ꝛ minor eſt ꝟa ergo maior eſt falſa ꝛ ꝯñtia
tenet in darij. Forte dicis maior ẽ hypothetica:
et ſic nõ arguit in darij hoc nõ ſoluit argumẽtũ
qꝛ hec ꝯñtia ẽ ſatis bona in darij oĩs hõ eſt aĩal
et plato ẽ currens ſortes ẽ homo ergo ſortes eſt
animal ꝛ plato eſt currens.

¶ Reſpondet ꝙ cõſequentia
nihil valet non qꝛ maior eſt hypothetica. vt ar-
guẽdo oſtẽditur. ſed qꝛ iſte terminus illud equi-
uoce refert in cõcluſione et in maiori oportet ſic
arguere. omnis homo ẽ animal ꝛ plato eſt illud
ſortes ẽ homo ergo ſortes ẽ animal ꝛ plato ẽ il-
lud animal qõ eſt hõ: qꝛ ſic capiebatꝰ in maiori.
Sed ſi relatiuũ refert ſignum vniuerſale ꝑpoſi
Bentiſber. tio ꝑpoſita ẽ neganda. quare Hentiſber hñ cõ-
cedit has copulatiuas oẽs homines ſimiles cur
runt quorũ nullus mouetur. Oĩa cõpoſſibilia
iſtoꝝ ſunt ꝛ illa nec ſunt finita. prima pꝫ poſito
ꝙ ſint quattuor hoĩes in mũdo ſolũ currentes:
quorũ duo ſunt albi et duo nigri: iam oẽs hoĩes
ſimiles currũt ꝛ ſcđa cathegorica ẽ vera: qꝛ ſen-
ſus ẽ eoꝝ oĩm hominũ ſimiliũ nullus hõ moue
tur qõ eſt verũ: qꝛ nulli ſunt oẽs hoĩes ſimiles.
qꝛ duo nõ ſunt oẽs hoĩes ſimiles: imo nulli duo
alia ꝑpõ pꝫ capiendo binarios duos cõtradicto
riorum ſortes currit ꝛ ſortes nõ currit: papa dor
mit et nullus papa dormit: iam oĩa cõpoſſibilia
iſtorum ſunt notũ eſt diſtributiue ꝑ inductionẽ

ſcđa pꝫ pꝫ qꝛ ipſa ẽ vna negatiua de ſubiecto nõ
ſupponẽte cũ nulla ſint oĩa cõpoſſibilia iſtoꝝ.

¶ Contra iſtã ꝑpoſitionẽ ar-
guitur. aliquis homo eſt ꝛ quilibet hõ ẽ ille. Hñ
ſequitꝰ aliquis homo eſt et ꝗlibet hõ eſt ille ergo
ille hõ ẽ ꝛ quilibet homo eſt ille vel iſte hõ eſt et
quilibet homo ẽ ille ꝛ ſic de ſingulis. ꝯñs eſt fal-
ſum ergo et añs: et ꝯña tenet ꝑ deſcẽſuꝫ. Rñdetꝰ
negãdo ꝯñam: qꝛ iſte terminus ille ſtat diſcrete
in cõſequente ꝛ confuſe tantũ in añte: ꝓpterea
deſcendendo ſub antecedẽte ponatur relatiuuꝫ
relatum loco relatiui ſic dicendo iſte homo eſt ꝛ
quilibet homo eſt ille homo qui eſt vel iſte hõ ẽ
et quilibet homo eſt ille homo qui eſt vbi conſe
quens eſt verum ſicut antecedens.

¶ Quinta regula relatiuũ di- Quinta regula
uerſitatis ſupponit ſicut terminus cõis ſuo lo-
co poſitꝰ: vt hõ currit et alius ab eo diſputat aliꝰ
ab eo ſupponit determinate: ſed dicẽdo oĩs aliꝰ
ab eo diſputat. relatiuum diſtribuitur in duobꝰ
caſibus: tamẽ relatiuũ nõ ſupponit prior eſt qñ
ꝑpoſitio añtis ẽ falſa vt antichriſtꝰ currit ꝛ aliꝰ
ab eo diſputat. Ex illo patet ꝙ relatiuũ diuerſi-
tatis eſt inferiꝰ ad nomẽ infinitũ vt alius ab an Correlarium.
tichriſto ẽ inferiꝰ ad nõ antichriſtꝰ omne aliud ab
antichriſto eſt nõ antichriſtus ſed nõ econuerſo
plato ẽ non antichriſtus ꝛ nõ eſt aliud ab anti-
chriſto. vbi Georgius dicit ꝙ ſunt termini cõuer Georgius.
tibiles intellige ad aliquẽ bonũ ſenſum de quo
nõ curo. Scđs caſus ẽ qñ ſuũ añs ẽ traſcẽdẽs: vt
ens currit ꝛ aliud ab eo diſputat ſenſus ẽ aliud
ab ente diſputat modo nihil ẽ aliud ab ente.

¶ Contra hoc arguit. hõ cur-
rit ꝛ aliud ab eo diſputat. ergo ens ẽ et aliud ab
ente diſputat. Tenet ꝯña ab inferiori ad ſupius
reſpectu currẽs et ens homo ꝛ ens.

¶ Reſpõdet ꝙ arguit cum di-
ſtributiõe ſupioris reſpectu relatiui. ſed hec ꝯña
eſt bona aĩal ẽ albũ ꝛ aliũ ab eo currit: ergo ens
eſt albũ vel ens ẽ ꝛ aliud ab aĩali albo currit.

¶ Ultima regula ꝙ relatiuuꝫ Sexta regula
accidẽtis ſupponit ſicut terminus cõmunis ſuo
loco poſitus non pro illo pro quo propoſitio añ-
cedentis verificatur ſed pro re ſimili vel diſſimi-
li in qualitate vel quantitate ſm exigentiam re
latiui vt ſortes eſt albus: et talis eſt plato ibi ta-
lis pro platone ſupponit.

¶ Circa hãc materiã dubitatꝰ Duo du-
vtrũ relatiuũ poſſit ampliari añte nõ ampliato bia.
¶ Scđo dubitatꝰ an relatiuũ ſp ſupponat eodẽ
genere ſuppõnis cũ ſuo añte. Et an in rõnali ꝛ
cauſali referat reſtricte ſicut in copulatiua.

¶ Ad primũ reſpondet ꝙ rela
tiuũ in cõditionali ꝛ in diſiunctiua poteſt amplia
ri añte nõ ampliato ratio: qꝛ in talibus loco re-
latiui licet ponere ſuũ añs remanente eadẽ ve-
ritate vel falſitate. modo añs poteſt pro pluribꝰ
ſupponere ꝙ̃ ſupponat: ergo in illis põt amplia
ri. Et in copulatiua vertitur queſtio poſſumꝰ ſic
explicare ꝑpoſitiones relatiuas ſortes currit et
ille mouetur ſortes currit: et ille ſortes currens
mouetꝰ animal diſputat ꝛ illud eſt homo aĩal di-
ſputat ꝛ illud aĩal diſputãs eſt hõ homo ẽ albus
ꝗ currit homo ẽ albus ꝛ ille hõ exiſtẽs albus cur

rit nūq̄ capiēdo relatiuū q̄ ꝛ ita de ꝓ̄ture ſermonis debem' ꝓcedere. Sꝫ nō ñ.ꝑ ſic explicamus tales aīal currit ꝛ illō diſputat aīal qō currit diſputat hō currit q̄ mouet hō currit et ille homo qui currit mouetur vbi.

☛ ℂ Notādum ꝙ q eſt ꝛ qō eſt ꝛ huiuſmodi duobus modis capiuntur vno modo reſtrictiue ita ꝙ reſtringant terminos quibus adduntur pro vna differentia temporis ſcilicet preſenti apud alios pure differentialiter ꝛ ſic cōmuniter in ampliationibus capiuntur.

ℂ Alio mō capiunt ꝑ̄cipialr̄ vt hō q̄ currit hō currēs hō q̄ ē alb' hō exiſtēs albus. Primo mō capiēdo nō poſſunt āpliari bñ̄ tm̄ ſcdo mō ꝛ hec diſtinctio notāda eſt ꝓ talibus ꝓpoſitionib' adā eſt mortuū qō eſt antichriſtus eſt futurū qō eſt antixp̄s poſſibilr̄ eſt hō qui eſt. Preterea aduerte capiendo iſtos terminos ꝑ̄cipialr̄ ſubſumendo ſillogiſtice nō ſufficit capere copulā de futuro vel p̄terito in minori iſte mod' arguēdi eſt null' oē qō erit eſt antixp̄s erit ergo antixp̄s q̄ eſt vel erit eſt añs eſt verū ꝛ ꝯñs falſuꝫ ꝛ cauſa tacta eſt in ſillogiſmis ꝛ hoc patet ſi capiamus equiualens ſubiecti maioris omne futurū eſt vbi futurū ſupponit ꝓ futuro quod eſt ꝛ erit oportet in minori dicere antixp̄s eſt futurū quod eſt capiēdo quod eſt partim reſtrictiue.

ℂ Ad ſcdꝫ dicit ꝙ nec relatiuū ſupponit eadē ſpecie ſuppoſitiōis cū ſuo añte nec eodē ḡñe primū ꝑ3 ex dictis ſcdm ꝑ3 q2 dicendo aīal eſt genus ꝛ illō eſt triſillabū añs ſupponit materialiter ꝛ relatiuuꝫ ꝓ ſignificato vltimato capitur ſed ſupponit materialiter relatiue ꝛ hoc nihil aliud eſt dictu ꝙ referre antecedens ſupponens materialiter.

ℂ Ad alteram partem dubij dicitur ꝙ relatiuum in copulatiuis et cauſali refert reſtricte hoc patet ex copulatiuis quas includunt. ℂ Et hec de relatiuis.

ℂ Sequitur de deſcenſu.

Bipartita aſcenſus acceptio.

Deſcēſus duobus modis capit̄. Uno mō prime intēcionalr̄ queadmodū dicim' terra deſcēdit ad cētrū mūdi. Alio mō ſecūde intētionalr̄ ꝛ ſic ꝯuenit cōſequētis ꝓpter metaphoram deſcēſus p̄le intētionalr̄ q2 queadmodū ibi a loco eminētiori ad decliuiū procedit ſic hic a termino ſuperiori ad inferiores arguit̄ ſed deſcēſa vocat̄ ꝓpoſitio ſub cuius termino deſcēdit̄ deſcēdētes ſunt propoſitiones in qb' terminus inferior cōtinet̄ eodē mō aſcēdētes ꝛ aſcēſa ſe hñt ſꝫ deſcēſus vel aſcenſus eſt vna conſequentia totalis.

Deſcēſus diffinitio.

ℂ Et diffinit̄ deſcēſus ſic. deſcēſus eſt ꝯña formalis in qua arguit̄ a termino ſuperiori ad terminos inferiores ei' in ſupponēdo tm̄ ſic cōiter d2 multa hic ſtāt ad nomē ꝙ econtrario valeat aſcēſus ſed rōne deſcēſus ꝛ ꝙ non eſt deſcenſus niſi arguat̄ a termino ſuperiori in ſupponēdo.

Corrolarium.

ℂ Ex illo ſequit̄ ꝙ h̄ dñe vna ꝯña q̄ eſt bon' deſcēſus cras manebit hōa ꝯña ꝛ nō bonus deſcēſus vt oē currēs eſt ꝛ iſta currētia ſunt oīa currētia q̄ hoc currēs eſt ꝛ hoc currēs eſt ꝛ ſic de ſingulis ſuppoſito qō hodie ſint currentia et cras nulla ꝑ3 ꝓpoſitū etiā voluātariū eſt dicere qō nō deſcēdit̄ ſub termino habēte vnū ſuppoſitū tm̄. Jtē aduerte ꝙ aliquis deſcēſus eſt materialis vt qñ ſub termino cōi inferūtur ſingularia determinata dicēdo oīs homo. currit ꝛ iſti hoīes ſunt oēs hoīes. q̄ ſortes currit plato currit ꝛ ſic de aliis. idē interdū cōtingit inferēdo ſingularia in ſupponendo tm̄ vt oīs hō currit ergo hō ſortes currit ꝛ hō plato currit, ſed de iſto deſcēſu nō agit̄ in ꝓpoſito. Jſto notato repetat̄ diffinitio qua dicebat̄ deſcēſus ē ꝯña formalis tenēs a termino ſuperiori ad terminos inferiores ei' in ſupponēdo. i. ſi ſupponāt ſuꝑ̄fluum eſt dicere in ſupponēdo tm̄ vt ꝑ3 ꝑ genus diffiniti ꝯña formalis nec oportet dicere in ſupponēdo tm̄ ꝑ3 ex ꝓdictis qñ deſcēdit̄ ſub aliquo termino aliqua ſunt ſeruāda. Prim̄. i qñ deſcēdimus ſub aliquo termino addamus ꝓnomē demonſtratiuū termino ſub quo deſcēdimus reliquis terminus remanentibus in propria forma ꝑ̄m proprietates logicales bone ꝯñie impeditiuas. dicitur impeditiuas q2 alias nō oportet vt patet deſcendendo ſub ſubiecto huius omnis homo eſt aīal iſti homines ſunt omnes hoīes ergo iſte hō ē aīal ꝛ ſi: de ſingulis vbi animal in deſcenſa ſtat cōfuſe tm̄ ꝛ in deſcendentibus determinate ſed q2 delētur multitudo talis variatio non impedit bonitatē conſequentie ꝛ iſtud ſufficit ſed in ſpeciali caueatis ne arguatur a ſuppoſitione confuſa tantum ad determinatam reſpectu multitudinis quare non ſequitur omni tempore homo non eſt animal ergo iſto tempore homo non eſt animal ꝛ iſto tempore homo non eſt animal q2 homo in deſcēſa ſtat cōfuſe tm̄ ꝛ in deſcēdētib' determinate reſpectu multitudinis opꝫ dicere differētie iſto tp̄e a hō nō eſt aīal. Scdō cauēdū eſt qñ eſt determinatio accepta nō vnica acceptiōe cū ſuo determinabili ne inchoetur deſcēſus a determinabili quare nō ſequit̄ cuiuſlibet hoīs q̄ꝫ aſinus eſt currēs ergo cuiuſlibet hoīs iſte aſinus eſt currēs demōſtrādo brunellū ſed inchoādū eſt a determinatione ꝛ poſtea deſcendat̄ ſub determinabili. ſed qñ eſt determinatio accepta vnica acceptiōe cū ſuo determinabili gratia forme acceptionis terminoꝝ ſecurū ꝛ diſiūctim deſcēdere licet aliqñ gratia forme copulatiue ꝛ diſiunctiue deſcendere poſſumus vt idem in exponibilibus frequenter contingit. Ultimo cauendum eſt quando eſt terminus diſtributus reſpectu termini ſtantis determinate ne incipiamus aſcendere ſub diſtributo ſed incipiendū eſt a termino ſtante determinate ꝛ poſtea ſub altero aſcendatur ſed de talibus cuiuſlibet hoīs h pars non eſt in ſcholis arguendo dicetur. Unde aſcēſus eſt conſequentia formalis qua arguitur a ꝓpoſitionibus ſingularibus ad vniuerſalem non ꝙ ꝓpoſitio quā inferimus ſit vniuerſalis vt in primo tractatu ſed hic capitur pro termino cōmuni ꝛ propoſitio de termino ſingularizato ſingularis reputatur aliqua ſunt facilia ſcilicet ꝙ ſub termino diſtributo oportet deſcendere copulatiue ſub termino ſtante confuſe tantum per ſignum collectiuum vel exkluſiuum exponibile gratia pluralitatis copulatim ſi confuſe tantuꝫ ꝑ alia ſigna diſiunctim et ſub quocūq̄ termino poſſumus deſcendere diſiunctiue poſſumus deſcendere copulatiue ꝛ diſiunctim. ſed non copulatim vt patet per innumera exēpla.

Diffinitionis deſcenſus repetitio.

Seruāda in deſcēſu.

Aſcenſus diffinitio.

ℂ Cōtra litterā arguit̄ deſcen

ſus eſt ꝯña formalis ergo ois deſcenſus eſt ꝯña
formalis ꝯñs eſt falſuꝫ: vt pꝫ de hoc deſcēſu ois
homo currit ergo ſortes currit ſemper ſuppono
conſtātiam de qua poſtea loquar.

¶ Forte concedis ſicut conce-
dendum eſt conſequens ⁊ negas ibi eſſe deſcen-
ſum de quo eſt ad propoſitum.

¶ Cōtra formaliter nō ſequit
ois hō eſt aial ergo iſte hō eſt aial ⁊ ſic de ſingu-
lis in ſimili forma inſtabo ois hō eſt aial ꝗ iſte
lapis currit ꝙ ſit ſimilis forme cū alia pꝫ qꝛ añs
vni' eſt eiuſdē forme cū añte alteri' ⁊ ꝯñs cū ꝯñ-
te ergo vna ꝯña eſt eiuſdē forme cum alia.

¶ Reſpondetur negando cō-
ſequentiam quia non ſunt tot terminiꝫ ſynoni-
mi in vna ſicut in alia.

¶ Cōtra. ſaltē iſte ſunt eiuſdē
forme ois hō eſt aial ⁊ iſti hoies ſunt oēs hoies
ergo iſte hō eſt aial ⁊ iſte hō eſt aial ⁊ ſic de ſingu
lis demōſtrādo in ꝯñte idē qō demōſtras in ꝯſtā
tia ⁊ ois hō eſt aial ⁊ iſti hoies ſunt oēs hoies er
go iſte homo eſt animal ⁊ iſte hō eſt aial ⁊ iſte hō
eſt aial demōſtrādo antichriſtū. Sed iſta ſecūda
ꝯña nihil valet ergo prior nō eſt formalis ꝙ ſit
eiuſdē forme cū alia pꝫ deſcenſa vnius cū deſcē-
ſa alterius eſt eiuſdē forme ⁊ cōſtātia cū cōſtātia
deſcendētes cū deſcēdētibus ⁊ tot ſunt termini
ſynonimi in vna ſicut in alia qꝛ pluralis ⁊ ſingu
laris nō ſunt termini ſynonimi qꝛ tūc darij nō
eſſet bona ꝯña. Nō ſequit omnis homo eſt ani-
mal ⁊ ſortes eſt homo ergo ſortes eſt animal. In
ſimili forma dabitur inſtantia ois hō eſt aial et
ſortes eſt homo ergo ſortes eſt aialia: quia ſi nu
merus non variat ſynonimitateꝫ ſecunda ꝯña
eſſet eiuſdem forme cum priori.

¶ Rñdet negādo ꝙ cōſequen
tie propoſite ſunt eiuſdē forme qꝛ poſtꝗ in cōſtā
tia ⁊ in ꝯñte demōſtrat idē lꝫ vno actu demōſtrā
di in conſtātia eſt maior approximatio ad ſyno-
nimitatē immo illa collecta in plurib' ſingulari
bus virtualiter idē demōſtrāt. In ſecūda ꝯña ali
ꝗd demōſtrat in ꝯſequēte ꝙ nullo mō demōſtra
tur in ꝯſtātia vbi eſt maxima elōgatio a ſynoni
mitate qꝛ qñcūq; ꝓnomē demōſtrat diuerſa pu-
re equiuoce capitur. Iſte nullo mō repugnāt iſti
hoies iſti demōſtrādo ſortē ⁊ platonē ⁊ iſte hō nō
eſt ⁊ iſte hō nō eſt demōſtrādo ioānē ⁊ robertuꝫ.
Sed iſte repugnāt. Iſti hoies ſunt ⁊ iſte hō nō ē
⁊ iſte hō nō eſt eiſdē demōſtratis. Nec ſunt eiuſ-
dē forme cū aliis. Et ad argumentū in darij ois
hō eſt aial ſortes eſt hō ergo ſortes eſt aial. Dicit
ꝙ ē formale ⁊ hec ꝯña nō ē eiuſdē forme ſecū ois
hō ē aial ſortes ē hō ergo ſortes ē aialia qꝛ ſingu
lare ⁊ plurale variāt ſynonimitatē ad hūc ſenſuꝫ
ꝙ nō ſunt mere termini ſynonimi ſꝫ notū eſt ꝙ
magis in ſynonimitate participant ꝙ̄ ſingula-
re ⁊ plurale termini impertinentis.

¶ Unde aliqua ſunt argumē-
ta diuerſe forme quorū aliꝗ magis ꝯueniūt i for
malitate ꝙ̄ alia ⁊ in h̄ ſtat pōcrū ſolutiōis ⁊ h̄ pꝫ
ꝓpoſitis trib' argumētis in darij vel in barbara
ſtat ꝙ nullū ſilloꝛ ſit eiuſdē forme cū alio ⁊ tñ
duo magis conuenient in formalitate ꝙ̄ alia
duo ſic in ꝓpoſito ꝑ deſcēſuꝫ ois hō currit et iſte
hō eſt ergo iſte hō currit, ⁊ ſic de ſingulis cōtinue
idēꝫ demonſtrādo in cōſequēte et in cōſtātia hic
eſt bonus deſcēſus. Similiter hic ois hō currit ⁊
iſti homines ſunt oēs hoies ergo iſte hō ⁊ iſte hō
currit ⁊ ſic de ſingulis demōſtrādo idē in deſcēdē
tibus ⁊ in cōſtātia iſti duo deſcēſus nō ſunt eiuſ-
dē forme ſed ambo boni. ¶ Et ſi capiat tertius
deſcēſus reputatus ſiue in ſingulari ſiue in plu-
rali demōſtrādo in deſcēdētib' qō nō demōſtra-
bat in cōſtātia nō erit eiuſdē forme cū vno iſtoꝝ
deſcēſuū iſta clarebūt in formalitate cōſequēte
Et eodē mō ſoluit aliud argumētū quo arguēs
concludit has duas eē eiuſdē forme. Ois homo
currit ⁊ iſti homines ſunt omnes homines ergo
iſte homo currit ⁊ iſte homo currit ⁊ iſte homo
currit. Omnis homo currit ⁊ iſti aſini ſunt oēs
aſini: ergo iſte hō currit ⁊ iſte homo currit ⁊ iſte
homo currit: ⁊ ſic de ſingulis.

¶ Secūdo arguit. non ſequit
iſte homo eſt iſte homo ⁊ iſta homo ē iſta homo
⁊ ſic de ſingulis continue demonſtrādo idē a par
te ſubiecti ⁊ a parte ꝑdicati ergo ois homo ois
homo eſt ⁊ tñ ibi eſt aſcenſus igitur ꝙ nō ſeqtur
patet añs eſt verum ⁊ ꝯñs falſum.

¶ Rñdet cōcedēdo ꝙ nō ſeqt
nec hñ aſcēdit nō eſt error eo ꝙ ſimul aſcēditur
ſub duob' terminis. Sed qꝛ nō demōſtrant ola
ſuppoſita taliter qualiter ꝑ diſtributionē deno-
tat ꝑ vṗem ſignificat ꝙ ſortes ois hō eſt ꝙ plato
omnis homo eſt ⁊ ſic de quolibet homine deno-
tatur ꝙ eſt omnis homo. Oportet demonſtra-
re ſortē in prima ⁊ ipſum demonſtrare a parte
vtriuſq; extremi. Et poſtea ſubiecto idē demon
ſtrāte demonſtrare omnes homines in mundo
a parte predicati ⁊ poſtea opꝫ demonſtrare pla-
tonē a parte ſubiecti demonſtrādo oēs hoies a
parte predicati ita ꝙ cū platone a parte ſubie-
cti demōſtrent oēs hoies a pte ꝑdicati ⁊ ita cum
quolibet a pte ſubiecti quilibet hō a parte predi
cati demonſtretur.

¶ Cōtra hoc ar ꝯtinue demō-
ſtrādo idē a pte ſubiecti ⁊ predicati demōſtrant
oēs hoies ⁊ ſolū extrema diſtribuūtur ꝑ hoibus
ergo in primo aſcenſu demonſtrantur omnia
ſuppoſita extremorum.

¶ Forte dicis ſicut dicēdū ē lꝫ
demōſtrent ola ſuppoſita nō tamē taliter quali
ter per diſtributiones in vniuerſali denotatur.

¶ Cōtra ille ſingulares ſuffi-
cienter inferunt aliquam vniuerſalem ⁊ nullā
niſi hanc omnis homo omnis homo eſt: ergo
illā inferūt. ¶ Negatur minor immo hanc infe
runt omnis homo eſt ipſemet vel ipſamet.

¶ Forte dicis ꝗlꝫ ſingularis
iſtius omnis hō eſt ipſemet equalet vni ſingula
ri iſtius ois hō ois hō eſt ⁊ econuerſo ergo habe
būt penitus eaſdē ſingulares quicquid ſit de cō-
ſequentia nego añs pro ſcđa parte ſcꝫ ecōuerſo
iſte hō eſt iſte hō demōſtrādo diuerſa ex pte ſub
iecti ⁊ predicati que eſt ſingularis huius omnis
homo eſt ois homo nulli ſingulari alteri equa-
let. Et eodem modo ſoluūtur talia argumenta
iſti homines ſunt duo homines demonſtrādo
duos hoies ⁊ iſti hoies ſunt duo homines demō
ſtrādo alios duos ⁊ ſic de ſingulis duob' ergo om
nes homines ſunt duo hoies añs eſt verū ⁊ ꝯñs

falſum: q2 licet ego demōſtrem quēlibet hoīem in mūdo: non tñ capio ſufficiētes ſingulares ex parte ſubiecti diſtributi. Subiectū diſtribuit̃ p tribus p quattuoꝛ pro q̄nq3 ꝛ opoꝛtet capere ta les ſingulares. Et eodē modo hic iſte ꝑpoſitio nes nō ſunt vere ꝛ iſte ꝑpōnes nō ſunt vere ꝛ ſic de ſingulis ſemꝑ demonſtrādo duas cōtradicto rias: ergo nulle ſunt vere. aña eſt verū ꝛ ꝯña fal ſum. licet quelibet ꝑpō ſit demōſtrata nō tñ de mōſtratiōe ſufficiēti. Opoꝛtet capere oīa ſingu laria p quib' ſubiectū eſt verificabile op3 demō ſtrare tres ꝑpōnes veras duas veras quattuoꝛ veras: q2 pro illis ſubiectū diſtribuitur.

Tertio arguitur non ſequitur iſte hō currit. ꝛ iſta hō currit et ſic de alijs er go oīs hō currit. ꝛ tamē eſt aſcēſus ergo aſcenſus nō eſt bona ꝯña. Maioꝛ pz q2 poſito ꝙ q̄ttuoꝛ hoīes currāt aña eſt verū q2 dicēdo. ꝛ ſic de alijs. ibi hoībus incluſum ſtat determinate vel capiē do ſubſtātiua ꝑpria nomina idem redit.

Reſpōdetur ꝙ in aſcēſu iſte terminus ꝛ ſic de alijs capit̃ vt tātum valet et ſic de ſingulis. ꝛ iterū illa particula ꝛ ſic de ſingulis cō plet vnā copulatiuā ſi copulatiue aſcēdat̃ ꝛ diſiū ctiuā ſi diſiūctiue procedit̃ qñ dico iſte hō currit: ꝛ iſta hō currit ꝛ ſic de ſingulis. ponit̃ ille termi nus ꝛ ſic de ſingulis ac ſi enumerarent̃ oēs termi inferioꝛes reſpectu termini ad quē aſcēdim'.

Corrolarium

Ex iſto patet ꝙ iſte terminus ſingulis nihil diſtribuit nec diſtribuit p ſup poſitis in innumerādis tñ nec p innumeratis tñ nec p inumeratis ꝛ innumerādis ſimul: ſed tñ valet ſicut dictū eſt. ꝛ ex illo ſcdo ſeq̄tur ꝙ hec ꝯña nihil valet iſte hō currit. ꝛ iſta homo currit ꝛ ſic de ſingulis. ergo oīs hō currit. q2 interdum ita erit ſicut ſignificat̃ per aña qñ nō ita erit ſi cut ſignificatur p conſequēs: q2 totū aña preciſe complectitur copulatiuam compoſitā ex omni bus ſingularib' inferioꝛibus nūc ad iſtū termi nū homo ꝛ ſi duo homines naſcātur qui nō cur runt aña erit verū et conſequēs falſum.

Cōtra hoc arguit̃ ſi antecedens erit verū et ꝯña falſum. hoc maxie eſſet in caſu poſito ſignādo cētū vel mille ſingularia po nēdo vltra hoc ꝙ aliq̄ naſcātur. Sed contra qñ tūc ſunt mille homines cū illis duobus illa parti cula ꝛ ſic de ſingulis includit copulatiuam ex oī bus illis compoſitam: ergo tunc antecedēs erit falſum ſicut et conſequens.

Reſpōdetur ꝙ antecedens ſignificās ſm ſignificationem ſm quā termini nunc accipiuntur erit verum quando cōſequēs erit falſu3. et hoc ſufficit ad maliciam conſequē tie. Sed bene verum eſt iſto tempoꝛe quo conſe quēs ē falſum ſi capiātur omnia ſingularia ſub iecti cōſequentis aūtecedens erit falſum.

Corrolarium.

Ex toto hoc argumēto patet ꝙ debemus ſic arguere iſte homo currit et iſta homo currit ꝛ ſic de ſingulis et iſti homines ſunt omnes homines ergo om nis homo currit. Sed quando diſiunctiue aſcē dimus ſic de ſingulis diſiunctiuam includit: ſed ſi iſte terminus ſingulis haberet pro ſubſtātiuo terminū ſub quo aſcēditur. Cōſequentia eſt bo na ꝛ foꝛmalis ſiue capiātur ſingularia in ſuppo nendo tātum ſiue in ſupponēdo et ſignificando ſimul. Ratio ē q2 arguitur a tota copulatiua ad alteram eius partem equiualenter.

Quarto ar̃. non ſequit̃ omne ens eſt ergo hoc ens ē ꝛ hoc ens eſt. ꝛ ſic de ſingu lis et tamē ibi eſt deſcēſus igit̃. Minoꝛ patet et ꝓbatur maioꝛ. q2 antecedēs eſt neceſſariū ꝛ con ſequēs contingēs iſta ē neceſſaria omne ens eſt q2 equiualet iſti aliqđ ens ē que ſequitur ex hac deus eſt ergo ipſa eſt neceſſaria contingētia con ſequētie eſt nota de ſe. et idem pz hic ſm Ariſto telem oīs homo ē animal. ergo iſte hō ē aīal. et iſta hō eſt animal: ꝛ ſic de ſingulis.

Ariſto.

Rñdet̃ p materia argumēti ꝙ arguendo ab vli affirmatiua vel ab indefini ta affirmatiua ad ſingulares ei' ſine cōſtantia: nō valet argumentū. Sed aggregatū ex conſtā tia et vli vel indefinita debet eſſe aña.

Quid conſtantia.

Conſtātia vt in ꝑpoſito eſt dare ꝑpoſitionem q̄ eſt ſecūdo adiacēte cū pro nomine demōſtratiuo demōſtrante rem ſignifi catā per terminū ſub quo deſcenditur vt omnis homo eſt aīal: ꝛ iſte homo eſt poſſum' ꝑpoſitio nem de ē tertio adiacēte cum ꝓnoīe demōſtrati uo demōſtrāte rē ſignificatā per terminū in plu rali numero a parte ſubiecti ponēdo eundē ter minū a parte predicati cum ſigno collectiuo vel ſine ſigno collectiuo vt omnis hō eſt animal: et iſti homines ſunt oēs homines. vel ſic. ꝛ iſti ho mines ſunt hoīes. Et cōſtantia debet eſſe ꝑpoſi tio affirmatiua et nō negatiua quare hec ꝯñtia nihil valet hoc ens nō ē vel hoc ens nō ē vel hoc ens nō eſt demōſtrādo oīa entia ꝛ nō ſunt plu ra entia. ḡ aliqđ ens nō eſt q2 coꝛrupto vno iſto rum entiū aña eſt verum et ꝯña impoſſibile: ſed opoꝛtet dicere in conſtātia et iſta entia ſunt oīa entia mō partes antecedētis repugnāt nō ꝑpter vnius ptis impoſſibilitatē: ſed earūdem incom poſſibilitatē. Cōſtātia infert hoc ens eſſe et hoc ens eē ꝛ ſic de ſingulis qđ cōtradicit diſiūctiue.

Notes.

Rñdetur ad foꝛmā argumēti ꝯcedendo ꝙ nō ſeq̄tur omne ens eſt ergo hoc ens ē ꝛ hoc ens eſt ꝛ hoc ens ē ꝛ ſic de ſingulis et nego ꝙ ſit deſcenſus: q2 opoꝛtet capere conſtan tiā cum deſcenſu pro tali antecedente vbi ante cedens erit cōtingens ꝑpter cōtingentiā cōſtātie. Et eode3 modo de exemplo ariſtotelis dicatur. Pro tota materia ponūtur ꝑpōnes.

Ariſto.

Ad hoedē riū enodationē propoſitiōes.

Prima ꝑpoſitio arguēdo a ſuperioꝛi ad inferioꝛem negatiue cu3 diſtribu tione ſuperioꝛis nō eſt opus conſtātia bene ſeq̄ tur nullus homo currit ergo iſte homo non cur rit ꝛ iſte homo nō currit ꝛ ſic de ſingulis. Hoc p3 oppoſitum cōſequentis repugnat antecedenti: iſte homo currit vel iſte homo currit cum ante cedente conſtituit copulatiuam impoſſibilem. Sed ſi teneamus ꝙ ad bonitatem deſcenſus re quiritur ꝙ ecōtrario valet aſcenſus nō eſſet bo nus deſcenſus ꝛ ſufficiens ſed eſſet bona ꝯñtia: ſed hoc eſt contendere de noīe.

Secūda ꝑpoſitio ſequens ex hac eſt ꝙ arguendo ab inferioꝛi ad ſuperius diſiūctiue et affirmatiue non eſt opus conſtātia bene ſequitur iſte homo currit vel iſte homo cur rit ꝛ ſic de ſingulis ergo homo currit. Probatur ex oppoſito conſequētis ſeq̄tur oppoſitu3 aña̅tis

per primam propoſitionē ergo hec cōſequentia eſt bona et habetur ſecūda ꝓpoſitio.

¶ Tertia ꝓpoſitio eſt arguendo a ſuperiori ad inferius cum diſtributione ſuperioris ſine conſtantia nō valet. Hoc patet ex principali argumento. Et ex illo ſequitur ꝙ diſiūctiua cōpoſita ex cathegoricis negatiuis non infert particularem negatiuam quia ibi arguit ex oppoſito ad oppoſitum.

Cōtrolarium.

¶ Quarta ꝓpoſitio hec conſequentia nihil valet iſte hō non ē animal. et iſte homo nō eſt animal ⁊ ſic de ſingulis vt ſic de ſingulis, compleat copulatiuam compoſitā ex omnibus cathegoricis negatiuis reſpōdentib᷒ ſubiecto huius omnis homo nō eſt animal. vel hui᷒ homo ē animal quod pro eodem accipio ꝙ non ſequatur. patet. q2 aīs ſm Ariſtotelē eſt contingens ⁊ conſequēs impoſſibile immo ſm veritatem ita erit ſicut ſignificat per añcedēs de hinc ad trecentos annos ⁊ non ita ſicut ſignificatur per conſequēs. Ex illo ſequūtur ꝓpoſitiones.

Ariſtote.

¶ Quinta ꝓpoſitio in ordine eſt: ꝙ hec cōſequentia nulla ē homo eſt animal: ergo iſte homo ē animal vel iſta homo ē aīal. et ſic de ſingulis. Hoc patet q2 hic arguitur ex oppoſito cōſequentis ad oppoſitū aītis.

¶ Sexta ꝓpoſitio iſte hō nō eſt animal. ⁊ iſta hō non ē animal et omnis homo eſt animal: probat ꝓpoſitio. non ſequit iſte homo nō eſt animal ⁊ iſta homo nō eſt animal et ſic de ſingulis: ergo nullus hō eſt animal per quartam premiſſam: q2 oppoſitū conſequentis nō repugnat antecedenti ſed oppoſitum ꝯñtis eſt hō ē aīal ⁊ cum quocūq; ſtat vnū equiualens reliquū ſtabit omnis homo ē aīal equalet huic. homo ē aīal ergo cū antecedente ſtabit.

¶ Septima ꝓpoſitio aliquis homo ē animal ⁊ iſte homo non ē animal ⁊ iſte homo nō eſt animal. Probatur ꝓpoſitio capiēdo oppoſitū cōſequētis quod nō ſequit ex priori parte more propoſitionis precedētis.

¶ Octaua ꝓpō aliqua vniuerſalis ē neceſſaria ſm Ariſtotelē cui᷒ ꝗlibet ſingularis ē contingēs. Hoc pꝫ de hac omnis homo eſt animal ⁊ ſuis ſingularibus.

¶ Nona ꝓpō ex hac ſequēs ē Aliqua vniuerſalis ē impoſſibilis cui᷒ ꝗlibet ſingularis ē cōtingens. patet de hac nullus omnis eſt animal ⁊ ſuis ſingularibus.

¶ Decima propoſitio aliqua ꝓpoſitio vlis ē contingēs cuius quelibet ſingularis ē impoſſibilis. patet de hac omne animal in aula eſt aſinus ſummuliſt. s ſolum exiſtentibus in aula iſta vniuerſalis poteſt eſſe vera et poteſt eſſe falſa ergo eſt cōtingēs. Et quelibet ſingularis ē impoſſibilis demōſtrādo ſortē ſummuliſtā hec ē impoſſibilis hoc aīal in aula ē aſinus.

¶ Undecima ꝓpoſitio eſt aliqua vlis ē contingēs cuius quelibet ſingularis ē neceſſaria. probat hec ē cōtingens nullum aīal in aula ē aſinus: et tñ quelibet ſingularis ei᷒ eſt neceſſaria hoc aīal in aula non eſt aſin᷒ demonſtrando ſortē cōuertitur cum hac ſortes non eſt aſinus que claret eſſe neceſſaria per impoſſibilitatem ſui cōtradictorij. Ex omnibus hīs tamē non oportet concedere ꝙ ex poſſ. biu ſequat im poſſibile vel ex neceſſario contingens.

¶ Duodecima aliqua vniuerſalis ab aliquo ē ſcita cui᷒ nulla ſingularis ab eodem eſt ſcita. ꝓbatur ego ſcio hāc omnis homo exiſtens rome ē rome ⁊ quacūq; ſingulari michi ꝓpoſita ē mihi dubia. iſte homo exiſtens rome eſt rome demōſtrando ſummū pontificē ē mihi dubia. Et ex hac ꝓpōne ſeqtur ꝙ aliquā vniuerſalem ſcio eſſe falſam ⁊ quālibet ſingularem ei᷒ dubito eſſe falſam. vt pꝫ de cōtraria vniuerſalis date cū ſingularibus eius. Nec ꝓpterea ſeqtur ꝙ aliqua ꝯña eſt bona a me ſcita eſſe bona: cuius aīs ē ſcitū ⁊ ꝯñs dubiū: q2 hec ꝯña eſt nulla oīs homo exiſtens rome ē rome: ergo iſte hō exiſtēs rome eſt rome demōſtrando papam ⁊ ſi capias hanc omnis homo exiſtens rome eſt rome ⁊ iſti homines ſunt oēs homines exiſtētes rome. ergo iſte homo exiſtens rome eſt rome. concedit conſequētia: ſed quemadmodum conſequēs eſt mihi dubiū ita et aīs pro conſtantia.

¶ Tertiadecima ꝓpoſitio eſt aliqua vlis ē falſa cui᷒ quelibet ſingularis ꝟa et ecōuerſo hoc patet capiendo iſtā. Omnis ꝓpoſitio vniuerſalis ē falſa iſta ſemꝑ eſt falſa ⁊ ſe falſificans et facile eſt dare oēs ſingulares eius veras ſcḋa pars pōt dari in iiſdem.

¶ Decimaquarta regula inſolubilia extra inſolubilia eſt aliqua indefinita vera que nullam habet ſingularem verā in propria forma. Patet de hac tātum animal eſt homo que eſt vera. et iſta eſt falſa tantum hoc animal eſt homo quocūq; demonſtrando idem pꝫ de hac a homo non ē animal.

¶ Ultima ꝓpoſitio eſt aliqua vlis pōt eſſe ꝟa extra inſolubilia cui᷒ nulla ſingularis de ꝓnoīe demōſtratiuo aliqḋ demōſtrā te pōt eſſe ꝟa hꝰ pꝫ de hac nullū ens demōſtrat que pōt eſſe vera ⁊ tamē hoc ens nō demonſtratur non pōt eſſe vera et nulla ſimilis ſingularis aliqḋ demōſtrādo. Sed videt ꝙ quelibet ſingularis ei᷒ pōt eſſe ꝟa ſaltē hui᷒ nulla creatura demōſtrat q2 de ſorte facio hāc ꝯñam ſortes nō demōſtrat ergo hoc nō demōſtrat hec ꝯña ē bona et poſt mortē ſortis videtur ꝙ ꝯñs ſit verū ſicut aīs: q2 ꝓpter deſitionē ſortis nō oportet ꝙ cōſequēs deſignat eſſe ꝓpoſitio ſingularis. Sed grā argumēti do ꝙ nulla talis pōt eē vera q2 ꝓpter ea nō ſeqtur ꝙ ex vero ſeqtur falſum q2 ꝙ ꝓmus ſingulares erūt falſe antecedēs ꝙ eſt vlis negatiua erit falſum. Eodem modo potes hic procedere omne nō demonſtratum eſt nō demōſtratum cū ſingularibus eius.

¶ Quinto arguitur nō ſequit a hō nō eſt aīal ⁊ iſti hoīes ſunt oēs hoīes: ergo iſte vel iſte vel iſte hō ⁊ ſic de ſingulis nō eſt aīal ⁊ tamē eſt deſ. ēſus igitur maior patꝫ: q2 aīs eſt verum et conſequēs eſt falſum.

¶ Reſpōdet concedēdo maiorem negata minore q2 arguitur a ſuppoſitione cōfuſa tantū ad determinatam.

¶ Cōtra hoc non tollit aīal in

iſta ois hō eſt aial ſupponit cōfuſe tm̄ ⁊ in ſingularibus determinate. Forte dicis ſicut dicendū eſt nō ē incōueniens arguere a ſuppoſitione cōfuſa tm̄ ad determinatā deleta multitudine ſꝫ de termino diſtributo incōuenit ſed opꝫ ſic deſcēdere in preſentiarū a hō nō eſt aial ⁊ iſti hoies ſunt oēs hoies ꝗ a iſte vel iſte vł iſte hō nō ē aial. Et illa ꝯña eſt bona et ꝯñs verum ſicut et añs.

¶ Contra hoc arguitur qꝛ iterum illud diſiunctum ſupponit confuſe tm̄ ⁊ hꝫ plura ſuppoſita ergo ſub ipſo poteſt fieri deſcenſus: ſic in infinitū quod eſt incōueniēs vel diſiūctiue deſcendens ⁊ habebo intentum.

¶ Reſpondetur ꝙ illud diſiūctum ſtat confuſe tm̄ ⁊ ꝙ nulla eſt repugnantia quin poſſumus ſub illo deſcendere ⁊ ſic in infinitum qꝛ equalis eſt ratio dare in vno diſiūcto ꝙ in aliis. Sed videndo finem deſcenſus et aſcenſus quando diſiunctum eſt compoſitū ex terminis ſingularibus ibi quieſcendum eſt.

¶ Cōtra hoc arguiẗ poſſum⁹ deſcendere ſub ſubiectis iſtarum ſortes vel plato non eſt homo omne ꝙ eſt ſortes vel plato vel cicero eſt animal ergo ſolutio nulla.

Notes. ¶ Reſpondeẗ ꝙ quādo diſiūctum ſtat pure determinate vel confuſe ⁊ diſtributiue poſſumus bene deſcendere et ſtatus erit in ſingularibus ſimpliciter ſed quando ſtat confuſe tantum ibi quieſcendum eſt.

¶ Cōtra hoc arguiẗ ꝙ quādo deuentū eſt ad terminos ſingulares ibi nō ē ſtatus ergo ſolutio nulla añs patet qꝛ ſub termio ſingulari pōt fieri deſcenſus ⁊ non eſt potior rō ſub termino ſingulari ꝙ ſub alio ergo ſub quolibet termino ſingulari pōt fieri deſcenſus. Ad ſumptū ꝓbatur capiendo hanc iſte homo currit ibi ille termin⁹ hō ſupponit diſcrete ⁊ ſub ipſo valet deſcēſus qḋ pꝫ ſub q̄libet termīo ſupponēte determinate habēte plura ſuppoſita pt̄ eē deſcēſus diſiūctiu⁹ ille termin⁹ in ꝑlata ꝓpōne eſt huiuſmodi quia eſt ſubiectū propoſitionis indefinite tenendo ꝙ pars propoſitionis eſt propoſitio ergo ſub ipſo valet deſcenſus diſiunctiuus.

Aduerte. ¶ Reſpōdetur negādo ꝙ ſub ſubiecto hui⁹ ſortes currit pōt fieri deſcenſus et cōceditur ꝙ ſub aliquo termino diſcreto pt̄ fieri deſcenſus hoc eſt qñ ſimul ⁊ ſemel ſupponit determinate quēadmodum contingit de ſubiecto huius iſte hō currit ponendo ꝙ iſte nō eſt pars ſubiecti iſte terminus hō eſt ſubiectū indefinite ⁊ gratia illi⁹ ſub eo deſcendiẗ ⁊ diſiunctiue aſcenditur ⁊ ille terminus idē ſtat diſcrete. Interdū copulatiue deſcendiẗ ſub termino ſtāte diſcrete hoc pꝫ de ſubiecto hui⁹ nō iſte hō currit vbi hō ſtat diſcrete ſub ipſo pt̄ fieri deſcēſus copulatiu⁹ ⁊ diſtribuiẗ cū ibi ſit dare tres ꝓpōnes ⁊ illa indefinita habebit vlem cōtradictoriā imo concedendum eſt ſub termino ſtāte diſcrete in ſenſu quo ſtat diſcrete pt̄ fieri deſcenſus copulatiu⁹ pꝫ expoſitoꝛie ſub illo termino hō valet deſcenſus copulatiuus ⁊ ille terminus homo ſtat diſcrete in ſenſu quo ſupponit diſcrete igitur.

¶ Contra hoc arguitur quando ſequitur ſub illo termino pōt fieri deſcenſus ergo habet inferioꝛa ergo termin⁹ datus nō eſt diſcretus. Et cōfirmaẗ dupliciter iſte terminus ſtat diſcrete ergo repugnat ei ſupponere ꝓ pluribus ⁊ vltra ſub eo pt̄ fieri deſcenſus ergo nō repugnat ſupponere pro plurib⁹. Tū ſcḋo ſeq̄retur ꝙ iſta eſſet vera iſte hō eſt ſortes demonſtrando platonē ꝯñs eſt falſum ergo ⁊ añs. ⁊ probo conſequentiā ſeq̄tur ex vero per aſcenſuꝫ iſte terminus hō ſtat determinate per te tunc opoꝛtet diſiunctiue aſcendere ſic iſte homo eſt ſortes vł hic iſte homo ē ſortes ⁊ ſic de ſingulis modo iſta diſiunctiua eſt vera vt notum eſt.

¶ Et arguit̃ ꝙ nõ q: poſito ꝙ ſint duo homines ſcꝫ ſortes ⁊ plato quorum quilibet habeat vnum aſinum preciſe ſortes brunellum ⁊ plato fauellum iam iſta eſt falſa hominis aſinus non eſt aſinus. Non eſt queſtio et iſta eſt vera a hominis aſinus non eſt aſinus. Quod arguitur ſic bene ſequitur per aſcẽſum a iſtius vel iſtius hominis ⁊ ſic de ſingulis aſinus non eſt aſinus ⁊ iſtius homines ſunt omnes homines. ergo a hominis aſinus non eſt aſinus. Probo aſſumptũ aſcendendo ſub iſto termino aſinus in primo loco a iſtius vel iſtius hominis iſte aſinus non eſt aſinus demonſtrando brunellũ vel a iſtius vel iſtius hominis iſte aſinus non eſt aſinus demonſtrando fauellum et iſti aſini hominum ſunt omnes aſini hominum ergo a iſtius vel iſtius hominis aſinus non eſt aſinus aſſumptum probo quia eſt vna diſiunctiua cuius vna pars eſt vera demonſtrando brunellũ hec eſt vera a iſtius vel iſtius hominis iſte aſinꝰ nõ eſt aſinꝰ ſua ꝯdictoria eſt falſa cuiuſlibet iſtius vel iſtius hoĩs iſte aſinus eſt b aſinus q: bñ ſequit̃ cuiuſlibet iſtius vel iſtiꝰ hominis iſte aſinus eſt b aſinus demonſtrato brunello ſortis. Sed plato eſt iſte vel iſte homo: ergo platonis iſte aſinus eſt aſinus concluſio eſt falſa ⁊ minor vera: ergo maior eſt falſa que eſt contradictoria huius a iſtius vel iſtius hominis iſte aſinus non eſt aſinus. Et tunc reduco totale argumentum iſte quattuor non equiualent a hominis a aſinus non eſt aſinus hominis a aſinus non eſt aſinus a hominis aſinus: aſinus non eſt aſinus hominis a aſinus non eſt aſinus ⁊ nulle due earum inter ſe equiualent tunc capio ſecundam ⁊ tertiã ⁊ quero de contradictorio ſecunde ſcilicet a hoĩs a aſinus nõ eſt aſinꝰ nõ potes hãc dare cuiuſlibꝫ hoĩs q̃libet aſinꝰ ẽ aſinꝰ q: illa ꝯdicit huic hoĩs aſinus non eſt aſinꝰ modo ſecũda

et quarta nō equiualent nō poſſunt hanc dare cuiuſlibet hoīs quilibet aſinus eſt b aſinus q2 illa cōtradicit prime. ergo nullo modo ſcđe ɔtradicit. Forte das hāc cuiuſlibet hoīs q̄libet aſin⁹ c aſinus eſt probo ꝙ nō vel illa cōtradicit tertie ꝓpoſitioni vel nō ſi primū tūc nō cōtradicit ſecūde q2 ſcđa ⁊ tertia nō equiualent: ſi ſcđm opꝫ vlterius procedere pro contradictione.

¶ Reſpondetur ꝙ hoc argumentū nō ꝓbat ꝓcedere vltra dicta ad bū cōtradicendū dico ꝙ iſte equiualent a hoīs aſin⁹ nō eſt aſinus ⁊ hoīs aſinus nō eſt aſinus ⁊ nego ꝙ in caſu quē ponis hec ſit vera a hoīs aſinus non eſt aſinus ⁊ qn̄ iterū aſcēdis ſub iſto termino aſinus diſiūctiue nego illū aſcēſum q2 qn̄ determinatio accipit nō vnica acceptiōe cū ſuo determinabili nō opꝫ aſcēdere ſub determinabili ꝗuſq3 dederis ſinglares ex ꝑte determinationis alioqn̄ ꝓbabis hāc verā hoīs aſinus nō eſt aſin⁹ poſito ꝙ quilibet homo habeat vnū aſinum.

¶ Sed tunc remanet perplexitas aſcendēdi poſtꝗ̄ illud diſiunctum ſtat cōfuſe tm̄ non poteris vltra procedere ⁊ ſic hoc argumentū non eſt proprium ad concludendū propoſitum propterea arguitur altera via ⁊ propono. Primo iſtas quattuor propoſitiones a homo ⁊ a aſinus omnia portantia lapidem ſunt a homo ⁊ aſinus oīa portantia lapidem ſunt homo ⁊ a aſinus oīa portantia lapidem ſunt homo ⁊ a aſinus oīa portātia lapidem ſunt iſte non equalent quia poſito ꝙ ſemper vnus aſinus cum vno homine portet lapidem puta fortes cū vno brunello plato cum fauello ⁊ ſic conſequenter. Jam prima eſt vera quia oīa portātia lapidem ſunt homo ⁊ aſinus patet inductiue ⁊ hec equiualet huic a homo ⁊ a aſinus omnia portantia lapidem ſunt ⁊ eodem caſu retento iſta eſt falſa a homo ⁊ b aſinus oīa portantia lapidē ſunt patet deſcendendo ſub illo termino aſinus. Secunda poteſt eſſe vera tertia exiſtēte falſa ſi brunellus ponaꝛ in decē locis cum decem hominib⁹ iuuando quēlibet hominē portare lapidem nullis alijs portātib⁹ iſta eſt vera a hō ⁊ b aſin⁹ oīa portātia lapidē ſunt q2 hō a brunellus oīa portātia lapidē ſunt ꝫ oīa portātia lapidē ſunt hō ⁊ brunellus pꝫ aſcēdēdo ſub termino diſtributo ⁊ iſta hō ⁊ a aſinus oīa portātia lapidem ſunt eſt vera poſito ꝙ fortes ponaꝛ in decē locis cum decem aſinis in quolibet loco iuuando aſinū portare lapidē ⁊ quarta eſt falſa eodē caſu retento ſꝫ homo ⁊ aſinus oīa portātia lapidē ſunt hiis poſitis ſic arguo querēdo cōtradictoriū huius a hō ⁊ b aſin⁹ oīa portātia lapidē ſunt ſi des hanc oēs hō ⁊ aſinus b portātia lapidē nō ſunt.

¶ Contra illa realiter contradicit prime ergo nō ſecūde cū nō equiualēt. Forte das hāc oīs hō ⁊ aſin⁹ portātia lapidē nō ſunt cōtra illa cōtradicit quarte: ergo nō ɔtradicit ſecūde. Forte das hāc oēs hō ⁊ aſinus c portantia lapidē nō ſunt cōtra vel illa cōtradicit tertie vel nō. Si primū vna ꝓpoſitio cōtradicit duab⁹ non equiualentibus quod eſt falſum. Si ſecundum queritur de contradictorio tertie.

¶ Et cōfirmaꝛ querendo quō animal ſupponit in cōtradictorio huius hō vel a aſinus non eſt animal ⁊ in contradictorio hui⁹ a homo vel aſinus non eſt animal. Adhuc.

¶ Reſpondetur ꝙ iſta argumenta non concludunt propoſitū dico ꝙ vera cōtradictoria huius homo vel a aſinus non eſt animal ⁊ hec omnis homo vel aſinus eſt animal ⁊ ratio eſt quia a parte ſubiecti ponūtur duo termini quorū vnus ſtat determinate ⁊ alter confuſe tm̄ reſpectu predicati diſtributi ⁊ ex parte toti⁹ ſubiecti poſſum⁹ dare ſinglares ſufficiētes aſcēdēdo vel deſcēdendo ꝓ veritate vel falſitate illi⁹ ꝫ eſt dictu ſubiectū hꝫ vnicā ſuppoſitionē ⁊ totū ſubiectū ſtat determinate propterea terminus diſtribut⁹ in ſuo cōtradictorio ſtabit cōfuſe tm̄.

¶ Cōtra hoc arguitur dupliciter. Tum primo tunc duo cōtradictoria eſſent vera iſte oīs homo vel aſinus eſt aīal vt notū eſt negatiuā ꝓbo a aſinus nō eſt aīal ⁊ a aſinus eſt ergo hō vel a aſinus nō eſt aīal. Tenet ɔ̄ña a ꝑte diſiuncti ad totū diſiunctū negatiue poſita conſtantia vel ab inferiori ad ſuperius negatiue cū cōſtantia ſine diſtributiōe ſuperioris. Tū ſcđo ſi debeas reſpicere ad totale extremū tūc cōtradictoria iſtius cuiuſlibet hominis aſinus non eſt currens nō erit hec alicuius hominis q̄libet aſinus eſt b currēs q2 nō opꝫ per te aſpicere ad partem extremi ſtantem confuſe tm̄.

¶ Reſpondeꝛ negādo ꝙ duo contradictoria ſint vera iſta eſt falſa homo vel a aſinus nō eſt animal: q2 negaꝛ ſuperi⁹ de ſuo inferiori ſtāte pure determinate ⁊ qn̄ arguis a aſinus nō eſt aīal ⁊c̄. nego conſequentiā q2 arguis a cōfuſa tm̄ ad determinatā reſpectu multitudinis ex quo totū diſiunctū in ɔ̄ñte ſtat determinate: ſed debes cōcludere a homo vel aſinus nō eſt aīal vt a cadat ſup totū diſiunctū ad aliud argumentū de cōtradictoriis nō ſeqꝛ ꝙ cōtradictoria huius cuiuſlibet hoīs aſin⁹ nō eſt currēs nō erit hec alicui⁹ hoīs quilibet aſinus eſt b currens nec eſt replica ad intentionē ſolutionis argumentū non eſt ſolutū ꝑ hoc ꝙ nō oportet aſpicere ad partē extremi ſed ad totale extremū tꝫ cū addito qn̄ totale extremū habeat vnā ſuppoſitionē diſtinctā a ſuppoſitionibus partiū ⁊ penes quā regulaꝛ veritas ⁊ falſitas talis ꝓpoſitionis quēadmodū de quolibet diſiūcto vel copulato cuius nulla pars diſtribuiꝛ ſicut in ꝓpoſito eodē modo nego ꝙ iſta ſit vera a homo ⁊ a aſin⁹ oīa portantia lapidē ſunt caſu quo fortes ⁊ brunellus portant vnū lapidē plato ⁊ fauellus ⁊ ſic de alijs. ¶ Et nego ꝙ iſte equiualeant oīa portātia lapidē ſunt homo ⁊ aſinus ⁊ a homo et a aſinus omnia portantia lapidem ſunt arguiꝛ a ſuppoſitione cōfuſa tm̄ ad determinatā reſpectu totius multitudinis totū copulatū in prima ſtat cōfuſe tm̄ in ſecūda ſtat determinate ⁊ eodem modo facile reſpōdebis hic a homo ⁊ b aſinus oīa portantia lapidē ſunt illa negādo ⁊ ſi probes a hō ⁊ brunellus oīa portātia lapidē ſunt ⁊ ergo a hō ⁊ b aſinus oīa portātia lapidem ſunt cōcedo ɔ̄ñam ſꝫ nego aīs ſubiectū antecedētis ſtat determinate: ſed hāc concedo oīa portantia lapidē homo ⁊ brunellus. Forte arguis hec conſequentia eſt nulla a homo ⁊ a aſinus oīa portātia lapidē ſunt ergo homo ⁊ aſinus oīa portantia lapidē ſunt: q2 arguiꝛ a ſuppoſitione cōfuſa ad determinatam reſpectu totius multitudinis ſed tm̄ dicta conſequentia eſt bona.

¶ Reſpõdet ꝙ cõſequẽtia eſt bona ⁊ formalis et arguitur a ſuppoſitione determinata ad determinat. ȝ reſpectu integroꝝ extremorum vnicam ſuppoſitionem habentiũ et antecedens et ꝯñs equiualent.

¶ Contra hoc arguitur. non põt euadere in talibus oĩs homo ⁊ leo ⁊ b capra oĩa currẽtia ſunt q2 p2ĩa pars ſubiecti diſtribuitur ſecunda ſtat confuſe tantum tertia ſtat determinate. Et q2 vna pars ſubiecti diſtribuitur totum nõ habet vnicam ſuppoſitionem. Eodem modo in talibus diſiũctis oĩs hõ vel leo vel b capra quodlibet currens eſt poſito ꝙ virtus diſtributiua cadat preciſe in primũ terminũ.

¶ Reſpondetur ꝙ hoc argumentũ nõ cogit q2 licet ſcđa pars ſtet cõfuſe tantum ⁊ tertia determiate tñ totũ illud copulatũ ſtat cõfuſe tñtuȝ ⁊ ſimiliter diſiũctum. Preterea idẽ eſt iudiciuȝ ac ſi eſſet terminus diſtributus in ordine ad iſtũ terminũ ſtantẽ cõfuſe tantum ſuppoſitio determinate nihil facit hic dico hanc verã omne aĩal eſt homo vel brutũ ⁊ nego propterea ꝙ omne aĩal eſt iſ hõ vel hoc brutũ debes deſcẽdere diſiũctim ſub totali p̃dicato quãdo tale extremũ habet ſuppoſitionẽ vnicã opoꝛtet ire ad ipm ⁊ nõ ad partes quẽadmodum eſt ibi Alioq̃n innũeras captiũculas inſides eodeȝ mõ hic q̃libet aſin⁹ b hoĩs currit eſto ꝙ hoĩs ſtat determiate equalet huic q̃lȝ aſin⁹ hoĩs currit dato ꝙ hoĩs ſtat ꝯfuſe tm̃ vł ꝯfuſe ⁊ diſtributiue more alioꝝ iſta ẽ falſa q̃lȝ aſin⁹ b hoĩs currit poſito ꝙ q̃lȝ aſin⁹ platõis currit nõ obſtãte ꝙ hoĩs ſtat determiate ⁊ lȝ nõ arguaꝶ ab inferiori ad ſupi⁹ cũ diſtributiõe reſpectu hu⁹ termini hoĩs in hac ꝯñã quilibet aſinus platõis currit. ergo quilibȝ aſinus b hoĩs currit tñ arguiꝶ cũ diſtributione totius eodẽ mõ hic cuiuſlibet hoĩs b aſinus eſt currẽs equiualet huic cuiuſȝ hoĩs aſinus ẽ currens hoc pȝ q2 per hãc cuiuſlibet hoĩs b aſinus eſt currẽs ſignificaꝶ ꝙ de quocũq; verũ ẽ dicere ꝙ eſt hõ de illo verũ eſt dicere ꝙ illius b aſinus eſt currẽs ⁊ idẽ impoꝛtaꝶ per hãc cõuertibiliter cuiuſlibet hoĩs aſinus ẽ currẽs ecce omnia argumẽta adducta nõ cõcludũt ꝓpoſitũ: ſȝ q2 foꝛte põt cõtingere ꝙ argumẽta ꝓtendũt ⁊ apparẽtia fuit de hac aliꝗ hoĩs aſin⁹ nõ ẽ aſinus do illã veraȝ hac exiſtẽte falſa hoĩs aſinus nõ ẽ aſinus ⁊ tunc quãdo arguis iſte nõ equalẽt hoĩs a aſinus non eſt aſinus ⁊ a hoĩs aſinus nõ eſt aſinus ergo habebũt duas cõtradictorias nõ equiualẽtes.

¶ Reſpondetur dando antecedens neceſſe ẽ cõcedere ꝯñam et ꝯñs pro quo nota quãdo in aliqua ꝓpoſitiõe ẽ terminus diſtributus in ordine ad duos terminos quorum prioꝛ ſtat determinate ⁊ ſecũdus cõfuſe tantum tunc ille terminus diſtributus in cõtradictorio ſtabit ſuppoſitione mixta et vocabiꝶ ſuppoſitio determinata cõfuſa ⁊ nõ ꝯfuſa determinata ad ſignificãdũ ꝙ primus terminus ſtetit determinate ⁊ ſcđs cõfuſe tantũ ⁊ ei addetur c nomina ſignificãt ad placitũ. ſȝ ſi primus terminus ſtet cõfuſe tantũ ⁊ ſecũdus determinate tũc terminus diſtributus in contradictorio ſtabit cõfuſe determinate repreſentabit d nõ vtoꝛ eodẽ ſigno ad ſignificãdũ ꝙ ille nõ equiualẽt vt verbi cauſa cõtradictoria huius hoĩs a aſinus nõ eſt aſinus eſt hec cuiuſlibet hominis q̃libȝ aſinus c aſinus eſt ⁊ cõtradictoria huius a hominis aſinus nõ ẽ aſinus ⁊ hec cuiuſlibet hominis q̃libet aſinus d aſinus eſt nec iſte due negatiue equiualent magis ꝙ earũ affirmatiue quia vltimus terminus ſtat determinate confuſe in vna ⁊ confuſe determinate in altera ſi queritur quomodo cognoſcitur diſcrimen veritas inter iſtas.

¶ Reſpondetur ꝙ dicta ſuperius ſufficiunt capiamus primã negatiuã cuiuſlibet hoĩs quilibet aſinus c aſinus eſt ⁊ ponderemus veritatẽ ſue negatiue cõtradicẽtis aſcendendo ſub illo termino hoĩs ⁊ deſcendẽdo ⁊ tũc deleꝶ difficultas q2 tolliꝶ terminus ſtãs determinate tũc facile ẽ aſcẽdere et deſcendere in altera eodẽ mõ hic cuiuſlibet hoĩs q̃libet aſinus d aſinus ẽ anteꝗ̃ iudicem⁹ quicq̃ de veritate eius camus ad eius cõtradictoriũ in quo nõ ponitur ſuppoſitio mixta ſaltẽ ĩplicite ⁊ caſus veritatis ſui cõtradictorij erat ꝙ poſito ꝙ ſint duo hoĩes ſoꝛtes ⁊ plato in mũdo quoꝝ q̃libet haberet vnũ aſinũ tũc incipiẽdo oppoſito mõ deſcẽdere ⁊ aſcẽdere ĩ affirmatiua facile. erit iudicare falſitatẽ affirmatiue. Nec iſtud eſt mirabile ꝙ non debeamus reſpõdere de veritate vł falſitate ꝓpõnis ĩ qua poniꝶ ſuppoſitio mixta quouſq; examinaremus ſuã cõtradictoriã ⁊ eidem cõtingit in alijs vt ſemp hõ nõ ẽ aĩal cuiuſlibet hoĩs aſinus nõ ẽ aſinus ſemp celũ nõ ẽ celũ iſta vltima videꝶ falſa ſm ariſtotelẽ ⁊ tñ eius neceſſitas oſtendiꝶ per impoſſibilitatem ſui contradictorij quod eſt tempore quodlibet celũ ẽ b celum. Ariſtoteles

¶ Decimonono arguitur: nõ ſequitur iſte homo vel aſinus eſt aſinus et iſta homo vel aſinus eſt aſinus ⁊ iſti hoĩes vel aſini ſunt omnes hoĩes vel aſiniꝶ: ergo omnis hõ vel aſinus eſt aſinus ⁊ tamen ibi ẽ aſcenſus igitur. Maioꝛ pȝ q2 añs eſt verũ ⁊ ꝯñs falſum.

¶ Reſpondeꝶ ꝙ iſta eſt diſtinguendo. omnis hõ vel aſinus ẽ aſinus quia vel ſignũ vle poſitum in principio diſtribuit totale ſubiectũ vel virtus eius regulaꝶ in illũ terminũ homo ⁊ tunc iſte terminus aſinus ſtat confuſe tm̃ ſi primo modo totum diſiunctum accipitur vnica acceptione ⁊ cõputatur vnus terminus et ꝓpoſitio propoſita eſt falſa ſed nõ impoſſibilis q2 ſi nullus eſſet homo ipſa eſt vera.

¶ Ex illo patet quando totũ diſiunctũ diſtribuitur ꝙ nõ equiualet vni copulatiue q2 copulatiua videns eſt impoſſibilis et q2 ipſa nunc eſt falſa non equiualet vni diſiunctiue. Sed eius falſitas cognoſciꝶ per hoc q2 eſt vlis vna cuius ſubiectum pro aliquo ſupponit pro quo nõ ſupponit predicatum. Correlariũ

¶ Ex illo patet ꝙ hec eſt vera omnis homo vel chimera ẽ homo q2 de quocũq; verificaꝶ ſubiectũ de illo verificatur predicatũ. Et tunc ad foꝛmam argumenti tenendo totum ſubiectum diſtributum. Correlariũ

¶ Diciꝶ ꝙ ſi demonſtres oĩa ſuppoſita ſubiecti ſingulariȝãdo ſubiecta vnica ſingularizatiõe. ꝯñã ẽ bona ſȝ añs ẽ falſum iſta eſt falſa ille hõ vel aſinus eſt aſinus ſingularizando totuȝ pro ſoꝛte ⁊ ita quelibet in qua diſiunctum ſingularizatur pro homine.

¶ Contra hoc arguit. iſta eſt vera iſte hō vel aſinus ē aſinus ſingularizando totū ꝓ ſorte q: bene ſequit aſinus ē aſinus ergo iſte homo vel aſinus ē aſinus a parte diſiuncti ad totum diſiunctum. Similiter aſcendēdo diſiunctiue ſub iſto termino aſinus iſta ſingularis ſequitur ex vero per aſcenſum.

Regula. ¶ Reſpondet negando ꝙ ſingularis ꝓpoſita ē vera immo ē impoſſibilis ꝙꝙ vlis eſt poſſibilis idē ē dicere iſte hō vel aſinus eſt aſinus ⁊ iſte hō eſt aſinus ſingularizādo totū vnica ſingularizatione ⁊ nego ꝯñam qua arguis aſinus ē aſinus. ergo iſte hō vel aſinus ē aſinus q: a parte diſiuncti ad totū diſiunctū ſingularizatum nō valet argumentū qñ diſiunctū ē ſingularizatū: q: tunc nō habet rationem ſuperioris arguendo a parte diſiuncti ad totū diſiunctū ſꝫ ꝓportionabiliter ſicut ab inferiori ad ſuperius ⁊ in hoc pendet vis argumēti.

¶ Ad aliud nego ꝙ iſta ſingularis ſequat ex vtero ꝑ aſcēſum: q: licet iſte terminus aſinus ſtet determinate. Poſtꝙ diſiūctꝰ accipitur vnica acceptiōe nō licet deſcendere ſub partibus ſed ſub totali termino. Eodeꝫ mō ac ſi eſſet determinatio accepta vnica q: ē terminus acceptus vnica acceptiōe. Terminū accipi vnica acceptione ē ſuperiꝰ ad determinationē acceptā vnica vel ſi libet aſcēdere ſub iſto termino aſinꝰ ſtāte determinate maneat ſemꝑ totale extremū ſingularizatū ⁊ tūc aſcendētes erunt falſe vera cōtradictoria huius iſte hō vel aſinus ē aſinus ſingularizādo totū ꝓ ſorte eſt hec iſte homo vel aſinus nō ē aſinꝰ eodē demōſtrato ⁊ tm̄ in neutra illarū diſtribuit. Sed ſtat determinate ac ſi eēt determinatio accepta vnica idē ē ſingularizare totū vnica ſingularizatione non ſingularizando ꝑtes ⁊ ſingularizare totū ⁊ ꝑtes ſimul quemadmodū in vlī idē eſt dictu ois hō vel aſinus ē aſinus ⁊ ois hō vel ois aſinus ē aſinus ſuppoſito ꝙ primū ſignū ois diſtribuat totale diſiunctū lꝫ in pria aſinus ſtet cōfuſe tm̄ ⁊ in ſcda diſtribuatur Sed bene verū eſt ꝙ formaliter cōtingit deſcēdere ſub iſto termino aſinus ſtāte cōfuſe tantū copulatiue dato ꝙ ꝑdicatū nō eſſe ſynonimū cū vna parte ſubiecti nec tenēdo ꝙ pars ꝓpoſitiōis eſt ꝓpō. Et cauſa ē q: totū diſiunctū diſtribuit ⁊ ad diſtributionē totius ingredit quelibꝫ pars diſiuncti. Sed iſta ois homo vel ois aſinus eſt aſinus ponendo ꝙ virtus primi ſigni diſtribuat ꝑ ſe illū terminū hō ē vera ⁊ equiualet formaliter vni diſiūctiue. Et eodē mō iſta ois hō vel aſinus ē aſinus vt virtus ſigni diſtributiui cadat in primū terminū quo ad diſtributionē ⁊ tūc clarū eſt ꝙ cōtradictorie earū equiualēt copulatiuis: et nulla eſt difficultas aſcēdēdi vel deſcēdendi procedendo per equiualentes.

¶ Cōtra hoc arguit ſic vbi dictum eſt ꝙ iſta ois homo vel ois aſinus ē aſinus equalet vni diſiūctiue ⁊ ꝙ ipſa eſt vera totū ſubiectū ſtat determinate q: nō ſtat diſcrete nec diſtributiue. q: tūc foret falſa. Si determinate vel confuſe tantū quod in idē redit ipſa eſt falſa ꝓꝫ deſcendendo ſub totali ſubiecto.

¶ Reſpondet negando ꝙ ſit falſa ſimiliter nego ꝙ nō equiualeat vni diſiunctiue ⁊ nego ꝙ ſubiectū ſtet determinate vel cōfuſe tantum vel diſtributiue eſt ꝓpoſitio mixte quātitatis cuius ſubiectū nullā vnicaꝫ ſuppoſitionē habet quēadmodū hic cuiuſlibet hois ꝗlꝫ aſinus currit que eſt bis vlis. Sed bene verū eſt ꝙ nō incōueniit aliquod diſiunctū habere ſuppoſitionē diſtinctā a ſuppoſitionibus partiū ſubiectum huius ſortes vel plato currit ſtat determinate et partes diſcrete. Similiter ſubiectum huius iſte hō vel aſinus vel bos currit ſingularizando totū diſiunctū pro ſorte totū ſtat diſcrete et due partes ſaltem determinate eodē mō hic ois hō vel aſinus vel capra vel bos currit diſtribuendo totum. totuꝫ diſtribuitur et tres vltime partes ſtāt cōfuſe tantū. q: da oppoſitū ſubiectū huius ois homo vel ois aſinus ē currens habet vnicā ſuppoſitionē tūc illa erit cōfuſa vel determinata ꝙ in idē redijt. ſed probo ꝙ nō ſufficiat aſcēſus diſiūctiuꝰ ſub totali ſubiecto vel retines ſigna vlia vel nō ſi ſm̄ hec ꝯña ē nulla iſte hō vel aſinus eſt currēs vel ille hō vel aſinus ē currens et ſic de ſingulis: ergo ois hō vel ois aſinus ē currens ſi primū ſic aſcēdēdo iſte ois hō vel ois aſinus eſt currens vel ille ois hō vel ois aſinus eſt currēs: ergo ois hō vel ois aſinus ē currēs quero ꝗd demōſtras ⁊ an ſigna ſint partes ſubiecti et idē redibit relinquit ergo ꝙ ſubiectū nō habet vnicā ſuppoſitionē ſꝫ debemus aſcēdere ſub termino prio diſtributo ⁊ poſtea ſub ſecūdo ꝑ ecōuerſo ⁊ tunc habebimus diſiūcta terminorum ſingulariū vt iſte hō vel iſte aſinus eſt currēs ꝙ ſupponit determinate ſub quo capere poſſumꝰ ſingularia infima puta terminos diſcretos.

¶ Sed hic notandū eſt ꝙ hic aliquo mō virtualiter in iſta ois hō vel ois aſinus eſt currēs totū diſiunctū ſtat determinate q: nullū ſignū cadit in totū diſiunctū nō ſcdm̄ vt notū eſt nec pmū q: totū diſiunctū nō reputat ꝓ vno termino immediato reſpectu primi ſigni nec pro termino mediato ⁊ hinc eſt ꝙ iſte nō equiualent omne aial ois hō vel omne brutū ē ⁊ ois hō vel omne brutū omne aial ē q: poſito caſu ꝙ nulla ſint aialia in mūdo niſi ſortes et brunellꝰ iſta ē vera oē aial ois homo vel oē brutū ē iſtud aial demōſtrādo ſortē ois hō vel oē brutū vt ꝓꝫ per diſiunctiuā ei reſpondentē et iſtud aial ois hō vel omne brutū demōſtrādo brunellū ſꝫ hec eſt falſa ois hō vel oē brutū oē aial eſt. nec valet hec ꝯña ois hō vel oē brutū hoc aial eſt ⁊ ois hō vel oē brutū hoc aial ē ⁊ ſic de ſingulis. ergo ois hō vel omne brutū omnē aial eſt: q: añs ē verū et ꝯñs falſum in caſu illo ſed primo debemꝰ aſcēdere ſub illis duobꝰ terminis diſtributis ⁊ poſtea aſcēdere ſub illo termino diſtributo animal iſtud argumentū eſt lōge fortius ceteris ad probandū ꝙ ſubiectū huius ſupponit determinate ois hō vel oē brutū oē aial eſt q: ſi nō ſtaret determinate iſte videntur equiualere omne aial omnis homo vel omne brutum ē et ois homo vl' omne brutum omne aial eſt et dictum eſt ꝙ nō quia diſiunctum quod ē ſubiectum ſecunde ſtat virtualiter determinate hoc eſt ſi ſupponeret et haberet ſuppoſitionem vnicam ſtaret determinate ſed in iſta omne animal omnis hō vl' omne brutū ē virtualiter ſtat confuſe tm̄ hoc eſt ſi haberet vnicā ſuppoſitionē ſtaret cōfuſe tantū vel aliter dicitur quod ſubiectum huius omnis hō vel omne brutum omne aial eſt nec virtualiter

Animadverte.

nec formaliter ſtat determinate ⁊ nō equiualet q2 nō idē ſignificaꝛ p illas duas ꝓpōnes per iſtā omne aīal oīs homo vel oē brutū eſt ſignificaꝛ per quodlibet ſuppoſitū animalis oīs hō vel oē brutū eſt qđ eſt verū per alterā denotaꝛ ꝙ oīs homo omne aīal eſt vel omne brutū omne aīal eſt quod ē falſum oportet primo aſcēdere ⁊ deſcendere ſub partibus illius diſiuncti ſic iſte hō vel omne brutum omne aīal eſt ⁊ iſte homo vel omne brutum omne aīal eſt ⁊ ſic de ſingulis ſed punctū eſſet de iſta a oīs homo vel omne brutū omne aīal eſt ponēdo ꝙ a confundat totum diſiunctū ⁊ pōt dici adhuc ꝙ illa eſt falſa ⁊ oportet aſcēdere ⁊ deſcendere vt prius inchoando a partibus diſiuncti eodē modo dicaꝛ de iſta brunell⁹ vel oīs homo impoſſibiliter eſt aīal que eſt falſa equiualet huic oīs homo īpoſſibiliter eſt aīal vł brunellus impoſſibiliter ē aīal mō hoc eſt falſū q2 quando vel nō diſtribuitur in negatiua ⁊ qñ vtraqȝ pars diſiūcti ſupponit ⁊ ꝓ aliquo pro quo nō ſupponit predicatū talis negatiua eſt vera ſi autē ipſa eſt falſa et tñ aſcendēdo primo ſub illo termino aīal ſingulares ſunt vere brunellus vel omnis hō impoſſibiliter eſt hoc aīal demonſtrando brunellū. q2 oīs homo impoſſibiliter eſt hoc aīal brunellus vel oīs hō īpoſſibiliter ē hoc aīal demōſtrando ſortē q2 brunellus impoſſibiliter eſt hoc aīal brunellus vel oīs hō impoſſibiliter eſt hoc aīal ⁊ eodē quelibet ſingularis aſcēdendo ſub illo termino aīal. erit vera propterea oportet prīo aſcēdere ſub illo termīo diſtributo hō hoc ē oportet inchoare a partib⁹ diſiūcti proportionabiliter dicaꝛ hic oīs aſinus vel aſinus currit poſito ꝙ prima pars diſiūcti diſtribuatur ſolū ſ3 ſeruet ſi diſiūctū in vno cōtradictorio accipiaꝛ tanꝙ vnus termin⁹ vel ſicut duo termini ꝙ eodē mō in ſuo contradictorio capiatur.

¶ Uigeſimo arguiꝛ nō ſequiꝛ vterqȝ homo currit et iſti homines ſunt omnes hoīes ergo iſte homo currit et iſta hō currit ⁊ ſic de ſingulis ⁊ tamen ibi et deſcēſus igitur ꝙ non ſequitur patet: quia ponendo ꝙ ſortes et plato currant añs eſt verum et ꝯñs falſum.

☞ ¶ Ad hoc argumētū reſponſum eſt in primo tractatu.

¶ Unde hic maxime conſiderandū eſt. ꝙ videatur natura ſigni diſtributiui Et ſm eius exigentiam deſcendaꝛ ⁊ aſcendatur. ¶ Multa ſigna diſtributiua diſformiter capiūtur. Uterqȝ diſtribuit ꝓ duobus ſub diuerſione quare hec ꝯña nihil valet oīs hō eſt oīs hō. ergo vterqȝ hō ē vterqȝ homo q2 poſito ꝙ eēt vnus hō in mūdo ſolū añs eſt verū ⁊ ꝯñs falſum aliqua ſunt ſigna diſtributiua ꝓ ſpeciebus qualitis vt qualiſlibet queliſlibet ⁊ ſic hec ꝓpō qliſl3 currit tantū valet ſicut de qualibet ſpecie qlitatis aliquā qualitatē habēs currit et circa hoc ſolet practicari illud ſophiſ'ma quodlibet qliſlibet de quolibet tali ſcit ipm eſſe tale quale ipm ē quātuſlibet currit tm̄ valet ſicut de qualibet ſpecie ꝗtitatis aliquē quātitatem habens currit aliq̄ ſigna denotant interruptionē tēporis rerū ſignificatarū per terminos quibus adduntur vt quotiens et totiens vt ſolet in hac propoſitione dici quotienſcūqȝ fuiſti pariſius totiens fuiſti homo illa propoſitio denotat ꝙ quotcunqȝ fuiſti pariſius tot fuiſti hō ſiue vicibus ſi barbarū ſiue nō more artiſtarū loquatur ⁊ ꝓpterea iſte aſcēſus nihil valet iſta vice fuiſti pariſius ⁊ tūc fuiſti hō ⁊ illa vice fuiſti pariſius ⁊ tunc tu fuiſti hō ergo quotiēſcūqȝ fuiſti pariſius totiēs fuiſti hō denotatur interruptio hoīs in pñte ⁊ nō in añte: ſed ex illis ſingularibus oportet hāc quotienſcunqȝ fuiſti pariſius tūc tu fuiſti homo ad bene aſcendendū ſub iſto termino vicibus vel vice in hac quotienſcūqȝ fuiſti pariſius totiēs fuiſti homo oportet in ſingularib⁹ ponere interruptionem hoīs queādmodū in vlī facile ſatis ē cōtradicere huic quotiēſcūqȝ fuiſti pariſius totiēs fuiſti hō per hāc nō quotiēſcūqȝ fuiſti pariſi⁹ totiēs fuiſti hō ſi vis eā tenere cathegoricā ſubiectū erit tu ꝑdicatū erit totiēs vicibus pariſius quotiēs hō quotienſcūqȝ ē ſignū diſtributiuū ⁊ nō ē pars extremī vel pōt cōtradicere ꝑ hāc aliquotiēs fuiſti pariſius ⁊ nō totiēs fuiſti hō de iſto ſigno diſtributiuo ſemꝑ dr̄ ꝙ diſtribuit illū terminum tpe ſm exigētiā copule ꝓpōnis in qua poniꝛ vt ſemꝑ hō ſint ibi iſte terminus diſtribuit iſtum terminū tpe ꝑ tempore pñti ⁊ pterito ſed in iſta ſemꝑ hō ē aīal tpe diſtribuiꝛ ſolū pro tpe pñti q2 nō ſupponit niſi mediāte copula de pñti ol ampliatione ſemota ⁊ ſi ſic vtamur tpe pñti ꝑ vna hora per quam totam ſortes diſputat hec eſt concedenda ſemper ſortes diſputat.

Sophiſma.

¶ Ueritates propoſitionū in quib⁹ poniꝛ ſemꝑ facile cognoſcunꝛ ꝑ contradictorias vt ſemꝑ hō nō ē aīal cuius cōtradictoria eſt aliquo tpe oīs homo ē b aīal. Sed deſcēdēdo ſub iſto termino tempore.

¶ Cauendum eſt ne arguaꝛ a ſuppoſitione cōfuſa tantū ad determinatā reſpectu multitudinis. Quare nō ſequiꝛ ſemꝑ hō nō eſt aīal ergo iſto tēpore homo nō eſt animal Sed oportet inferre iſto tēpore a homo non eſt aīal que ē vera vel reſoluere iſtā ſemper hō non eſt aīal in hanc omni tpe oē aīal hō nō eſt ⁊ tūc ſic deſcendere. ergo iſto tempore omne animal homo nō eſt ⁊ iſto tempore omne aīal hō nō eſt ⁊ ſic de ſingulis. Et ſic patet aliquas ꝓpoſitiōes eſſe veras in quibus duo termini diſtribuūtur reſpectu termini ſtantis cōfuſe tantū. Et alique ſunt falſe vt hec omne totū ꝑ aliquē exceſſū eſt maius ſua pte vel omne totū in aliqua proportione eſt maius ſua parte.

¶ Sed hec ꝓpoſitio eſt diſtinguenda vel iſte terminus proportione eſt pars ſubiecti ⁊ tunc eſt vera ⁊ ſenſus. eſt quocūqȝ verum eſt dicere ꝙ eſt totum in aliqua ꝓportione de illo verū ē dicere ꝙ ē maius ſua parte.

¶ Et hoc eſt verum ſubiectū eſt aggregatū ex determinatione accepta vnica Si exceſſum ſit pars ꝑdicati vel iſte terminus proportiōe adhuc propoſitio poteſt cōcedi predicatum pro quolibet toto ſupponit demōſtrato corpore pedali verū ē dicere hoc ē per aliquē exceſſū maius ſua pte q2 ꝑ ipſummet ē maior ſua pte. Et eodē mō hoc ē in aliqua ꝓportiōe maius ſua parte q2 in proportione que ē ipſemet continuū. Sed mathematice loquēdo iſta eſt falſa ꝑdicatū nō ſupponit pro illo toto imo ꝑ nullo

ſupponit de hoc cõtinuo falſum ē dicere hoc ē in
aliqua ꝓportione maius ſua pte q: da oppoſitū
ꝛ ſignetur iſta ꝓportio ꝛ ſit multiplex vt ſup par
ticulares vel huiuſmodi. Da ꝙ ſi dupla vł tripla
ꝛ tūc ſi hoc ē in dupla pro ꝓportione maius ſua
parte ꝛ cū pte diſtribuit̃ dabitur vna ſingularis
falſa demõſtrãdo ptẽ ʒ maiorē medietate iſta ēt
eſt falſa in a ꝓportione dē totum eſt maius ſua
parte imo ſua cõtradictoria ē vera in qualʒ pro-
portione b totū ē maius ſua pte. Patet p aſcēſuʒ

Corrolariū.

ex oībus his ptʒ has eſſe veras in qualʒ domo
eſt aliq̃d quīʒ hõ eſt vnus ſolus hõ quilibet hõ
nõ ē oīs hõ qlibet hõ ē nõ quīʒ hõ. Utraq̧ iſtaꝝ
cõtradictoriarū põt eſſe vera per hanc horã de-
monſtrãdo iſtas ſortes ſcribit ꝛ ſortes nõ ſcribit
quēlibet ſtella põt eſſe ſupra orizontē quēlibet
hominem preceſſit homo naturaliter loquendo
quēlibet bouem preceſſit bos quēlibet hominē
pceſſit nõ hõ qualibet parte cõtinui dabilis eſt
aliqua pars minor qualibet pte cõtinui dabilis
eſt aliqua pars maior oīa iſta cognoſcunt̃ per
aſcēſuʒ inchoãdo a p̃io termino diſtributo vbi
ſi termin⁹ ſtãs cõfuſe tantū ſtaret determinate
falſe eſſent ꝓpoſitiões dicte. ꝛ tūc opʒ inchoare
aſcenſuʒ a termino ſtãte determinate. Si ſub-
iectū huius oīs eēntia diuina ē pater cõplete di-
ſtribuat̃ oportet aſcēdere cõplete. Si ſit vl̃is et
nõ de oī incõplete aſcendendū eſt. Forte dicis ꝙ
ex illo ſequit̃ hãc eſſe verã quãlibet ꝓpoſitioneʒ
ſortes ſcit vel nullã ꝓpoſitioneʒ ſortes ſcit poſito
ꝙ ſortes ſcit mediocriter eruditus. Probat̃ ſic p
aſcēſum iſtã ꝓpoſitionē ſortes ſcit vel iſtã ꝓpo-
ſitionē ſortes nõ ſcit ꝛ iſtã ꝓpoſitionē ſortes ſcit
vel iſtã ꝓpoſitionē ſortes nõ ſcit continue demõ-
ſtrando idem per tuas ſingulares cõtradicētes
et ſic de ſingulis: ergo quãlibet propoſitionem
ſortes ſcit vel nullã ꝓpoſitionē ſortes ſcit. Tenet
conſequētia per aſcenſum. Nõ valet dicere ꝙ nõ
lʒ aſcēdere ſub duobus terminis ſimul vt patuit
ſuperius argumēto ſcđo huius deſcēſus. Et hoc

Petrus hiſpanus.

idē habet petrus hyſpanus in littera nec valet
dicere ꝙ nõ demonſtrant̃ oīa ſuppoſita termi-
norū diſtributorū q: quãlibet ꝓpoſitionē mūdi
demõſtro. Tertio nõ valet dicere ꝙ nõ ē aſcenſus
q: cõſequēs nõ eſt ꝓpoſitio vl̃is nec cathegorica
ſed hypotetica hoc nihil tollit in copulatiua diſ-
iunctiua in quibus ſufficit vniuerſalis partium
immo vniuerſalis terminorum. Nec requiritur
vniuerſalitas propoſitionis.

ℂ Reſpondet ꝙ ꝯña nihil va-

let añs eſt manifeſte verū continue demõſtrãdo
idem in ſingulari affirmatiua ꝛ in ſingulari ne-
gatiua ꝛ ꝯñs falſum. Nec bene aſcēditur. Et eſt
ſimilis error qui cõtingebat in ſcđo argumento
hic demõſtrat̃ omnia ſuppoſita huius termini
ꝓpoſitio. Sed non taliter qualiter. denotat̃ per
vl̃em: per vl̃em ſignificat̃ ꝙ quãlʒ ꝓpoſitionem
ſortes ſcit vel nullã ꝓpoſitioneʒ ſortes ſcit. Opʒ
idē demõſtrare in ſingularibus affirmatiuis et
in negatiuis ꝛ oēs tales ſunt vere. Interdū opʒ
demõſtrare diuerſa niõ demõſtrãdo in affirma
tiua vnã propoſitionem quam ſortes neſcit ꝛ in
negatiua vnam quam ſortes ſcit tota ſingularis
erit falſa q: erit vna diſiunctiua cuius. quelibet
cathegorica eſt falſa. Hoc idē de multis alijs ſin-

Difficultas.

gularibus ꝯtingit. Põt fieri difficultas de oculū
in iſta neutrum oculum habendo tu potes vi-
dere iſtum oculum nõ habendo tu potes videre
demonſtrando oculū ſiniſtrū iſtū oculū non; ha-
bēdo tu potes videre demonſtrãdo oculū dextrū
Ad hoc videndū reſoluat̃ iſta propoſitio in tem-
poralem conditionalē vel cauſalem. Si primuʒ
facile eſt intueri aſcēſum per falſitatē vtriuſq̧
ſingularis. Si duos oculos habeas vel ſi tantū
oculū vnū habeas ſecūda cathegorica eſt falſa
ſi neutrū oculū habeas. Sed capiendo illam in
duobus ſecundis ſenſibus maior eſt difficultas
quã pertractabimus in cõſequētijs de deſcenſu
copulato nihil dictū ē q: in ſignis collectiuis hoc
tractatur qualiter debemus aſcendere ſub ter-
mino appellãte ſuã rõnem in appellationib⁹ oc-
currit. De terminis exponibilū ſuis locis dicet̃.

ℂ Finiunt ſuppoſitiones.

ℂ Seqt̃ tractat⁹ de ãpliatiõe.

Ampliatio ſecūde in-
tentionaliter ꝛ paſſiue ſumpta ē
ſuppoſitio termini pro ſuo ſigni-
ficato vł ſuis ſignificatis reſpectu
termini importantis diuerſas dif-
ferentias temporū ꝛ ſaltem ad duas diuiſim ve-
rificabilis in potentia propinqua. Dicit̃ ſecūde

Ampliationis diffinitio.

intentionaliter ꝛ paſſiue ſumpta ad denotandū
ꝙ ãpliatio põt capi prime intētionaliter actiue
pro re ampliante paſſiue ꝓ re ampliata actiue
ſcđe intentionaliter ꝓ termino ampliãte: ſʒ pro
illis acceptiõibus nõ ſolet diffiniri. In propoſito
ponit̃ ſuppoſitio loco generis ꝙ oīs ampliatio
eſt ſuppoſitio ꝛ nõ cõtra: an ſit verū genus eius
opʒ p ptē p̃dicabiliū videre cõnotata terminoꝝ
ꝛ ꝯñter ꝓcedere et hinc eſt ꝙ petrus hyſpanus
prius determinauit de ſuppoſitionibus tãq̃ de
cõmunioribus ad ampliatiões tãq̃ ad minus
cõia. Scđm doctrinã philoſophi primo phyſicoꝝ
ꝓcedēs. Et q: ampliatio ē paſſio nobilior ꝙ re-
ſtrictio de ãpliationibus añ reſtrictiões deter-
minat. Dicit̃ poſtea in diffinitione ꝓ ſuo ſignifi-
cato ꝓpter terminos ſingulares q̃ ãpliant̃ am-
pliatiõe tēpoꝝ ꝛ nõ ſuppoſitorū. Dicit̃ ꝓ ſuis ſi-
gnificatis ꝓpter terminos cões q̃ ampliant̃ am
pliatiõe tēporū ꝛ ſuppoſitorū. Dicit̃ verificabilis
in ordine ad duas diuiſim q̃re ſubiectū hui⁹ nõ
ampliat̃ adam fuit q: nõ põt verificari in ordīe
ad diuerſas drĩas tēpoꝝ in potētia ꝓpinqua de
nullo verificat̃ mediãte copula de p̃ſenti circū-
ſcripta ampliatiõe. Sʒ viuēte adã ſubiectū am-
pliabat̃. Differētie temporū hic capit̃ ſecunde
intentionaliter ꝛ quinq̧ ſunt differentie tēpora
les eſt fuit erit põt eſſe ꝛ imaginat̃.

Diffinitionis intellect⁹. Petr⁹ hiſpanus.

Pho.

¶ Sequunt̃ alique regule.
pro ampliatione notande.

ℂ Sequit̃ prima regula am-

pliationū. terminus poſitus a parte ſubiecti re-
ſpectu copule de preterito vel reſpectu participij
p̃teriti tēporis i recto dūmodo habet ſignificatū
reſpondens in ordine ad preſens et preteritum
ampliatur ad ea que ſunt vel fuerūt. Dicitur a
parte ſubiecti ꝛ nõ ſubiectum q: pars ſubiecti ꝛ
predicati per hanc regulam ampliatur etiam

Prima regula.

dicitur a pte ſubiecti ad diſcrimē terminí poſiti a pte ƥdicati q₂ tales termini nō ampliāt a pte poſt. Sȝ hic notandū ē ꝙ ſi ponaᷓ diſiunctū copulatū vt dicēdo hō vel fuit aīal ibi vtrūqȝ extremū ampliaᷓ ſȝ dicēdo hō fuit aīal ƥdicatū non ampliaᷓ. Dicitᷓ notāter reſpectu participij in recto q₂ ſi poneretur in obliquo non ampliaret vt homo hȝ aſinū mortuū homo nō ampliatur.

Scda regula.

Scda regula. Termin⁹ poſitus a pte ſubiecti reſpectu copule de futuro vl̓ pticipij futuri tpis i recto habēs ſignificatū rñdens in ordine ad pñs ⁊ futurū ápliaᷓ ad ea q̄ ſunt vel erūt. Ex iſtis duab⁹ regulis ſequitᷓ.

Tertia regula.

Propoſitiões ignaris demirande.

Tertia regula ꝙ terminus poſitus a pte ſubiecti reſpectu copule de ƥterito ⁊ participij futuri tpis ſimul vel reſpectu copule de futuro et pticipij ƥteriti tēporis ampliaᷓ ad ea q̄ ſunt fuerūt ⁊ erūt intellige ſemp habēs ſignificatū reſpondēs virtute prime regule ſolent tales cōcedi puer vni⁹ mēſis vixit quadraginta annis. Paruus in vtero matris vixit viginti annos. Cādela lucēs ē extincta viuū ē mortuū pater meus viuus ē ſepult⁹ pater meus comedēs ē poſitus in terra. manus actualr̓ clauſa ē aperta manus ampliſſime apta ē clauſa ſortes in curia ē clauſus in domo hō mortuus ē viſus a me iſte ppoſitiões clarēt exprimēdo ampliationē ⁊ melius cognoſcūtᷓ p reſoluētes. Prima reſoluens habebit p ſubiecto hoc pnomē hoc ⁊ p ƥdicato ƥdicatū reſolubilis ⁊ p copula copulā reſolubilis in forma ſubiectū ſcde reſoluētis erit idē pronomē ƥdicatū erit ſubiectū reſolubilis ⁊ copula erit copula reſolubilis ſumpta ſub diſiūctiōe ad tps pñs hoc practicetᷓ puer vni⁹ āni vixit viginti ānos demōſtro vnū ſenē puta ſortē hoc vixit quadraginta ānos hoc ē vel fuit puer vni⁹ anni: ergo puer vni⁹ āni vixit quadraginta ānos plato in curia ē clauſus in domo hoc ē clauſuȝ i domo demōſtrādo platonē in domo clauſuȝ hoc ē vel fuit hō i curia ergo ⁊ cetera lācea itegra ē fracta pȝ p ſenſuȝ ei⁹ lācea q̄ ē vel fuit itegra ē fracta ⁊ reſoluitur ſic hoc ē fractū demōſtrādo duas ptes lācee diuiſas vel hic binari⁹ ē lācea fracta ⁊ hic binari⁹ ē vel fuit lācea integra. Carnes ſup dorſuȝ bouis ſunt aſſate h̄ ſunt aſſate demōſtrādo carnes aſſatas quas comedit ariſtoteles ⁊ hec ſunt vel fuerunt carnes ſup dorſum bouis ergo oua cruda ſunt decocta iſta ſūt decocta demōſtrādo oua decocta et iſta ſunt vel fuerunt oua cruda: ergo ⁊ cetera hō actualiter exñs rome eſt incarcerat⁹ pariſij demōſtrādo ſortē hoc eſt vl̓ fuit hō actualiter exiſtēs rome. cacabus ſup ignē ē remot⁹ ab igne hoc ē remotū ab igne demōſtrādo cacabum in curia hoc ē vel fuit cacabus exiſtēs ſuper ignē. ¶ Gratia ſcde regule tales ſunt cōcedēde paſtilli comeſti ſunt comedēdi iſti ſunt comedēdi demōſtrando paſtillos antichriſti et iſti ſunt vl̓ erūt paſtilli comeſti ergo ⁊c̄. hō mortu⁹ ē decollādus. ptȝ p ei⁹ ſenſum hō q̄ eſt; vel erit mortuus ē decollandus meretrix erit virgo hō ſenex erit iuuenis doctor theologus erit ſummuliſta hoc erit ſummuliſta demōſtrādo ſortē futurum ſummuliſtā hoc ē vl̓ erit doctor theologus papa erit in vtero matris demōſtrādo papā futurum ad mille annos hoc ē vl̓ erit papa ſanctus i celo erit peccator hoc erit peccator demōſtrādo ſortē ƥdeſtinatū qui cras peccabit hoc ē vel erit ſanctus in celo igitᷓ corruptū ē generandū qḋ eſt vel erit corruptū ē generandū. ¶ Virtute tertie regule hec ē cōcedēda ſortes iuuenis fuit diſputaturus poſito ꝙ ſortes nūc ſit ſenex nec vnqȝ diſputauerit nec mō diſputet ſȝ in futurū diſputabit. Patet p reſoluētes hoc diſputat diſputauit vl̓ diſputabit: hoc ē fuit vel erit ſortes iuuenis.

Forte hic arguis. Bene ſequitᷓ in darij quicq̄d diſputaturuȝ fuit diſputat diſputauit vel diſputabit ſortes iuuenis fuit diſputaturus ergo ſortes iuuenis diſputat diſputauit vel diſputabit cōcluſio ē falſa q₂ hec ē falſa ſortes iuuenis diſputat. Silr̓ hec ſortes iuuenis diſputauit. Similiter iſta ſortes iuuenis diſputabit: ergo aliqua premiſſarū eſt falſa ⁊ nō maior ergo minor quam conceſſimus.

Reſpōdet cōcedēdo conſequētiā cū pñte cōcluſio ē vna cathegorica de diſiuncto extremo vel de diſiuncta copula nō facio vim. Sȝ bene verū ē ꝙ in ſenſu diſiuncto iſta eſt falſa nec oīs ppō de diſiuncto affirmatiua ſine diſtributiōe terminis ſignificatiue ſumptis equiualet diſiunctiue et hoc eſt clarum dando diſiunctiuam in proprijs terminis.

Cōtra hec oīa arguitur ſic: nulla ē ápliatio ergo iſta ƥſupponūt falſuȝ. añs pȝ q₂ copula huius hō fuit aīal nō ampliat ƥdicatū: ergo neqȝ ſubiectū ⁊ ſi ſic nulla ē ampliatio ꝙ fuit ſumptū: q₂ quero rōnē quare ampliat a pte ante ⁊ nō a pte poſt. ¶ Et pñrmaᷓ. ſigna ampliatiua ſunt inuēta ad ſaluādas ppōnes cōiter cōceſſas ſȝ iſte cōiter cōcedūtᷓ. philoſophus dicit hoc in oppoſitū ē ariſtoteles i logica: ergo eſt et dicit ampliāt pñs eſt falſum ergo et añs ergo nulla ſunt ſigna ampliatiua eadē ratione.

Secūdo arguitᷓ ad idē probādo ꝙ ē ampliet ⁊ quodlȝ verbū ⁊ ex falſitate illi⁹ redibimus ad hoc ꝙ nullus termin⁹ ápliat probo añs ⁊ capio hāc ppoſitionē hō ē aīal futurū ibi ſunt due ppoſitiones. Quarū vna ē hō eſt aīal arguitᷓ ſic i iſta hō ē aīal. homo ampliaᷓ ⁊ nō a ſeipſo nec a ƥdicato: ergo ab hoc verbo eſt ꝙ amplietᷓ. arguitᷓ ſic h̄ ſubiectū in iſta hō ē aīal futurū ampliatur ⁊ hoc ſubiectum in iſta homo eſt aīal futurū eſt ſubiectum in iſta homo ē aīal ergo ſubiectū in iſta hō eſt aīal ampliatur.

Ad primū rñdetur: negādo añs ⁊ ad probationē nego pñam et qñ q̄ris cām quare fuit ápliat ſubiectū ⁊ nō ƥdicatū d₂ ꝙ eſt cōis modus cōcipiēdi ⁊ vſus logicorū ⁊ p hoc reſpōdetᷓ ad ſimile argumētū in ppoſito q̄re ſigna diſtributiua diſtribuunt poſt ſe ⁊ non ante ſe et verba ƥteriti temporis ampliāt añ ⁊ nō poſt.

Et ad pñrmationē cōcedit ꝙ ampliationes ſunt inuente ad ſaluādas propoſitiones cōiter cōceſſas q̄ ſine ampliatione nō poſſunt ſaluari ſed nos debemus vti eiſdē ſignis quibus ipſi vſi ſunt. ¶ Ad ſcdm quouis pbare ꝙ ſubiectum huius amplietᷓ hō ē aīal qui ē pars iſtius homo ē animal futurum conceditur ꝙ hō in vtraqȝ catū ampliatur ſed hoc nunqȝ ē ab hoc verbo eſt: ſȝ ab hoc participio futurū ⁊ vlterius conceditur ꝙ aliquis terminus ampliaᷓ ab iſto termino qui nō ē pars illius propoſitionis cum termino ampliato; ſed bñ verum eſt ꝙ eſt pars

propoſitionis vnde prouenit talis terminus amplíatus futurũ nõ eſt pars huius homo eſt aĩal ⁊ tamen ille terminus homo ampliatur ab illo participio futurũ:ſed eſt pars huius homo eſt animal futurũ ⁊ ibi prouenit ampliatio huius termini homo.

¶ Contra hoc arguitur ſic: ex ſolutione hac ſequiť hec concluſio ꝙ due ꝓpoſitiones contradicunt⁊ tamen ſubiectum vnius ampliať alterius vero nõ etiam extra modales in quibus hoc nõ cõpertum eſt ex parte ſubiecti ſm quancũqȝ propoſitionem declaratur cõcluſio capio homo eſt animal q̃ eſt pars hui⁹ hõ ē aĩal futurũ ſua contradictoria eſt oĩs hõ nõ eſt aĩal in qua nõ ampliatur. ¶ Secũdo ſequiť hec cõcluſio ꝙ in cõuerſa terminus ſtat ample ⁊ in cõuertente vero nõ ſtat amplo ⁊ ſic arguendo ab amplo ad nõ amplũ affirmatiue ⁊ ſine diſtributione ampli valebit argumentũ hoc declarať:qꝛ hõ eſt animal q̃ eſt pars huius bene cõuertiť in hanc aĩal eſt hõ vbi nulla eſt ampliatio. ¶ Tertio ſequitur ꝙ iſta eſſet vera antichriſtus eſt hõ ꝓbatur capio hanc antichriſtus eſt hõ futurus iam iſta totalis eſt vera ⁊ ſua pars antichriſtus eſt hõ eſt falſa. Sed ꝓbo ꝙ nõ iſta antixp̃s ē hõ que eſt pars alterius eſt vna affirmatiua cuius extrema ſupponit pro codẽ ente vel ſaltẽ cuius ſubiectũ ſupponit qđ ſufficit ad veritatẽ hui⁹.

¶ Reſpondetur concedendo duas primas cõcluſiones. ſed tertia cõcluſio eſt falſa ⁊ cõcedo ꝙ ſubiectũ huius ſupponit in hac antixp̃s eſt homo futurus. Sed illa in ꝓpoſitio nõ ꝓuenit ab iſta antixp̃s ē hõ neqȝ illõ p̃dicatũ hõ ſupponit pro antixp̃o. Ex toto illo nõ ſequiť ꝙ aliquis terminus ampliat terminum cũ quo in nulla propoſitione ponitur.

¶ Tertio arguitur ſubiectuȝ huius nõ ampliatur homo fuit clauſus in dom⁹ ⁊ tñ prima regula cõuenit illi ſubiecto. ergo male poſita eſt probatur añs:quia non a copula. qꝛ eadem ratione a predicato qꝛ equalis eſt ratio ex parte copule. ergo nullo modo ampliať quẽadmodum volens conſecrare vnam hoſtiã inter mille in confuſo nullam ſpecificans nõ cõſecrat: quia non eſt maior ratio de vna ꝙ̃ de alia idem eſt iudicium in propoſito.

Quintuplex rñſio ¶ Reſpondetur ꝙ ſubiectum ampliatur ab illo aggregato ſcilicet a copula ⁊ predicato. ¶ Scđo põt dici ꝙ ampliatur a quolȝ eorũ ſeorſum:qꝛ equalis ē ratio de vtroqȝ ⁊ ſe nõ prepediunt. ¶ Tertio põt diciꝙ nõ ampliatur. qꝛ illa ſigna ſe impediũt. ¶ Quarto põt dici ꝙ ampliatur a copula:qꝛ ē ꝓmior. ¶ Quinto poteſt dici ꝙ ampliať a p̃dicato:qꝛ ē principalior pars ꝓpõnis. Sed primũ dictũ eſt melius alia dicta poſſunt eſſe ſcholaſticoꝛuȝ reſponſiones.

¶ Cõtra hoc arguitur ſequeretur ꝙ duo ſigna ampliatiua ſe impedirẽt quẽadmodũ duo ſigna diſtributiua hoc nõ communiter eſt dicendũ probať cõſequentia ſi tolleret illud predicatum copula ampliaret ſubiectum ⁊ modo non ampliat. ergo predicatum impedit ampliationẽ actiuã copule. Eodẽ mõ põt ꝓbare ꝙ copula impediat ampliationẽ p̃dicati.

¶ Reſpondetur:ſignuȝ impediri poteſt intelligi duobus modis. Uno modo qñ ipſum ſignũ impeditur ab eius effectu:et ſic cõceditur in propoſito quẽadmodum duo ignes poſſunt ſe impedire quo ad calefactionẽ totaleȝ Alio modo ſe impediunt ſigna quãdo oppoſitus effectus vtriqȝ producitur. vt nõ omnis homo eſt aĩal ibi quodlibet illoꝛũ ſignorum eſt natum diſtribuere: ⁊ tamen producunt nõ diſtributione reſpectu illius totalis ſecus eſt in ꝓpoſito:qꝛ copula ⁊ p̃dicatũ ampliãt ſubiectũ quẽ effectum vtraqȝ illarũ cauſarũ ſeorſum nata ē ꝓducere. Signum dupl'r impedit'.

¶ Quarto arguitur:quia per ſecundam regulã ſubiectũ huius ampliaretur aliud a vero erit verũ pȝ diſcurrendo per conditiones regule ſed hoc eſt falſum qđ probatur. ſic ſubiectũ huius ꝓ paucioribus ſupponit ꝙ̃ ſubiectũ iſtius aliud a vero ē verũ. ergo nõ ampliať qꝛ ampliatio ē ampla ſuppoſitio ꝙ ꝓ pluribus ſupponit mediãte copula de p̃ſenti hoc pȝ delẽdo relatiuũ diuerſitatis capiẽdo iſtas verũ erit verũ ⁊ verũ eſt verũ. verũ in prima pro pluribus ſupponit ꝙ̃ in ſecunda. ergo aggregatũ ex relatiuo diuerſitatis ⁊ termino pro pluribus ſupponente ꝓ paucioribus accipiť ꝙ̃ aggregatũ ex relatiuo et termino pro paucioribus ſupponente quẽadmodum contingit de nomine infinito.

¶ Reſpondetur cõcedendo ꝙ ſubiectũ huius ampliať aliud a vero erit veruȝ ⁊ quicq̃d ſit de aſſumpto de quo ſtatim diſcutieť nõ ē incõueniẽs dare duos terminos ſinonimos quoꝛũ vnus ampliatur alter vero non. ⁊ tñ terminus ampliatus pro paucioribus ſupponit ꝙ̃ terminus non ampliatus vt in exemplo propoſito. quia pro pluribus ſupponit ꝙ̃ terminus nõ ampliatus:ſȝ qꝛ ſupponit in ordine ad diuerſas differentias temporum diuiſim.

¶ Quinto arguitur. quia per regulã primã ſequereť ꝙ predicatũ huius ampliareť hõ aĩal fuit. ꝯñs eſt falſum. ergo et añs cõſequentia patet per regulam. Et falſitas conſequentis patet quia ſi ſic iſta debet cõcedi hoc inſtans:hoc inſtans fuit ſenſus eſt. hoc inſtans hoc inſtãs eſt vel fuit modo eſt verum.

¶ Reſpondetur concedendo iſtam hoc inſtãs hoc iſtãs fuit hanc negãdo hoc inſtãs fuit hoc inſtãs predicatũ ſecunde ſtat in ordine ad copulã de p̃terito predicatum prime ſtat in ordine ad copulã de preterito ſub diſiunctione ad preſens. ¶ Et eodẽ modo cõcedo ꝙ hec cõſequẽtia nihil valet ſortes hõ fuit. ergo ſortes fuit homo:ſed econtrario bene valet ꝯña.

¶ Contra hoc arguitur:qꝛ ex illo ſequitur ꝙ aliqua ꝓpoſitio de p̃terito adeo cito incipit eſſe vera ſicut propoſitio de preſenti hoc eſt falſum prius verum erat dicere adaȝ eſt anteꝙ̃ verum erat dicere adaȝ fuit ⁊ ita in alijs cuius oppoſitum contingit hic.

¶ Scđo arguiť ad ideȝ. bene ſequitur ſortes hõ fuit. ergo ſortes hõ qui eſt vel fuit fuit ⁊ vltra. ergo ſortes in tempore preterito fuit per conſequens iſta conſequentia eſt bona ſortes homo fuit, ergo ſortes fuit homo.

¶ Ad primũ reſpondetur cõcedendo ↄcluſionẽ argumenti ꝙ aliqua ꝓpõ de pñti ⁊ aliqua ꝓpõ de p̄terito ſimul incipiunt eſſe vere. vt pꝫ in caſu argumẽti de q̄titate partibiliter genita etiã hoc nõ incõuenit in inſtanti terminato totũ tp̄s acquiſitionis forme primo verũ erit dicere q̃libet ps ꝓportionalis huius forme nũc ẽ acquiſita: ⁊ tamen in eodem inſtãti hec de preterito eſt vera q̃libet ps ꝓportionalis huius forme añ hoc inſtãs acquirebat̃ idẽ ẽ iudiciũ de p̄terito pfecto ⁊ de p̄terito impfecto eſt de p̄terito pluſq̃ perfecto quo ad ãpliationẽ.

¶ Ad ſecundũ augumentum nego hanc cõſequẽtiã ſortes hõ fuit. ergo ſor. hõ qui ẽ vel fuit in tpe preterito fuit lꝫ copula ſit de p̄terito nõ facit extremũ vnũ capi p̄ p̄terito tantum niſi illud copulã ſequat̃. ¶ Propterea conſueti ſumus explicando veritatẽ ꝓpoſitionis de p̄terito vti iſto termino preterito: q2 regulariter predicatũ ſequit̃ copulã. Sed tũc queris an hic ſit aliqua ampliatio fuit hõ animal vidit platonem ſortes. ¶ Reſpondetur nullus terminus in illis ampliatur patet per regulam.

Corrolaria. ¶ Sexto arguitur iſta ẽ falſa homo ẽ mortuus ſimiliter viuum eſt mortuum ergo male cõceſſe ſunt probat̃ antecedẽs nullũ viuũ eſt mortuũ pꝫ per aſcenſuꝫ nec iſtud viuũ eſt mortuũ demõſtrando ſortem nec iſtud viuũ eſt mortuum demonſtrando platonem: et ſic de ſingulis ergo nullum viuum eſt mortuum.

¶ Reſpondet̃ an ſequatur dubito an demõſtrans oĩa viua que ſunt ſolũ vel omne illud p̄ quo diſtribuit̃ ille terminus viuũ Si primo mõ cõcedo ꝙ nõ ſequit̃ nec ẽ aſcenſus Si ſcõo modo ꝯñtia eſt bona ⁊ longe plures ſingulares falſe ꝙ vere pꝫ demõſtrãdo adã ⁊ abel et oĩa viua que fuerũt. Scõo arguit ad idẽ iſta eſt falſa adã eſt mortuus. ergo ⁊ hec hõ eſt mortuus quicq̃d ſit de forma arguendi intentio argumenti ſufficit ꝓbat̃ añs illa eſt affirmatiua cuius ſubiectũ nõ ſupponit: q2 nõ põt verificari mediãte copula ſue ꝓpoſitiõis. Forte dicis ⁊ ita dicendũ ẽ hoc nõ requirit̃ lꝫ ſufficiat ꝙ verificet̃ in ordine ad aliã copulã in qua ille terminꝰ adã ſtat vniformiter ſic verificat̃ hoc eſt vel fuit adã ¶ Cõtra adhuc ſequit̃ ꝙ iſta ẽ falſa. q2 ſubiectũ nõ ſupponit pro aliquo quod eſt ſed ſolum pro illo quod fuit et predicatũ ponitur cum copula de preſenti predicatum dico nõ ampliatũ. ergo non ſupponit̃ pro re que nõ eſt mediãte copula de pñti. q2 dares mihi modum ſuſtinendi ꝙ predicatũ huius ſortes eſt aĩal ſupponit p̄ adã.

¶ Reſpondet negando ꝙ predicatũ nõ ſupponit pro adam mediante copula de p̄ſenti hec ẽ vera hoc ẽ mortuũ demõſtrãdo adam in qua mortuum ſtat eodẽ modo ſicut in alia nec eſt ſimile de predicato huius ſortes eſt animal: q2 predicatum primi eſt ampliatiuum ⁊ participium preteriti temporis habet amplũ modum ſignificandi licet nõ amplietur ꝓpterea conuenit rei que non eſt.

¶ Cõtra hoc arguitur ſic vel p̄dicatũ illud cõuenit preciſe rei q̃ nõ eſt vel rei que nõ ẽ ⁊ rei q̃ eſt. Si primũ tũc iſta eſſet falſa materia prima eſt mortua qõ eſt falſum. Si ſecũdũ ſic ponẽdo iſtũ terminũ a pte ſubiecti ſupponit p̄ omni illo p̄ quo ſupponebat a pte p̄dicati. ⁊ ſic hec negabit̃ omne mortuuꝫ eſt: iſꝫ hoc ẽ falſum omne qõ erit ẽ ⁊ omne futurũ eſt.

¶ Reſpõdetur primo ad materiã argumẽti ne laboremꝰ in equiuoco ꝙ vita ſupponit p̄ aĩa cõnotando ꝙ materiã informet. Sꝫ aĩal abſolute p̄ eadẽ re ſupponit ⁊ cũ priuatiue oppoſita habet fieri circa eadẽ. Mors ſupponit p̄ aĩa cõnotãdo ꝙ materiã informauerit et mõ nõ informat ⁊ aĩa ſeparata eſt mors. Ex illo pꝫ ꝙ deus non eſt vita ⁊ peccatum non eſt mors niſi equiuoce. Corrolariũ

¶ Scõo patet ꝙ materia viuit qñ hꝫ vitã eã informantẽ ⁊ totũ cõpoſitũ viuit: q2 ps viuit. Queadmodũ materia prima eſt alba: q2 albedo ſufficiẽs ei iheret ⁊ ex ꝯñti totũ cõpoſitũ idẽ eſt in ꝓpoſito de viuẽs eſt vita.

¶ Tertio ex illo patet ꝙ quid nominis huius termini mortuum eſt res que vixit ⁊ modo non viuit.

¶ Quarto patet ꝙ falſuꝫ erat de lazaro reſuſcitato iſte ẽ viuꝰ ⁊ mortuꝰ pꝫ p̄ q̃d nouimus de mortuũ an hõ ſucceſſiue moriat̃ vl' inſtantanee impertinens eſt huic negocio.

¶ Tunc reſpondet̃ ad formã argumẽti ꝙ mortuũ a pte p̄dicati ſupponit taꝫ p̄ re q̃ eſt ꝙ p̄ re que nõ eſt ſupponit p̄ materia prima q̃ eſt p̄ adã qui nõ ẽ: ⁊ tunc qñ ponis illũ terminũ mortuũ a pte ſubiecti dicẽdo oẽ mortuũ eſt cõcedit̃ illa. Pro quo iterũ aduerte qñ ẽ terminus ampliatiuus poſitus a pte ſubiecti ſtat ſm exigentiam copule principalis ꝓpõnis ⁊ ſm naturã termini ampliatiui ſimul omne futurũ eſt futurum ex ſuo modo ſignificandi rẽ futurã ſignificat ⁊ p̄ illa ſupponit ⁊ dꝫ habere reſpectũ ad copulam propoſitionis ita ꝙ ſubiectũ huius omne futurum eſt ſupponit pro re futura q̃ eſt ita ꝙ ſubiectum illius non ſuponit pro hoc inſtanti: quia non eſt futurũ nec ſupponit pro antichriſto: quia non eſt ſed ſupponit pro ſorte: q2 de ipſo verum eſt dicere ſortes eſt ſortes eſt futurus ſicut ſupponit. Eodem modo hic omne ꝙ erit eſt ille terminus ens ſupponit pro ente qõ eſt et erit et hoc ſi quod erit capiatur participialiter quare omnes iſte ſunt concedende omneꝙ erit eſt quicquid erit et omne quod fuit ẽ omne ꝙ poteſt eſſe ẽ omne quod potes imaginari eſſe eſt ille terminus ens in omnibus talibus a pte ſubiecti ſupponit pro ente qõ eſt ſm exigentiaꝫ copule minus principalis ſubiectũ huius omne qõ poteſt intelligi eſſe eſt ſupponit p̄ ente quod eſt ⁊ poteſt intelligi. Eodem modo iſte cõcedunt̃ omne qõ nõ fuit ẽ oẽ qõ nõ erit ẽ ſubiecta iſtarũ duarũ ſupponũt pro hoc inſtanti: ſed hanc negat buridanus quicquid erit eſt ratio: quia hãc reputat hypotheticam hanc valentẽ quodlibet ens erit et illud eſt vbi prima pars eſt falſa: et etiam ſecunda ſecundum ſua principia relatiuorum iſta eſt mere cathegorica quicquid quod erit eſt eo qõ relatiuum precedit vtrãq; copulaꝫ ſed iſta eſt hypotetica quicquid erit quod eſt. Buridanꝰ

¶ Septimo principaliter arguit̃ ſic ſequit̃. adã ẽ mortuus. ergo mortuũ eſt adam ꝯñs eſt falſum. ergo ⁊ añs. quia extrema

Corrolarium. tet quoniā pacto facile eſt reſpōdere. Pono tibi iſtam tu nō es obligatus tunc ꝓpono tibi tu es obligatus illa eſt negāda quia repugnās: ſed nō cōcedam ꝙ repugnat mea poſitio. Et ſi argua tur poſui tibi aliquid ꝛ tu admiſiſti ergo es obli gatus nego minorem propter repugnantiam. Eodem modo facile eſt reſpōdere ad iſtaꝫ nihil eſt tibi poſitum. Tertio arguit̄ ad idem pono ti bi hanc nihil eſt concedēdum qua admiſſa pro pono tibi hanc hoc non eſt cōcedēdum illud cō cedis quia ſequitur ex poſito poſtea propono ti bi hanc hoc non eſt concedendum eſt conceden dum. Si cōcedas ergo ſequitur ꝙ aliquid eſt cō cedendum capio aliquid tranſcēdēter tenet cō ſequētia ab inferiori ad ſuperius nō valet dicere ꝙ hoc nō eſt cōcedendum eſt concedendum eſt ꝓpoſitio negatiua q: eſt vna affirmatiua: cuius ſubiectum eſt hoc totum hoc non eſt conceden dum. Si illam neges arguitur ſic omne ſequēs ex poſito eſt concedendum hoc non eſt cōceden dum eſt ſequens ex poſito. ergo hoc nō eſt conce dendum eſt concedendum eſt in darū maior eſt regula obligatoria ꝛ minor iam patuit.

¶ Et confirmatur pono tibi hanc omnis homo eſt rome qua poſita ⁊ admiſſa quero vbi tu es ſi dicas rome cōcedis falſum ⁊ impertinens ſi dicas pariſius cōcedis repugnās ergo tale poſſibile nō eſt admittēdū omnis homo eſt rome propono tibi hanc. tu es rome qua negata quia falſa eſt ⁊ impertinens ꝓpono tibi hanc tu es hō. Si concedas cōtra eius contradictoriū ſequitur in baraco bene ſequitur. omnis homo eſt rome: tu nō es rome ergo tu nō es hō Si neges illā tu es homo contra ſi fuiſſet ꝓpoſita poſt admiſſionē huius: omnis hō eſt rome eā cōceſſiſſes: ſed ꝓpter negationem alterius ipſa nō eſt minus concedenda. igitur.

¶ Reſpondet admittēdo hāc nihil eſt concedendū et concedendo illā hoc nō eſt concedendum: ſed iſtam nego hoc nō eſt concedendum eſt cōcedendum. Et quando arguis omne ſequēs ex poſito eſt cōcedendum hoc non eſt cōcedendū ſequitur ex poſito ergo eſt cōcedēdum. nego maiorē tanq̄ repugnantē poſito bñ ſequitur nihil eſt cōcedendum: ergo non omne ſequens ex poſito eſt concedendum: ⁊ qñ arguis maior eſt fundamentū in obligationibus.

¶ Reſpōdet regula nō habet locū quādo admittitur aliqd aſſcedēs ad ei⁹ contradictoriū poſtq̄ regule ſunt cōtingētes bñ earū cōtradictorie admittūtur. ¶ Cōtra ſolutionem arguit ⁊ ꝓpono tibi illam ꝯñam factam in darij vel eā concedis vel nō: ſi primū bene reſpōdes ergo ē concedenda ſi negas.

¶ Contra ꝓpter nullū poſſibile poſitū eſt neceſſarium negādū. ois ꝯña bona eſt neceſſaria: ergo et nullū neceſſarium ſcitum eſſe tale ē dubitandum.

¶ Reſpondet concedēdo cōſequentiā quādocūq; proponitur ⁊ cōcedo q̄ bene reſpondeo: ſed nego qd eſt concedēda ſtat q̄ bñ reſpōdeam negando vel dubitando ⁊ cōcedendo inquantū nominaliter.

¶ Contra hoc ar. illa conſeq̄ntia nō eſt concedēda nec a te dubitāda ergo ē negāda. Sed cōtra ſcis eā eſſe in darij: ergo nō eſt negāda: facile ē dicere conſequēter.

¶ Ad cōfirmationē admitto eam et qñ petis vbi ego ſum rñdet pariſius. illa eſt ꝟa ⁊ impertinēs: ſtat bene q̄ ego ſim ī diuerſis locis: deſcriptiue vel diffinitiue vel in vno deſcriptiue ⁊ in alio diffinitiue: ſed ꝑcedēdo naturaliter propone ⁊ videbis in quo loco ſum: quēadmodū de alijs indiffinitis ante dictū eſt quālibet ſingularem negabo niſi limites determinatas: qꝛ tunc vltimam cōcedam tanq̄ ſequentē ex poſito cū oppoſitis bene negatorū.

¶ Ad aliud qñ ꝓponis in ſecūdo loco ego nō ſum rome cōcedo qꝛ ꝟa ⁊ impertinēs ⁊ tūc cōcedo q̄ ego nō ſum homo quia eſt concluſio in baroco quam ego habeo cōcedere. ¶ Replica in oppoſitum eſt facilis ordo proponendi hic multum facit.

¶ Quarto arguit poſſibile eſt q̄ iſte cōuertātur deus eſt ⁊ hō ē aſinus: ſed hoc nō eſt admittendū ergo regula nulla: maior ꝓbatur quia nomina ſignificāt ad placitū probatio minoris. qꝛ dato q̄ eius impoſitio admittitur: propono tibi illā. deus eſt: illam habes cōcedere: qꝛ ꝓpter nullum poſſibile poſitū eſt neceſſariū negandū. poſtea propono illā hō eſt aſinus ſi cōcedas cōtra eſt impoſſibilis ſi negas cōtra deus eſt et homo eſt aſinus cōuertuntur: ſed deus ē ergo homo eſt aſinus: totum antecedens cōcedis: ergo conſequēs habes concedere.

¶ Et cōfirmat pono q̄ hominem currit cōuertitur cū illa hō eſt aīal tūc ꝓpono q̄ homo ē animal ē ꝓpoſitio indefinita: illa eſt vera ⁊ impertinēs ergo cōcedenda: poſtea ꝓpono hominē currit eſt propoſitio indefinita ſi concedas cōtra eſt incongrua ſi negas arguitur ſic conuertitur cum ꝓpoſitione ergo eſt propoſitio eodem mō nō habes dubitare.

¶ Reſpondet vt maneat ſoliditas circa reſpōſiones ad talia ſophiſmata tripliciter poſſum reſpōdere ⁊ bene loquēdo conſequēter nullum ꝯueniens inferre potes. Primo admitto q̄ deus eſt ⁊ homo ē aſinus cōuertūtur ⁊ hoc ſm oēm reſponſionē ⁊ cōcedo illā deus ē et poſtea cōcedo illam hō eſt aſin⁹ ⁊ nego q̄ ſit impoſſibilis ꝟtualiter mutauit ſuā ſignificationē poſtq̄ cōuertitur cū ꝓpoſitiōe concedenda.

¶ Et ſi dicas eodē mō habeo negare hanc deus eſt poſtq̄ conuertitur cū ꝓpoſitione impoſſibili ꝯñter dicere poſſum q̄ idem eſt q̄ ad hoc ſed poſt conceſſionē huius deus eſt altera habet ſignificationē neceſſariā ſi ordine ecōtrario haberet ſignificationē impoſſibilem. Secūdo reſpōdetur ⁊ melius negando illam hō eſt aſinus. ⁊ quādo arguis deus ē et hō eſt aſin⁹ cōuertunt ſed deus eſt ergo hō eſt aſin⁹ nego cōſequentiā qꝛ antecedens ē poſſibile ⁊ conſequēs poſſibile maior eſt poſſibilis ⁊ minor eſt neceſſaria: ergo totū antecedens ē poſſibile ⁊ quādo arguis ille cōuertunt ⁊ vna ē cōcedēda ergo et alia cōcedo ꝯñam ⁊ cōcedo q̄ hō eſt aſinus ē cōcedēda quotienſcūq; tūc ꝓponis negabo.

¶ Unde hic notādū eſt ꝓ fundamento q̄ ſignificatio actentica debet manere infra tempus ſicut extra: quia hec conſequentia nihil valet. ego pono q̄ ille conuertūtur ⁊ tu illud admittis ergo ita ē ſtat q̄ ego non habeā auctoritatem totius communitatis loquenduꝫ eſt vt plures ſecūdo de celo et ille modus ē bifurcatus aliquibus dicentibus q̄ impoſitio actentica debet manere in terminis ſignificatiuis vt homo animal bipes in terminis nō ſignificatiuis vt. a. b. buf debeo reſpondere ſm nouā impoſitionem poſtq̄ nulla impoſitio eſt actentica in illis. Aliis dicētibus q̄ hoc habet verū in terminis ſignificatiuis ⁊ nō ſignificatiuis.

¶ Scōs modus eſt cōior iter veteres obligatores et ſatis rationi cōſentane⁹ quo circa eum teneo et ſcōm hoc tales propoſitiones ſunt concedende a. eſt. b. et nullum b. eſt a. poſito q̄ a ſignificet tantum ſicut omnis hō. et. b. ſicut homo. a. videt. b. ſed nullum. b. videt a. illa clarent aliquid eſt. b. ſed nihil eſt a. aliꝫ dicunt eos decipi concedentes. a. eſt. b. et negātes b. eſt. a. ſed iſti edificant in fundamento q̄ priores negarent.

¶ Ad cōfirmationeʒ admitto caſum ⁊ cōcedo ꝙ hō eſt animal eſt indefinita ⁊ hoīem currit ē ꝓpoſitio indefinita: ſed quando proponis hoīem currit nō reſpōdebo poſtꝙ̄ nō eſt ꝓpoſitio in rei ṽitate. Et ſi arguat̄ quare nō reſpondes ad hāc poſtꝙ̄ eſt ꝓpoſitio.

¶ Rñdetur ꝙ cedat tēpus obligationis ⁊ dicā ei cauſam ⁊ tunc dicam ei ꝙ infra tēpus debebam reſpōdere ſm̄ ſignificationē ſcētenticam: et q̄ ipſam eſſe ꝓpoſitionem infra tēpus fuit ſequens conceſſi ipſam eſſe ꝓpoſitionē: ſed nunc dicā ⁊ nō erat ꝓpoſitio: et arguens excedit ſuos limites ſi cōtra me edificet argumētum poſtꝙ̄ extra tēpus obligationis rei veritas eſt fatēda: ⁊ ſi infra tēpus arguat̄ hoīem currit ē congrua cōcedam poſt cōceſſionem ꝓpoſitionis ad eam tamē non reſpondebo ſed ſi illo ordine arguens arguat pono ꝙ hominē currit ⁊ homo eſt animal cōuertūtur admittā. ⁊ ſi ꝓponat hominē currit eſt ꝓpoſitio negabo q̄ falſum ⁊ impertinēs ⁊ ex conſequenti negabo ꝙ hō eſt animal eſt propoſitio ⁊ nego ꝙ habet ſubiectū ꝑdicatū ⁊ copulā tanꝙ̄ partes principales ſui.

¶ Quarto arguit̄ poſſibile eſt ꝙ a. in ꝓpoſitione vera ſignificet aſinū in ꝓpoſitione falſa hominē in propoſitione dubia tantū ſicut homo vel non homo: tunc propono tibi hanc tu es. a. ſi concedas tūc tu es aſinus poſtꝙ̄ ad impertinēs reſpondes illa eſt vera: ſi negas tunc negas illā tu es homo ſi dubites tunc dubitas illā tu es homo vel nō homo.

¶ Et confirmatur pono tibi hanc. tu concedis duo cōtradictoria caſus ē poſſibilis multi male reſpōdentes ita concedunt ⁊ illud nō eſt admittendū: ergo regula nulla. probatio minoris admitte ergo propono tibi hanc deus eſt debes ꝯcedere ꝓpono tibi papa dormit debes dubitareꝙ ſi facias arguit̄ ſic ex illo ſequitur ꝙ bene reſpondes et male reſpondes: bene ſeq̄tur concedis duo cōtradictoria: ergo male reſpondes et vltra arguo concedis omne ſequēs ⁊ dubitas dubitandum: ergo bene reſpondēs per artem obligatoriam.

¶ Ad primū primo rñdet̄ nego caſum q̄ ponitur ꝙ ideʒ terminus ſignificet eq̄uoce in cōtradictorijs tu es a. ⁊ tu nō es a. cōtradicūt: et tūc vna eſt vera ⁊ altera ē falſa: et ꝑ cōſequēs a capietur ꝑ diuerſis.

¶ Scdo rñdetur negādo illā tu es a. quia ante caſum erat neganda et adhuc non eſt facta certificatio: ⁊ hoc teneatur pro regula et conceditur ꝙ ē falſa: ⁊ ꝙ tu es homo eſt falſa. ſed q̄ñcunꝙ ꝓponitur ꝙ ego ſum hō concedam quēadmodū ſuperius dictum eſt.

¶ Ad cōfirmationeʒ admitto caſum et cōcedo illam deus eſt: et dubito illā papa dormit. ⁊ quādo proponis male reſpōdeo cōcedo: quia ſequens ex poſito ⁊ cōcedo ꝙ bene reſpondeo. q̄ me male reſpōdere ſequitur ex vna et in rei veritate bene reſpondeo ad hoc: nec eſt incōueniens bene ⁊ male reſpōdere ad diuerſas propoſitiones ⁊ iſtud poteſt defendi: ſed q̄ omnes reſponſiones ſunt retorquēde ad idē inſtās et arguens pōt ꝓponere ſolam vnam ꝓpoſitionem nego ꝙ bene reſpōdeo: ⁊ quando arguitur cōcedo ſequens: nego repugnās dubito dubitandum: ergo bene reſpondeo. nego cōſequentiam ſtat ꝙ male reſpōdeam ad impertinens ſtat ꝙ nō admittam omne poſſibile mihi poſitū.

¶ Sexto ar̄. ꝙ non oīe repugnans obligato eſt negandū ſit rei veritas ꝙ tu ſis pariſius pono tibi hanc: tu es rome que preciſe manet tibi poſita quouſꝙ tibi proponit̄ aliquid negandum ⁊ non vltra ad illam obligaberis qua poſita ⁊ admiſſa ꝓpono tibi illam tu es pariſius: ſi concedas et bene reſpōdes ⁊ procedo naturaliter cōcedis repugnās poſito forte dices tunc nō manet tempus obligationis.

¶ Cōtra tēpus obligationis durat quouſꝙ ꝓponit̄ aliqđ negādū: ſed adhuc non ꝓponit̄ tibi aliqđ negandū a te. igit̄. Forte tu negas illam cū primo ꝓponit̄ tu es pariſi cōtra tunc tu negas verum nō obligatus: igit̄ male reſpōdens. quia obligatio non durat ex hypotheſi: niſi quouſꝙ ꝓponitur aliquod negandū a te: ſed cū iſta tu es pariſius tibi ꝓponitur aliqđ negādum a te eſt tibi ꝓpoſitū: alioquin non negaſſes illā vel ſaltem male reſpōdiſti.

¶ Et confirmat̄ contra tertiā regulam puta ꝙ nō eſt reſpondēdum ad omne impertinēs ſm̄ ſuam qualitatē. patet ⁊ pono tibi hanc. exiſtenti pariſius tu es rome. poſtea ꝓpono tibi hanc: tu es rome ⁊ tu nō es electus in ſummū pontificē illa ē falſa et impertinēs: ergo negāda per tertiam regulam qđ ſi facias propono tibi iſtam: tu es electus in ſummū pontificē. Si neges arguitur ſic: tu non es rome vel tu es electus in ſummū pontificem: ſed tu es rome ergo tu es elect' in ſummū pontificē: añtecedens eſt a te cōcedēdum maior cōtradicit copulatiue negare diſiūctiua ⁊ copulatiua cōpoſite ex partib' cōtradicētibus contradicūt: et minor eſt tibi poſita: ergo cōcluſio eſt a te cōcedenda. quā ſi cōcedis ſeq̄tur hec concluſio. ꝙ admiſſo aliquo falſo cōtingēte quodlibet aliud falſum et impertinens eſſet cōcedēdum: hoc videt̄ incōueniens eodem modo ꝓbabitur ꝙ tu dormis vel diſputas: ſicut iſta tu es elect' in ſummū pōtificem.

¶ Reſpondet̄ admittēdo poſitum ⁊ cū ꝓponit̄ tu es pariſius cōcedat̄ ⁊ dicitur ꝙ tunc nō manet tempus obligatiōis: vt interarguendū dicebat̄ imo illa ego ſum pariſius duꝫ ꝓponebatur mihi fuit negāda.

¶ Cōtra hoc ar̄. illa fuit negāda a te ⁊ cōceſſiſti illa ergo cōceſſiſti negādū a te nego ꝯñam. ſed ſequit̄ negandum a me conceſſi ſed nō conceſſi negādum a me pro tempore conceſſionis illa nō erat negāda: ſed ante cauſa: q̄ licet ante reſpōſionē illa erat negāda a me non tñ poſt in tp̄e adequato quo cōceſſi.

¶ Ad cōfirmationeʒ admitto caſum ⁊ q̄ñ ꝓponis copulatiuā nego eam tanꝙ̄ falſam ⁊ imp̄tinentē poſt cui' negationē ꝯcedo hāc: ego ſum elect' in ſummū pōtificē: nec hēo ꝓ incōueniēti admiſſo vno falſo cōtingēti qđcūꝙ aliud falſum. tūc impertinēs cōcedere nō illud falſum erit ꝑtinēs ſequens poſt totā copulatiuā negatā: q̄ tūc ꝙ ante erat impertinēs ſequit̄ ex poſito cum oppoſito bene negati.

¶ Cōtra hoc arguit᷑ ⁊ pono tibi hāc ſortes eſt rome ⁊ de ſorte pariſius loquor deinde ꝓpono tibi hāc ſortes eſt rome ⁊ a aliter iſtorū nō eſt alter iſtorum demonſtrādo te ⁊ me ſuppoſito ꝙ a ↄfundat confuſe tn̄ illa eſt falſa ⁊ impertinēs ſm̄ dicta. ergo negāda qua negata ꝓpono tibi hāc vterq̧ iſtorum eſt b ⁊ alter iſtorū volo ꝙ b faciat terminū ſequētē ſtare determinate ſi cōcedas ↄcedis impoſſibile illa nō poteſt eſſe vera et nulla eſt reflexio in veritatem. ergo eſt impoſſibilis vtroq̧ exiſtente illa eſt falſa ſolo vno nihil eſt alter iſtorum et a fortiori quando vterq̧ non eſt.

¶ Reſpōdet᷑ admittēdo caſuꝫ ⁊ qn̄ ꝓponitur illa copulatiua ſortes eſt rome ⁊ a alter iſtorū nō eſt alter iſtorū cōcedat᷑. lꝫ ſit falſa: q ſequit᷑ ex poſito quecūq̧ ꝓpono infert a cōtingētē. infert b: neceſſariū ⁊ omne neceſſarium incertū ipſi a iſtud clarius pōt deduci altera via ponēdo illud falſum cōtingēs cū oppoſito poſiti diſiūctiue vt pono tibi hāc nulla eſt acceptio ꝑſonaꝝ in cōferēdis beneficijs qua admiſſa: quia poſſibilis deinde ꝓponit᷑ tibi hec diſiūctiua aliq̄ eſt acceptio ꝑſonaꝝ in cōferēdis beneficijs vl' ois hō eſt iuſtus illa diſiūctiua eſt vā rōne prie ptis q̄s eſt q̄ dubitat ⁊ imptinēs: ergo cōcedēda. Deinde ꝓponit᷑ ois hō eſt iuſtus ſi neges arguitur ſic aliqua eſt acceptio ꝑſonarū in cōferēdis beneficijs: vel ois hō eſt iuſtus: ſed nulla eſt acceptio ꝑſonarū in cōferēdis beneficijs. ergo ois hō eſt iuſtus hec ↄñā eſt bona maior a te conceſſa minor eſt tibi poſita ⁊ ſic totū añs eſt cōcedēdū. ergo et cōſequēs extra reflectiones ꝓcedo. ptꝫ ergo ꝙ illa eſt cōcedenda omnis homo eſt iuſtus.

¶ Septimo arguit᷑ cōtra tertiā regulā pono tibi hāc tu es rome qua admiſſa q poſſibilis: quā tn̄ ſuppono falſam deinde ꝓpono tibi hāc tu es rome in hoc inſtanti illa eſt negāda: q falſa ⁊ impertinēs ꝑ regulā. Sed cōtra oē qđ eſt rome eſt rome in hoc inſtāti ſortes eſt rome. ergo ſortes ē rome in hoc inſtāti: ſi neges maiorē quēadmodū debes: q repugnat poſito cū oppoſito bene negati hñ ſequit᷑. ſortes eſt rome ⁊ nō eſt rome in hoc inſtāti. ergo nō oē ꝙ eſt rome eſt rome in hoc inſtāti: q nō eſt ſortes. Sꝫ cōtra hoc arguit᷑ omne qđ eſt rome eſt rome in inſtāti pñti ſortes eſt rome. ergo ſortes eſt rome in inſtāti pñti ſꝫ nullū eſt inſtās pñs niſi hoc inſtans aliquid in codeꝫ inſtāti eſſent plura inſtācia qđ contradictionem claudit. Loquamur vt plures de inſtātibus ſiue inſtans ſit celum ſiue accidens raptim tranſiens.

¶ Et cōfirmat᷑ ad idē ponēdo tibi hanc ois hō eſt ediuburgi ⁊ ſit rei veritas ꝙ nullus ibi ſit. nec aliqua qua admiſſa: q poſſibilis propono tibi hāc ſortes eſt ediuburgi illa eſt negāda: quia falſa ⁊ impertinens.

¶ Sed cōtra hoc arguit᷑ propono eodem modo plato eſt ediuburgi illā pari rōne habes negare ⁊ quālibet ſingulareꝫ illius vlis tunc ꝓpono tibi hāc: nō ſunt plures hoīes illa eſt vera poſt oēs ſingulares negatas ⁊ imptinēs. ergo cōcedēda ꝙ ſi imptinēs. Arguit᷑ ſic nō eſt ſequēs vt notū eſt nec repugnat: q iſta ſimul ſtāt ſortes nō eſt ediuburgi plato nō ē ediuburbi ⁊ ſic de ſingulis ita ꝙ ſingulis habeat ꝓ ſubſtātiuo plures terminos diſcretos in ſingulari nūero acceptos copulatiue. q ſi de hinc ad mille annos omnib' iſtis mortuis. omnis homo ſit ediuburgi illa ſimul inſtant.

¶ Reſpondet᷑ admittēdo poſitū et in arguēdo hñ rñſum eſt vſq̧ ad illud punctū. ſed nullū eſt inſtās pñs niſi hoc inſtās alioq̄n eſſent ſimul plura inſtātia hoc nego tāq̄ repugnās: nec ſequit᷑ ꝙ ſimul ſint plura inſtātia. ¶ Et ſi petas qđ ē īſtās pñs. ¶ Rñdet᷑ ꝓpone ⁊ forte videbis. Dicit᷑ forte: q pōt ſic arguēs ꝓponere ꝙ cōcedā ꝙ b inſtās ſit pñs vel c. eſto ꝙ ſit falſum. ſed q ſequēs ſi nō ſequat᷑ non inueniat qđ inſtās ſit pñs. hic nō opꝫ certificare rñdentē q ſi dicā hoc inſtās mihi aduerſo ſi b. vel. c. falſum eſt impertinens.

¶ Ad cōfirmationē admitto caſum ⁊ quālibet ſingularē nego, ⁊ ꝯcedo hāc nō ſunt plures etiā ois illa ſtāt ſimul cū hac ois hō eſt ediuburgi vt declarabit᷑ arguēdo. Sed cōtra hoc arguit᷑ hñ ſequit᷑ ſortes nō eſt ediuburgi plato nō eſt ediuburgi. ⁊ ſic de ſingulis et non ſunt plures hoīes: ergo ois hō nō eſt ediuburgi ꝑ inductionem etiam negatiue procedendo non eſt opus conſtantia ſed illud conſequens repugnat poſito. ergo ⁊ antecedens ad illud conſequens puta omnis homo nō eſt ediuburgi.

¶ Reſpondet᷑ negādo ↄñtiaꝫ immo opus eſt ↄſtātia a ſingularibus negatiue ⁊ tunc añs erit impoſſibile ꝓpter ptūi incōpoſſibilitatē ſed a ſuperiore diſtributo negatiue ad ſingulares nō eſt opus conſtātia ſm̄ Ariſto. hec ↄñā eſſet neganda iſte homo non eſt animal ⁊ iſte homo nō eſt animal ⁊ nō ſunt plures hoīes ergo ois homo nō eſt animal. añs eſt cōtingens ſm̄ eū ⁊ ↄñs impoſſibile. codē modo non ſequit᷑ hoc ens nō eſt vel hoc ens nō eſt ⁊ nō ſunt plura entia. ergo aliqđ ens non eſt. ↄñs eſt impoſſibile ſimpliciter ⁊ añs contingens. Ariſtoteles.

¶ Contra iſtud arguitur hec vniuerſalis omnis homo non eſt ediuburgi infert ſuas ſingulares per deſcenſum ſine conſtātia ⁊ ſed de ratione deſcenſus eſt ꝙ ecōtrario valeat aſcenſus. ergo male dictum eſt. Reſpondetur tibi quadrupliciter eſt impertinēs ſtaret in deſcenſu ⁊ aſcenſu. Secundo peto a te quo nam pacto probabis mihi ꝙ ſit de ratione deſcenſus ꝙ econtrario valeat aſcenſus. Tertio dico ꝙ ecōtrario valet aſcenſus ex oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis. ſequitur bene omnis homo non eſt ediuburgi. ergo ſortes non eſt ediuburgi ⁊ plato non eſt ediuburgi. ⁊ ſic de ſingulis. Ex oppoſito arguas. plato eſt ediuburgi vel ſortes eſt ediuburgi: ⁊ ſic de ſingulis. ergo aliquis homo eſt ediuburgi an ille deſcenſus ſit materialis more pariſienſi non inſiſto. alij vocarēt eam formalem accipe terminos communes cū pronomine demonſtratiuo arguendo ab inferiori ad ſuperius affirmatiue non eſt opus conſtantia alia ab innata ſecus eſt negatiue.

¶ Quarto dico capiēdo illas ſingulares negatiue ⁊ copulatiue in re aſcēdēdo debes vti ↄſtātia affirmatiue iſto mō potes multas copulatiuas cōcedere poſſibiles q̄ repugnare videnť imo debes eas ꝯcedere veras. pꝫ pono

tibi hãc. ãtixp̃s eſt edimburgi qua admiſſa: q2 poſ
ſibilis: deinde ꝓpono tibi hãc: ãtichriſtus eſt in
hoc inſtãti alicubi illa eſt falſa ⁊ nõ ſequit̃: quia
poſt lapſum huius inſtãtis ſi antichriſt' ſit ediu
burgi antecedẽs eſt verũ ⁊ cõſequẽs falſuꝫ ⁊ ꝯña
ſemel mala eſt impoſſibilis ⁊ ꝓpter nullũ poſſi-
bile poſitũ eſt impoſſibile cõcedendũ. ⁊ ſi nõ ſe-
quat̃ vt dictũ eſt habes cõcedere hãc copulatiuã
bene reſpondẽdo antixp̃s eſt ediburdi ⁊ anti-
xp̃s nõ eſt alicubi in hoc inſtãti ⁊ idẽ eſt nunc: q2
diſcrete ſignificat tẽpus p̃ſens vel saltẽ ſupponit
diſcrete pro tẽpore preſenti antichriſtus currit ⁊
nũc nõ hꝫ pedes. ptꝫ pono tibi hãc antichriſtus
currit illa eſt poſſibilis licꝫ falſa ꝓpono tibi hãc
antixp̃s nũc habet pedes illa eſt falſa ⁊ imperti
nens. ergo negãda: tunc debes cõcedere ſuã con
tradictoriã quotienſcũq; proponit̃ ſm prius di-
cta ſortes eſt magiſter ⁊ tũc nõ habet diſcipulũ.
ſortes eſt rex ⁊ nũc nõ habet regnũ: ſortes eſt cu
ratus ⁊ tũc nõ habet curã: curatus nominaliter
pricipialiter nõ eſſet. queſtio ſed ſi ſortes eſt rex
ſortes in inſtãti preſenti habet regnũ ſortes cur
rit toto tẽpore p̃nti ⁊ ꝑ tẽpus p̃ſens capio vnam
ſeptimanam: ⁊ tñ in tota hac ſeptimana nõ ha
bet pedes illud eſt ꝑſpicuũ per deſcenſum:

☞ ## ❡ Circa ꝓpoſitiones ſimiles

⁊ diſſimiles ſolet inter obligatores eſſe diſcepta
tio pro qua notabis. Ille ꝓpoſitiones dicunt̃ ſi-
miles que ſimilẽ veritatẽ vel falſitatẽ amplectũ
tur diſſimiles qñ vna eſt vera ⁊ reliqua falſa vel
qñ vna eſt poſſibilis ⁊ altera impoſſibilis vl̃ vnã
cõtingẽs ad vtrũlibꝫ ⁊ altera neceſſaria ⁊ in iſtis
reſpõdes vt ſupra de iſtis deus eſt ⁊ hõ eſt aſinus
cõuertũtur verbi cauſa pono tibi hãc tu es pari-
ſius ⁊ tu es rome ſunt ſimiles illa eſt admittẽda
intelligo ſimilitudinẽ veri vel falſi alꝭ paſſiones
nõ tãgere ſolẽt obligatores ꝓpoſita tibi hac tu
es pariſius eſt concedẽda tãq̃ vera ⁊ impertinẽs
⁊ altera negãda imptinẽs falſa: non ſequit̃. ego
ſum pariſius ⁊ ego ſum rome ſunt ſimiles ſꝫ ego
ſum pariſius. ergo ego ſum rome quẽadmoduꝫ
nõ ſequit̃. deus eſt ⁊ hõ eſt aſinus cõuertũtur et
deus eſt: ergo hõ eſt aſinus: ⁊ ex cõſequẽti nega-
bo ego ſuꝫ rome ſignificat me eſſe rome vt dictũ
eſt in inſolubilibus: hec eſt vera ego ſuꝫ aſinus ⁊
Ponunt̃ regule. ego nõ ſuꝫ aſinus nec tibi dicã q̃d illa ſigt̃ vt fre-
quẽter meminimus pro olbus iſtis ponunt̃ aliq̃
regule quãdocunq; ponũtur due propoſitiones
eſſe ſimiles in illis ad placitũ ſignificãtibus poſt
admiſſionem caſus neget̃ ꝓpoſito falſa ꝓpoſita
⁊ vera cõcedat̃ modo ſcienter eſſe tales: ⁊ dubia
dubitet̃. Sed ſi addat̃ in caſu ipſis ſic ſignificãti-
bus videat̃ an ſit repugnãtia: ⁊ tũc nõ admittat̃
caſus vt pono ꝙ deus eſt ⁊ hõ eſt aſinus ſm iſtã
preciſam ſignificationẽ ſm quã ſignificant ſunt
ſimiles ille caſus eſt negandus. Secũda regula
quãdocũq; ponuntur due propoſitiones eſſe ſi-
miles ſm ſignificationẽ hãc quã habẽt quarum
vna ſequitur ad cõtradictoriã alterius ille ſunt
ſimiles in veritate. ⁊ quãdocunq; proponit̃ vna
earum vel ambe ſunt concedende vel cõcedẽda
ſed ſi ex vna ſequitur oppoſitũ alterius ille ſunt
ſimiles in falſitate ⁊ quandocunq; ꝓponuntur
ſunt negande declaratur exemplis pono tibi ꝙ
tu non curris ⁊ tu moueris ſic ſignificando ſunt
ſimiles tũc quero a te an infallibiliter oportet
defenſare has veras quãdocũq; proponunt̃ ⁊ ha
beo propoſitũ vel cõcedis eas falſas. ⁊ tũc ꝓpo-
no tibi hãc tu curris opꝫ cõcedere: quia cõtradi-
cit ꝓpoſitioni quã ſuſtines falſam ⁊ vltra tu cur
ris. ergo tu moueris: cõcedis antecedens veruꝫ
ergo debes cõcedere cõſequẽs extra inſolubilia
ꝓcedimus. Eodem modo exẽplificare potes hic
tibi cõcluditur ⁊ tu neſcis tibi concludi ſunt ſi-
miles tu ſcis tibi cõcludi. Infert hanc tibi con-
cludatur qđ non eſt nõ ſcit̃: primo poſteriorũ tu
ſcis tibi ꝯcludi contradicit huic tu neſcis tibi cõ
cludi. vel saltẽ huic nõ ſcis tibi ꝯcludi non pono
pro nunc diſcrimẽ inter illas exemplum ſcđl tu
es homo ⁊ nõ eſt animal facile ibi intueri: tibi
nõ concluditur ⁊ tu ſcis tibi concludi. da ꝙ ſunt
ambe vere tunc tibi cõcluditur infert hanc tibi
cõcludetur eſt ſic habes concludere has duas ti
bi concludit̃: ⁊ nõ tibi concludit̃. ſi dicas illas fal
ſas ⁊ primas veras in priore parte exempli iſtud
nõ ſequit̃. Ex iſtis duabus regulis poteſt cõſequẽ
tẽ rñdere in diſſimilibus ⁊ quaſi materia nec ſor
te cõducit in illis regulis nõ magis inſiſto.

❡ Tertia regula: oẽs reſpõſio

nes ſunt retorquẽde ad idẽ inſtans hoc probat̃
quaſi alioquin nũq̃ hõ redargueret̃. q2 ꝑ varia
tempora contradictionem euaderet.

❡ Quarta regula ad imperti

nens reſpondendum eſt ſecundum ſuam quali-
tatem hoc eſt ſi ſit vera ſcita eſſe vera conceda-
tur ſi falſa ſcita eſſe falſa negabitur ſi ſit dubia
dubitetur cum ſit impertinens non eſt ratio
ꝙ magis variabitur reſponſio infra tempus q̃
extra.

❡ Quinta regula: omne poſ

ſibile ſcitum eſſe tale eſt admittendum hic ex-
tendo terminum ad opinare ⁊ credere hoc pro-
batur: quia alꝭ eſſet miſerorum fuga facilia poſ
ſibilia admittere ⁊ non difficilia cũ omnia equa
liter defendi poſſunt licet non cum equa facili-
tate. ❡ Poſſibili poſito eſſe inquit ariſtoteles Ariſtoteles.
nullum ſequitur inconueniens per poſſibile po-
ſitionem poſſibilem intellige: ⁊ ſcias que eſt
illa diſtincte alioquin frequenter te innodabis
quare hic non eſt obligatio pono tibi omne poſ
ſibile: quia poſitum non eſt propoſitio ſed bene
eſt terminus pro propoſitione ſupponens quẽ-
admodum hic pono tibi omne ens. Nec hic eſt
obligatio pono tibi omne poſſibile compoſſibi-
le ſed bene hic eſt obligatio pono tibi hanc om-
nis propoſitio eſt poſſibilis illa eſt admittenda
poſſibile ſecunde intẽtionaliter non ampliat in-
terdum in vſu eſt ꝙ nulla propoſitio eſt in rerũ
natura niſi poſſibilis quare etiam ſi opponens
dicat pono tibi propoſitionem de qua cogito re-
ſpondens nõ debet eam admittere quouſq; ſci-
uerit que eſt illa hoc ptꝫ: q2 da oppoſitũ ꝙ eã ad
mittit tunc ꝓponit̃ ei hõ eſt aſinus quam conce
dere non poteſt ⁊ ſi eam neget opponẽs arguet
ſequitur ex poſito ergo; illa eſt concedenda aliꝭ
eſt dubitandum ergo conſequens nõ eſt negan-
dũ nec admittatur ꝑpõ de qua cogitat eſto ꝙ ſit
certificatio ꝙ ipſa ſit poſſibilis hoc mõ p̃nt im-
pediri tales caſus a ſignificabit alterũ iſtorũ pa
pa dormit vel nullus papa dormit puta illã q̃ eſt
vera et me lateat ſecus eſt de hac aliquis homo
currit licet ignorem quis homo ſit currens ſcio
tamen que propoſitio mihi ponitur.

❡ Sexta regula ꝓpter nullũ

poſſibile poſitum eſt neceſſarium negãdum vel impoſſibile concedendum.

¶ Septima regula poſitum ſub forma poſiti ꝓpoſitū eſt cōcedendū dicif ſub forma poſiti: quia ſi poneref in alio ſenſu negabitur exemplū pono tibi hanc alter iſtoꝝ eſt verum demōſtratis duobus cōtradictorijs: poſtea propono tibi illam quā dinoſcis veram qua cōceſſa negabis alterum iſtorum eſt verum poſtꝙ ibi capitur relatiue ex cōmuni modo loquendi ꝓpter precedētem. In prima indeſinite ex his ꝓpoſitionibus infero corrolaria.

Septē corrolaria.

¶ Primū eſt. nunꝙ duo contradictoria infra idem tēpus obligationis ſunt concedenda vel neganda: quia tunc homo eſſet redargutus cum omnes reſpōſiones ſunt retorquende ad idem inſtans.

¶ Scđm corrolariū. oē pertinens repugnās ē negandū ⁊ oē ſequēs concedēdū prior ps ſeqtur ex pma regula: ſecunda ps ex quarta. Oīs ↄñā bona eſt neceſſaria.

¶ Tertiū corrolariū. nō oportet ad oēm queſtionē dare reſponſionē hoc patꝫ poſito tibi iſta ethiops ē hadinthone eſt admittēdaꝗ poſſibilis ſi petaf qs ē ille nō pōt ſignari: qꝛ ſi dicas ſortes cōcedis falſum ⁊ impertinens ↄtra tertiā regulā: ⁊ ita de qualibet ſingulari ex quo habes indeſinita ē cōcedenda cui⁹ nulla ſingularis ē cōcedenda. imo ꝗcūꝗ ꝓpoſita iþa negabif niſi vnam feceris ſequentē ex conceſſis cū oppoſitis negatarum ſingularium.

¶ Quartū corrolariū. nō incōuenit negare neceſſariū ꝑ accidens ⁊ concedere impoſſibile ꝑ accidens hoc patet ꝑ tertiā regulam omne poſſibile eſt admittendū impoſſibile per accidens eſt poſſibile: ergo eſt admittēdum et per cōſequēs concedendum.

¶ Hic aduerte ꝙ hec participia concedendū negãdum bifariam ſolent accipi apud obligatores nōialiter ſcꝫ et participialiter nōialiter cōcedendū tantū valet ſicut dignū cōcedi negandū dignū negari participialiter cōcedendū eſt illud qđ concedendū eſt illud qđ cōcedetur. Ex quo liquet ꝙ vna ꝓpoſitio ē cōcedēda pricipialiter ⁊ nō nōialiter: vt patet in malo reſpondente aliqua nōialiter et nō participaliter aliqua vtroꝗ mō: ⁊ ſic potes multiplicare tales aliū ꝓpoſitio eſt cōcedenda ⁊ negãda.

¶ Quintū corrolarium pricipale nō eſt incōueniens ꝙ hō concedat ſe male reſpōdere. ptꝫ oē poſſibile ē admittendū ſortes male rñdet ē poſſibile ergo ſortes male. rñdet ē admittēda ⁊ ex ↄñte cōcedendū. Eodē mō non incōuenit cōcedere tales ego cōcedo duo cōtradictoria ego nego ſequens ex poſito. Sed metā in hac arte ē ceſſante tēpore obligatiōis cōcedere qđ hō male reſpōdet vel qđ ei rōnabiliter regulis obligationū obuiauerit oſtendere.

¶ Sextū corrolariū. conceſſa vtraꝗ pte copulatiue tota copulatiua eſt cōcedēda ptꝫ. ſeqtur ex partib⁹ antiq obligatores ſolēt copulatiue vtrāꝗ partē cōcedere negãdo totam copulatiuā hoc parū ſolitarius hꝫ licet poſſet ꝑtinue defendi illū modū nō impugno: qꝛ nunc inoleuit pariſijs ⁊ ex ↄñti cōcederent diſiunctiuā cōpoſitā ex partib⁹ ↄdictorijs quālibet partē ei⁹ negãdo iſte modus exonie ⁊ cantebrigie adhuc eſt in honore antiquoꝝ dicta parū interdū pbabilia aliqd pneumatis habere videntur.

¶ Septimū corrolarium admiſſa pte falſa copulatiue ⁊ poſtea ꝑ te falſa eiꝰ pte þa ꝓpoſita tota ē negãda. pbaf. qꝛ eſt falſa ⁊ impertinens. ¶ Poſitio hypothetica vocaf poſitio compoſita. Poſitio cathegorica poſitio ſimplex. Declaraf exemplo poſita ⁊ admiſſa hac oīs hō eſt pariſius ſi ꝓponaf oīs hō eſt pariſius ⁊ rector eſt pariſius prin⁹ negabitur ſed ſi fuiſſet ꝓpoſita rector eſt pariſius in ſcđo loco tota copulatiua in tertio loco cōcedēda. Ex quo pꝫ ꝙ ordo ꝓponēdi multū facit ad reſponſionē vltimo ſeqtur nō eſſe incōueniēs cōcedere repugnās poſitioni hoc eſt ↄtra multos antiquos nō admittētes tales tu nō es obligat⁹ nihil eſt tibi poſitū corrolariū ptꝫ ꝑ tertiā regulā. Ex oīb⁹ colligif ꝙ obligatio ē ſuperi⁹ ad poſitionē ⁊ ꝙ poſitio petitionē ⁊ rei veritatē includit: ⁊ ſic tres ſpēs famoſe poſitio depoſitio ⁊ dubie poſitio ſufficiunt de duab⁹ vltimis ſpeciebus futurus ē ſermo. Et regule intelligant formabūtur ꝗdā ſophiſmata.

¶ Cōtra primā regulā arguif ſic pbãdo ꝙ nō oēs reſpōſiones ſunt retorquēde ad idē inſtans pono tibi hāc egyptus ē in affrica vel oīs hō eſt pariſius hec diſiūctiua ē poſſibilis qua admiſſa ꝓpono tibi hāc egyptus ē in affrica illā dubitas quēadmodū ſaluſtius ⁊ geographi poſtea ꝓpono tibi hāc oīs hō eſt pariſi⁹ illa eſt falſa ⁊ impertinēs ꝙ ſit impertinēs pbatur ſic nō ſeqtur omnis hō eſt pariſi⁹ vel egypt⁹ eſt in affrica: ſed hec eſt tibi dubia egiptus eſt in affrica ergo omnis hō eſt pariſius. Saluſtius

¶ Forte eā negas ſicut neganda eſt tūc ꝓpono tibi rurſus egiptus ē in affrica ſi cōcedas iā eandē ꝓpoſitionē dubitas ⁊ concedis ⁊ hoc ē incōueniens ꝑ eodē inſtāti: ergo opꝫ ꝑ varijs inſtātib⁹ ⁊ ſic nō oēs rñſiones ſūt retorquēde ad idē inſtās. Si iterū dubitas arguif ſic: bene ſeqtur oīs hō eſt pariſius vel egyptus ē in affrica: ſed nō oīs hō eſt pariſius ergo egypt⁹ eſt in affrica a tota diſiūctiua cū deſtructiōe vnius partis ad poſitionem alterius totū añcedēs eſt concedendum ergo ⁊ cōſequēs maior eſt poſita minor oppoſitū bene negare. igitur.

¶ Ad hoc argumentū admittitur illa diſiūctiua ⁊ poſtea dubitef illa egypt⁹ ē in affrica ⁊ negef ſcđa cathegorica poſt cuius negationē cōceditur illa egyptus ē in affrica: quia ſeqtur ex poſito cū oppoſitio bene negate ⁊ cōcedatur ꝙ eadē propoſitio ſimul dubitetur ⁊ cōceditur ſed nunꝙ cōceditur ⁊ negatur.

¶ Cōtra hoc arguif ſic ſequeretur ꝙ alicuius bone cōſequētie añs eſſet cōcedendū ⁊ conſequēs dubitandū contra regulā generalem hoc ptꝫ in propoſito.

¶ Reſpōdetur ꝑ ꝓpoſitiones ꝓpoſitiones. prima ē illatū nō eſt incōueniēs pꝫ hic hoc conſequēs eſt dubitandū ergo hoc cōſequēs eſt dubitandū. Scđa ꝓpoſitio pro illo inſtanti quo añcedēs cōceditur egyptus ē in affrica nō dubitaſ

ſed ꝯceditur ſed pro illo tempore quo dubitatur nō ſequebat̃ ex poſito cū oppoſito bene negare nihil erat bene negatū tunc. Et ſi iterum dicas cū oēs reſpōſiones ſunt retorquēde ad idem inſtās q̄ pro eodē inſtanti habes vltra reflexiuas antecedens cōcedendum ⁊ conſequēs dubitādū ſaluationē habes ante oculos ex dictis ſed illud nō euenit cauſa concedere ⁊ negare.

¶ Preterea arguit̃ oēs rñſiones ſunt retorquēde ad ideʒ inſtās ſed nōnunq̄ ſunt decem vel duodecim ppoſitiones ſucceſſiue prolate que non poſſunt eſſe in eodem inſtanti igitur. Reſpōdetur q̄ licet nō poſſunt eſſe in eodē inſtanti: ſunt tamē accipiende p eodē quēad modū poſt prolationē tue vocalis tibi ꝯtradico. Scđo arguit̃ contra ſcđam regulam ⁊ pono tibi hanc aliquid tibi poſitū nō eſt admittēdum caſus eſt poſſibilis. quia poſſibile eſt q̄ ponam tibi propoſitioneʒ impoſſibilem admiſſo caſu addo hāc nihil eſt tibi poſitū niſi poſſibile ergo aliqđ poſſibile non eſt admittendū.

¶ Et cōfirmat̃ pono tibi hāc tu nō es hoc eſt poſſibile vt liquet: ⁊ tamē nō eſt admittendū igit̃ ꝓbatio minoris: q: da oppoſitum admittatur ppono tibi hāc tu es ſi negas: quero q̄re negas. forte dicis q: repugnat poſito. Contra nō repugnat tibi poſito nec poſito alicuius alteri' a tergo nulli poſito repugnat. Si cōcedas cōcedis duo cōtradictoria cōtra primaʒ ppoſitionē ⁊ vnū corrolariū deductū.

¶ Rñdet̃ admittēdo caſum et nego minorem nihil eſt mihi poſitū niſi poſſibile imo dico q̄ eſt impoſſibile negam illam q: repugnat poſito ⁊ hoc tenēdo q̄ propoſitio plures non eſt vna vbi poſituʒ eſſet ppoſitio poſſibilis et impoſſibilis vt nō deus eſt maior eſt falſa: q: eſt admittēda in ſenſu poſſibili.

¶ Ad cōfirmationē admitto hanc ego nō ſum: ⁊ q̄ñ proponis ego ſum illam nego. Inſup petis quare nego caute reſpōdēdū eſt: q: ſi dicā repugnat mihi poſito michi aduerſor ppterea ſic rñdetur placet mihi illā negare vel cedat tempus ⁊ videbis quare eā negaui infra tempus. Tertio dico magis ad rigorem obligationis nego q: repugnat poſito illa eſt vera ⁊ impertinēs: ⁊ quādo arguis nō repugnat michi poſito nec poſito alterius a me: ergo non repugnat poſito. nego ꝯñam poſtq̄ debeo ſuſtentare q̄ ego non ſum totū antecedens eſt concedēdum et conſequens negandum. ⁊

¶ Cōtra hoc ar̃ repugnat poſito iſti vel illi. ⁊ ſic de ſingulis: q̄ro qđ eoꝝ. Rurſus aliquis homo mihi loq̄tur q̄ro quis eſt ille. Reſpōdet̃ negādo ꝯñam: ſed ſi ponas cōſtantiā cōcedo ꝯñam ⁊ cōſequens ⁊ quādo petis p quarta parte reſpōdetur propone ptes per ordinem ⁊ forte inuenies p qua parte. Secūdo dicit̃ non oportet ad omnē queſtionē dare reſponſionem eſto q̄ queſtio ſit ad ppoſitum ⁊ nunq̄ ita reſpōdendū eſt niſi quādo per reſpōſionem concedimus falſum ⁊ impertinēs cōtra vnam regulam vel repugnans poſito contra aliam.

¶ Scđa ſpecies obligatiōis eſt de depoſitio q̄ ex poſitiōe claret depoſitio vni' ppōnis ē vt ipſa teneatur falſa: ſua cōtradictoria vera deponere hanc omnis homo eſt rome: nihil aliud eſt q̄ ponere tibi hanc homo nō eſt rome. Ex iſto ſequūtur corrolaria. Primum eſt nullum neceſſarium eſt admittendū in depoſitione: ſed bene impoſſibile prior pars patet: q: ſi ſic impoſſibile eſſet ſuſtinendū ſtatum eſſe tale ſemper intellige ſecūda pars eſt clara. Secūduʒ corrolarium omne añtecedens ad depoſitum eſt negandum: et omne ſequens ad oppoſitū depoſiti concedendum prior pars patet: quia da oppoſitum antecedens ad depoſitum eſt concedēdum ergo ⁊ depoſitum quicūq̄ concedit antecedens bone conſequentie: et conſequens cōcedere habet. Secūda pars patet ex dictis capitulo priori. Ex iſto facile eſt reperire inpertinens in depoſitione gratia exempli depono tibi hāc homo non eſt ediuburgi debes tunc defendere hāc omnis homo eſt ediuburgi: tunc propono tibi hanc. homo non eſt ediuburgi debes eam negare poſtq̄ depoſitum in forma depoſiti propoſitum eſt negandum. Item repugnat virtualiter poſito omnis homo eſt ediuburgi virtualiter dicitur virtualiter. quia non ponitur in ꝓpria forma ſed conſecutiue et virtualiter: poſtea propono tibi hanc. rector pariſiēſis non eſt ediuburgi illa eſt concedenda: quia vera ⁊ impertinēs iſta ſimul ſtant homo nō eſt ediuburgi et rector pariſienſis non eſt ediuburgi. poſtea propono tibi hanc. rector pariſienſis eſt homo. illa eſt neganda: quia repugnat oppoſito depoſiti cuʒ bene cōceſſo vel antecedit ad depoſitum quod idem eſt quia bene ſequitur rector pariſiēſis nō eſt ediuburgi et rector pariſiēſis eſt homo: ergo homo nō eſt ediuburgi. Ex iſtis pꝫ q̄ regule de pertinētia repugnātia ⁊ imptinentia ante facte intelligēde veniūt in poſitiōe ⁊ non in depoſitione vel ſub alhaꝫbis in poſitiōe vel i depoſitiōe ꝟtuali.

¶ Contra iſta ar̃ depono tibi hanc. alique propoſitiones nō ſunt vere quo admiſſo ppono iſte ſunt propoſitiones demonſtratis illis tu curris tu non curris illa eſt cōcedēda quia nō repugnat oppoſito depoſiti ſtat q̄ vna ſignificet ſortem currere.

¶ Et cōfirmatur depono tibi hāc. tu es aſinus vel aliquod impoſſibile antecedit tibi depoſito admiſſo: quia cōtradictoria depoſiti non eſt impoſſibilis ppono tibi aliqđ impoſſibile antecedit ad tibi depoſitū qua negata q: antecedit ad depoſitum a pte diſiūctiue affirmatiue ad totā ppono tibi hāc. hec ē impoſſibilis hō eſt aſin' illa eſt cōcedēda: q: vera ⁊ impertinens: ⁊ tunc arguit̃ ſic homo eſt aſinus ē impoſſibilis ⁊ antecedit ad tibi depoſituʒ igitur aliqđ impoſſibile añcedit ad tibi depoſitum.

¶ Reſpōdet̃ admittēdo depoſitū ⁊ cōcedo illā iſte ſunt ppoſitiones iſte ſimul ſtant oēs ppoſitiones ſunt vere ⁊ ſortes currit ⁊ ſortes nō currit ſunt ppoſitiones ⁊ ex cōſequēti cōceditur q̄ ſunt vere ⁊ cōcedo q̄ contradicāt: q: illa ē vera ⁊ imptinens: q: nō eſt incōueniens q̄ due cōtradictorie ſint vere ſed nulle ppōnes ſūt cōtradictorie vere: ⁊ ſi ꝓponatur ille propoſitiones nō ſunt plures hanc cōcedo vt patet de mētalibus iſtarū deus eſt ⁊ ſortes currit.

¶ Forte dicis nulle ppōnes ſunt cōtradictorie niſi q̄ cōtradicūt ſibiīuicem

q̄d vnī' p- poſitionis eſt depoſitio.

tunc nego ꝙ nō ſint ꝑpōnes plures ſ; ſi propo-
ſuiſſes hāc aſ̄ negaſſe n ꝙ iſte eēnt ꝫdictorie ⁊ ſi
dicas ſunt due ſingulares oppoſite ꝗlitatis q̄b⁹
nulla cōditio deeſt ad bonā ꝫdictionē req̄ſita er
go cōtradicūt nego aſ̄s pro ſecunda parte defi-
cit vna conditio quam tibi nō dicā propter cau-
ſam ante creberrime agitatam.

¶ Ad cōfirmationē admitto
depoſitū ⁊ nego illā aliq̄d impoſſibile antecedit
ad tibi depoſitū ⁊ cōcedo ꝙ hec eſt impoſſibilis
hō eſt aſinus: ſed nego ꝙ antecedit ad mihi de-
poſitam tanq̄ repugnās: q: bn̄ ſeq̄tur ego non
ſum aſin⁹ ⁊ nihil impoſſibile antecedit ad depo
ſitū ⁊ hō ē aſin⁹ ē īpoſſibilis. ġ nō aſ̄cedit ad de-
poſitū hic aſ̄ ex oppoſito depoſiti cū bn̄ cōceſſo.

¶ Cōtra hō eſt aſinus antece-
dit ad de[illegible]tum. ergo aliquod impoſſibile an-
tecedit ad depoſitum dic conſequenter.

Regula. ¶ In dubia poſitione admit
tatur ꝑpō dubia ⁊ q̄n ꝑponitur dubitet̄ ſi ꝑpo-
natur ſua cōtradictoria dubitet̄: q: regula eſt du
bitato vno cōtradictoriū dubitandū ē ⁊ reliquū
⁊ hoc eſt rōnabile cōmentator dubitauit eē excē
tricos ⁊ epiciclos ad ſaluādas apparētias in pla
netis dubitauit de ſuo cōtradictorio hic ſeruan
Cōmēta- dum eſt ſi admittis vnā ꝑpōnem dubie non de
tor. be; cōcedere aſ̄s eius: q: q̄ cōcedit aſ̄s ⁊ ꝯñam
eſſe bonā ꝯñs habet cōcedere ⁊ pro illo inſtanti
nō h; dubitare vt verbi cā pono tibi hanc dubie
papa eſt rome tu eā admittis poſtea ꝑpono eā-
dem illā dubitas poſtea ꝑpono nullus papa eſt
rome. dubitas poſtea ꝑponis papa eſt in caſtro
ſancti āgeli tu trez dubitas ſi cōcedis aſ̄s ad du
bie poſitū ad impertinēs r̄ndeas ſm̄ ſuā ꝗlita-
tem ⁊ ſilr ad ꝯñs alios forme caſus alibi q̄s hic
ꝑpter varia impedimēta digito cōpeſcere label
Sophiſte lum operepreciū eſt. In copulatiuis vnū caſum
habes in cōditionalib⁹ vbi cōiter ſophiſte in in-
fringūt caſus difficiles per cōditionales impoſ-
ſibiles vel neceſſarias q̄ ad rem nihil valet vbi
dictū eſt in darij in cōuerſionib⁹ nullū a eſt ꝑdi-
catum in argumētis ſophiſticis in fine de talib⁹
hō eſt aſin⁹ vel prima reſpōſio tua eſt negatiua
de iſta hec ꝯñs eſt bona. ergo hō eſt aſin⁹. malo
per obligatiōes diluere q̄ dicere ꝙ ē copulatiua
vel copulatiua virtualiter valēs eſto ꝙ ita diceri
in argumētis ſophiſticis vl̄ dicere ꝙ nō ad oē im
poſſibile ſeq̄tur q̄dlibet: ⁊ hoc q̄n ſolū ſic eſt im-
poſſibile per reflexionē. Epiſtola poſt puerilia
q̄ mihi ī mentē occurrerūt in ſummulis ⁊ in in-
ſolubilib⁹ vobis tradere quedā principia in obli
gationib⁹ exiſtimaui non eſſe inutile q̄q̄ vt vi
detis: in aliquo genere ſtudēdi multifariā ī pe-
ditus ſim. In hac arte nimis īmorari eſt nodū
in cirpo querere ⁊ recedere ieiune incōſultū pri
mum frequēter multaꝝ ſclarū vite humane ni-
mis cōdaſcentius nouerca eſt vbi ſolida regnare
debent infelix lolīū ⁊ ſteriles dominant̄ auene.
Scōm ad altiora tollit fundamentū. Quocirca
alios nec nominādo nec impugnādo ſed q̄d mi
hi ſatius apparet ſuccincte ſcribere conabor: ci-
niphes egypti non ſunt omnino reñciende q̄s
malefici pharaonis producere non poterant.
Exodi. viij. rebecca ſeruo abrahe paurillum de
hydria ſua ad bibendum impartita eſt. Gene-
ſis. xxiiij.

¶ Finis obligationum.

¶ Argumenta ſophiſtica ad
quālibet ꝑpōnez inpugnādā.

Nunc adducaz aliqua
argumēta ſophiſtica per que po
teris inpugnare quācunq̄ pro-
poſitionem volendo ſemper pro
bare veritatem huius homo eſt
aſinus quia eodez modo poteſt
argumentari per eadem media in alijs.

¶ Et arguit̄ p̄io ſic bn̄ ſeq̄tur
ſortes ē aſin⁹: ġ hō eſt aſin⁹: ꝯñs claret ⁊ aſ̄s ar-
guitur oīs hō vel aſin⁹ eſt aſinus ſortes ē hō vel
aſinus: ergo ſortes eſt aſinus. In darij: aſ̄s ē ve
rum ergo ⁊ conſequens: quod eſt propoſitum.

¶ Cōfirmo tripliciter tū p̄io
Omne corp⁹ hoīs ſi hō brunellus eſt corp⁹ hoīs
ergo brunell⁹ eſt hō. Et vltra. ergo aſin⁹ eſt ho-
mo ab inferiori ad ſuperi⁹. Et per ꝯñs hō ē aſi-
nus: per cōuerſionē ſimplicē: vel per locū ab eq̄-
ualentib⁹. Cōſequētia principalis tenet in darij
⁊ maior ꝓbatur: q: oē cōpoſitū ex materia ⁊ for
ma hoīs ē hō. Minor p;: q: brunell⁹ ē aſin⁹ ho
minis ergo corp⁹ hoīs ab inferiori ad ſuperius.

¶ Tum ſecundo. ſortes eſt aſi
nus vel ſortes nō ē aſin⁹ ſed ſortes nō ē aſin⁹: er
go ſortes ē aſin⁹: tota diſiūctiua cū deſtructione
vnius partis: ad poſitionē alterius. Et aſ̄s ē ve
rum: ergo ⁊ ꝯñs: quod eſt illaturum optari.

¶ Tum tertio hō eſt aſin⁹ vel
tu loq̄ris. S; tu nō loq̄ris: ġ hō ē aſin⁹ ꝯñs t; vt
precedēs. Et totū aſ̄s ē vez: poſito ꝙ tu loq̄ris
tp̄e diſiūctiue ⁊ taceas tēpore ꝓlatiōis minoris.

¶ Scd̄o principaliter. arguit̄
Sortes nō ē aſin⁹: ġ ſortes nō ē aſin⁹ vel ſortes
nō ē ſortes: ⁊ ſortes ē aſin⁹ a parte diſiūctiue ad
totā diſiunctiuā. Et vltra. ġ ſortes ē aſin⁹ a tota
diſiunctiua cū deſtructione vnius partis ad poſi
tionem alterius. Et totum antecedens eſt verū
ergo ⁊ conſequens: a primo ad vltimum.

¶ Cōfirmo tripliciter tū p̄io
Tm̄ ſortes ē aſin⁹ vel tm̄ ſortes nō ē aſin⁹: ſed nō
tm̄ ſortes nō eſt aſin⁹. ergo tm̄ ſortes ē aſin⁹. cō-
ſequentia t; vt ſupra: ⁊ minor ē vera: ⁊ maior diſ
iunctiua cōpoſita ex partib⁹ contradicentib⁹. q:
due ſingulares oppoſite ꝗlitatis q̄b⁹ nihil deeſt
ad contradictionem. ergo cōtradicunt. Et diſiū
ctiua eſt vera: ⁊ per ꝯñs maior ꝓbatur: et totū aſ̄s.

¶ Tum ſecundo ſortes eſt aſi
nus: ē ꝓba. ġ illa d; cōcedi vbicūq̄ ꝑponit̄. cū non
loquamur obligatorie. probo aſ̄s. Predicat̄ idē
de eodē terminis ſupponētib⁹ vltra caſus ātē in
inſolubilib⁹ tactos. ġ ē ꝓba: ꝯñs tenet per dicta ī
queſtione ſcd̄a. Et ꝓbo aſ̄s capiendo iſtam: aſi-
nus eſt aſin⁹ q̄ vocet̄ a ⁊ iſta ſortes ē aſin⁹ vocabi
tur b. Tūc ſic ſyllogiſo. Quicq̄d ꝑdicat̄ in a predi
catur in b: ſed idē de eodē predicat̄ in a: ergo idē
de eodem predicat̄ in b: conſequentia tenet ī da
rij. ⁊ antecedens eſt verum. ergo et conſequens.

¶ Tū tertio ſortes eſt non hō
vel nō homo: ergo hō eſt aſin⁹. ꝯñs tenet ꝑpter
impoſſibilitatē antecedētis. Et ꝓbo aſ̄s oē ani
mal preter hominem eſt homo vel non homo.

ergo ſortes eſt nõ hõ vel nõ homo. Probaf cõſequentia. qꝛ bene ſeq̃tur omne aĩal preter hominem eſt homo vel nõ homo. ergo ois homo ẽ animal ꝛ nullus hõ eſt homo vel non homo et vltra. ergo ois homo ẽ ꝛ omnis homo eſt nõ hõ vel non homo. Iſta vltima ꝯña tenet: qꝛ prima pars añtis infert primã partem cõſequẽtis. Et prima pars cõſequentis cũ ſecunda parte antecedentis inferunt ſecundã partẽ ꝯñtis. a negatiua ad affirmatiuã predicato variato penes ſinitum ꝛ infinitum poſita conſtantia. Et prima conſequentia tenet a tota copulatiua affirmatiua trimẽbri equalenter ad duas partes eius. Iam probatur antecedens ꝙ omne aĩal preter hominẽ eſt homo vel nõ homo bene ſequitur in barbara: omne aĩal quod nõ eſt hõ eſt homo vł non homo: ꝛ omne animal preter hoiem ẽ aĩal quod non eſt homo. ergo omne animal preter hominem eſt hõ vel non homo. Añs eſt verum: ergo ꝛ conſequens quod eſt capitale antecedẽs.

¶ Ad primũ argumẽtũ reſpõdetur negãdo añs. Et ad probationẽ qua dicis bene ſeq̃tur: diſtinguitur vł ſi maioꝛ capitur in ſenſu diuiſo: negatur: ꝛ ſic nõ arguitur in darij. Uel in ſenſu compoſito ꝛ cathegorico: ꝛ ſic diſtinguo: vel ſi ſolum prima pars diſiuncti diſtribuaf ꝛ ſic nego: qꝛ plus predicatur in minore: ꝙ diſtribuitur in maiore. Uel ſi totũ diſiunctum diſtribuitur: cõcedo ꝙ ſequitur: ſed tunc quemadmodum cõſequens eſt falſum ita et añs ꝓ maiore.

¶ Cõtra hoc arguit: ly aſinus ſeq̃tur mediate ly ois. ergo non põt diſtribui ab hoc ſigno ois: qꝛ alr̃ põt dici hic. cuiuſlibet hoĩs aſinus currit: ꝙ ly aſinus diſtribuitur: ſed forte dicis ꝙ hoc totũ cõputatur pro vno termino in alia eſt determinatio accepta nonvnica. ideo ſubiectum non reputatur vnus terminus.

¶ Contra hoc arguitur: qꝛ ex illo ſequeretur ꝙ ſine diſtinctione habes dicere totum ſubiectũ diſtribui cũ ſit vnus terminus capax diſtributionis ſequens ſignuꝫ vniuerſale imediate deducto impedimento. Sed forte dicis ꝙ non eſt ſimpliciter vnus termin' ꝓpterea interdum reputatur vnus terminus interdum vero duo termini. Et etiam communis vſus diſtinguendi ſufficit ad hoc.

¶ Contra: eſto ꝙ totuꝫ ſubiectum diſtribuif eſt vera. quod ꝓbo multipliciter Tum primo. qꝛ bene ſequitur. Ois hõ vł omnis aſinus eſt aſinus. ergo ois hõ vel aſin' eſt aſin' eſt aſinus. poſito ꝙ totũ ſubiectũ conſequentis diſtribuatur. ab equalẽte ad equalens. Et añs eſt verum cum valeat hanc: de quocũꝙ verificaf homo: vel de quocũꝙ verificatur aſinus. de illo verificatur ly aſinus.

¶ Tum ſecũdo: iſte hõ vel aſinus eſt aſinus: ꝛ iſte hõ vel aſinus ẽ aſin⁹: ꝛ ſic de ſingulis. ꝛ iſti hoĩes vel aſini ſunt oẽs homines vel aſini. ergo omnis hõ vel aſinus eſt aſin'. Cõſequentia eſt aſcenſus et antecedens eſt verum ergo ꝛ conſequens quod querimus.

¶ Tum tertio contradictoria huius omnis hõ vel aſinus ẽ aſinus eſt falſa. ergo ipſa ẽ vera: qꝛ antecedentis nõ ois hõ vel aſinus eſt aſinus ẽ cõtradictoria que valet hanc hõ nõ ẽ aſinus: ꝛ aſinus nõ eſt aſinus. qꝛ diſiunctũ negatum vt cõmuniter dicitur. eſt ly ꝛ affirmatum ꝛ iſta eſt falſa vt notum eſt.

¶ Ad primã iſtarũ rationum negatur ꝙ ſequatur. Et ad primã probationeꝫ concedo añs ꝛ nego ꝯñaꝫ. Et nego ꝙ arguatur ab equiualente ad equalens qꝛ totũ diſiunctũ diſtribuitur in ꝯñte et non totum in antecedẽte.

¶ Sed cõtra iſtud forte replicas. Utraꝙ pars diſiuncti diſtribuitur in añte: ꝛ totũ diſiunctum ſupponit. quero quomõ ſupponit. hoc eſt qua ſpecie ſuppoſitionis ſupponit. et rationabiliter nõ potes dicere niſi iſtud totum diſtribuatur. ergo ille due equiualent.

¶ Forte dicis: ſtat cõfuſe tantum ꝛ contra. vel hoc eſt a ly ois in principio vel a ly cõis in fine. Nõ primũ. qꝛ prima pars diſtribuitur ab eo. ꝛ virtus ei' impeditur in ſecunduꝫ terminum. Nec a ly omnis in ſecundo loco: cuꝫ illud diſiunctum neꝙ precedit neꝙ ſequitur.

¶ Sed forte dicis. et apparẽret ꝙ totum ſtat determinate: cuꝫ ſit terminus cõmunis ſupponens. nullo modo confuſus. id ẽ neꝙ diſtributiue neꝙ communiter tantum.

¶ Tamen contra hoc arguif. tunc ſua ꝯtradictoria erit vniuerſalis. ſcilicet nõ omnis hõ vel ois aſinus ẽ aſinus. ſed ꝓbatur ꝙ non. vtraꝙ pars ſupponit determinate. Et tunc teneamus partẽ ꝓpoſitionis nõ eſſe ꝓpoſitionem. etiam tunc ſubiectũ huius. hõ nõ vel brunellus currit. diſtribueretur. poſito ꝙ diſtributio ſigni vniuerſalis ois homo vel brunellus currit. cadat ſupra primã partẽ tantum ꝛ oporteret dicere ſubiectum huius ſimiliter ſtare determinate. hõ non vel omnis aſinus eſt. etiã quero quomodo deſcẽdis ſi totũ ſtet determinate.

¶ Poſſum⁹ ſuſtinere ꝙ ſtat determinate. Tꝫ ꝓnaliẽ dicere totũ ſubiectũ ſtare diuerſis acceptionibus ꝛ diſtribui diuerſis diſtributionibus ꝛ hoc maxime quãdo geminãtur ſigna. dicimus hic cuiuſlibet hoĩs aſinus currit. eſto ꝙ ſubiectũ ſit terminus cõis nõ ſingulariꝫatus nec particulariꝫatus nec diſtributus: ꝛ ad huc nõ ẽ indiffinita. Sꝫ indefinita ꝛ vł is ſic hic. omnis hõ vel aſinus ẽ aſin' ſi ſolũ prima pars diſtribuatur. eſt mixte quantitatis ꝛ refello argumentum quo probas ſubiectuꝫ ſtare determinate. quia probaret idem de ſubiecto huius cuiuſlibet hominis quilibet aſinus currit.

¶ Ad ſecundũ quando arguebas per aſcenſum. cõcedo conſequentiã. ꝛ nego antecedens pro oĩbus ſingularib' pro quib' demõſtras homines. Sed forte moueris eo ꝙ nõ potes habere ſingulares. eo ꝙ in illis ſubiectũ eſt vnum diſiunctum ſtans pro diuerſis.

¶ Ad illud dicif ex quo illud totũ diſiunctũ eſt terminus cõmunis ꝛ reputaf talis vnus terminus ſaltẽ vbi nõ eſt diſtributio diſtribuens totũ diuerſis diſtributionibus nõ videtur rationale quin põt ſingulariꝫari pro vno ſuppoſito eius. Et ex quo pro quolibet hoĩe ꝛ q̃libet aſino ſupponit demonſtrando vnũ illoꝝ poteſt ſingulariꝫari pro illo. ita ꝙ demonſtrando ſortem preciſe ſtat pro ſorte.

¶ Sed nūc replicat: ſeq̄ret q̄ iſte due equalerēt. Iſte hō vel aſinus ē aſin' ⁊ iſte hō eſt aſinus cōtinue demōſtrādo idē. Sed ꝯñs eſt falſum. ergo ⁊ aſſis. Cōſequētia eſt clara. ⁊ falſitatē ꝯñtis ꝓbo. q2 ꝓpoſitio de diſiūcto hꝫ diſiūctiuā correſpōdētē verā. ſcꝫ iſte hō eſt aſinus. vel iſte aſin' eſt aſin'. Scōo ꝓbo q̄ illud diſiūctū nō poteſt ſingulariʒari. q2 iſto mō q̄ro quomō ſupponit prima pars diſiūcti quomodo ſcōa pars.

¶ Ad primū iſtorū dicit̄ cōcedēdo q̄ ille equiualēt ⁊ nego fa. ſitatē ꝯñtis. Et ad probationē. propō de diſiūcto ⁊ diſiūctiua equalent. Pro illo ponuntur propoſitiones quarū prima eſt. Nō oīs propoſitio de diſiūcto equalet diſiūctiue correſpondēti. Hoc pꝫ q2 iſta eſt falſa in ſenſu diſiuncto. ſortes vel antichriſtus non eſt ſortes vera in ſenſu diſiuncto. Ponende ꝓpōnes.

¶ Secūda ꝓpoſitio: nō oīs ꝓpoſitio affirmatiua de diſiūcto equalet diſiūctiue ei correſpōdēti. Hoc pꝫ hic. Oīs hō ē ãlal vl hoc alal: ⁊ ſic de ſingulis. cū ſua diſiūctiua. Et ſimiliter hic oīs hō vel aſinus eſt aſinus que falſa eſt in ſenſu diſiūcto. ⁊ vera in ſenſu diuiſo.

¶ Tertia ꝓpō: nō oīs affirmatiua de diſiūcto vbi nulla ponit̄ diſtributio equalet diſiunctiue ēt correſpōdēti. Patet hoc q2 iſta eſt vera in ſenſu diſiūcto ſortes vel plato eſt vnū diſiunctum falſa in ſenſu diuiſo.

¶ Tertio arguo ad idẽ ⁊ vide re meo apparẽter ꝓbando φ implicat dare infi nitũ inter duo puncta quãtũcunq; infinite diſtã tia ſigno vnã lineã infinitã nõ terminatã verſus oriẽtẽ terminatã i collegio mõtis acuti ⁊ ſit a po no tuã lineã infinitã quã clauſam inter pũcta de clarare ſatagis ſup lineã a ⁊ ſit b. ita φ a ⁊ b extre ma finita terminent̃ in porta collegij mõtis. Arꝫ tũc ſic b nõ terminat̃ verſus oriẽtẽ pluſq̄ a vel b nõ eſt infinitũ vtraq; pars diſiũctiue eſt cõtra te ſed diſiunctiuã ꝓbo quelibet pedalitas a li nee eſt cooperta a b linea ergo ſicut a protendit̃ verſus oriẽtẽ in infinitũ ita ⁊ b iſta illatio non eſt tibi dubia ꝓbo antecedẽs da oppoſitũ nõ q̄li bet pedalitas linee a eſt coopta ab aliqua par te pedali linee b: ergo aliqua nõ eſt coopta per primã regulã eq̄pollẽtiarũ. ergo hec vel illa poſi ta cõſtantia ⁊ ſignet̃ ſic. c. Arguit̃ ſic. c. nõ eſt coo perta ⁊ b linea non ꝓtendit̃ vltra c pedale ergo b nullo modo eſt infinitũ ꝓbo pñam inter por tã mõtis ⁊ c lapidẽ in linea a ſunt ſolũ finite pe dalitates. Sꝫ finiti lapides finities ſumpti nũ q̄ infinitũ magnitudine reddũt. ergo pars linee a inter portã mõtis ⁊ c punctũ eſt oĩ modo fini ta ⁊ linea b ſic terminat̃. ergo linea b nullo mo do eſt infinita. Fortaſſe dicis b linea terminatur ſed nõ põt ſignari termin⁹ hoc nõ eſt impugna tione dignũ. Forte dicis argumentũ equalr̃ con cludit de linea giratiua hoc nõ valet. q: ſi linea giratiua rectificet̃ a deo prima parte ꝓportiona li terminata in porta mõtis ⁊ reliq̄ ptes ꝓpor tionales rectificent̃ linea ꝓtendet̃ ſine termino ⁊ cuilibet parti pedali linea a reſpõdet gira pe dalis in lõgitudinẽ quelibet pedalitas linee a eſt coopta ab vna pedalitate linee giratiue que fuit modo eſt recta voco partes a coopertas q̄ reſpondent equales partes ſm longitudinẽ ſine proteruia neſcirẽ ſoluere hoc argumentũ.

¶ Sexta cõcluſio eſt partim credẽda partim eam rõne fulcire poſſumus: q: ⁊ ſi deus in qualibet parte ꝓportiõali vni⁹ hore põt creare creaturã ⁊ ſemꝑ poſterior erit priore ꝑfectior nõ ſequit̃ φ aliqua erit infinite ꝑfecta e ſto φ ſit q̄libet earũ ꝑfectior. q: de⁹ inter equũ ⁊ aſinũ põt creare infinita aĩalia quorũ q̄libꝫ eſt imperfectius equo ꝑfectius aſino ⁊ tñ nõ ſe quitur φ equus ſit infinite perfectus difficile eſt hanc concluſionem efficaci ratione probare.

¶ Cõtra ſcḋam cõcluſionẽ et tertiã ſimul arguit̃ ſic. implicat dare infinitam multitudinẽ lapidũ equaliũ poſitorũ ſup lineã infinitã vel ſup faciẽ. ergo concluſiones ille ſunt falſe pña claret ꝓbo añs ſigno lineã infinitã ter minatã hic pariſij protenſam in infinitũ vel ſus oriẽtẽ ponant̃ lapides pedales infiniti ſup li neã auferant̃ ſcḋs lapis quart⁹ ſext⁹. ⁊ ſic de ſin gulis alteri⁹. Arꝫ ſic ſi hoc eſſet poſſibile ſequere tur φ reliq̄ lapides ſufficiũt replere totã lineã ⁊ nõ ſufficiũt φ nõ ſufficiũt pꝫ infiniti ſunt ablati ergo lapides ablati ſi cõgregent̃ nõ ſufficiũt re plere totã lineã ſꝫ ꝓbo φ ſic ponat̃ terti⁹ lapis lo co ſcḋi ablati iã bipedale ꝓpe pariſiũ erit reple tum. q̄ntus ponat̃ loco tertij iã tripedale ꝓpe pa riſiũ erit repletũ. ⁊ ſi de qualibet pedalitate. er go in inſtãti terminãte horã tota linea replebit̃ iſtis lapidibus ſine nouorũ lapidũ additione.

¶ Reſpõdet̃ negãdo φ impli cet cõtradictionem ille caſus. ⁊ dr̃ φ lapides illi ſufficiẽtes replẽt totã lineã ſine additiõe cõgre gãdo v̄ſus extremũ finitũ vbi dat̃ primus lapis ⁊ in inſtãti terminãte totã motionẽ lapidũ tota linea erit coopta lapidib⁹ cõgregãdo v̄ſus extre mũ infinitũ ſi infinitũ rectũ nõ põt eſſe ꝑtrãſitũ caſus implicat ſed admiſſo hoc qḋ põt ꝑtranſiri vt infra tãgã dico φ in fine nullus lapis mane bit ſup lineã q̄libet infinita ped aliã ꝑtrãſibit e totã ꝑerũt ex lineã vel corrupti ſi deus voluerit. ⁊

¶ Sed ꝯtra iſtud arguit̃ ſem per ꝑ aggregationẽ lapidũ ꝓpe vrbẽ pariſiã ma ior pars cõtinua erit diſcoopta. ita φ quãto plu res lapides leuantur tanto erit maior vacuitas cõtinua lapidum hoc eſt maior pars continua diſcoopta hoc quando terti⁹ lapis ponit̃ loco ſe cũdi nullus lapis ponit̃ loco tertij ⁊ quarti ⁊ ſic eſt bipedale vacuũ lapidib⁹ ꝯtinuũ rurſus leuã do quintũ lapidẽ loco tertij quart⁹ q̄ntus ⁊ ſext⁹ loca remanebũt lapidib⁹ immunia leuãdo ſepti mũ erit quadrupedale diſcoopertum ⁊ ſic argu mentãdo. Eodẽ modo ſi lapides auferant̃ v̄ſus aliud extremũ ꝑ partes ꝓportionales hore ma nebũt infiniti lapides ſup lineã ⁊ in inſtãti ter minanti horã nullus lapis auferetur. ergo illo tunc ſunt infiniti lapides ſuper lineam.

¶ Reſpõdet̃ per ꝓpoſitiones Propões
ſuppoſito φ deus cõpleat iſtã leuationẽ per par tes ꝓportionales vnius hore ⁊ ſcimus nos nunc in principio. ¶ Prima ꝓpõ cõgregãdo lapides ꝓ pe vrbẽ pariſiã infinitũ erit ſpaciũ diſcoopertũ lapidibus ante finẽ hore pꝫ pedale erit diſcoop tum bipedale erit diſcoopertũ tripedale ⁊ ſic ſi ne ſtatu. Scḋa ꝓpõ in nullo inſtãti illi⁹ hore ve rũ eſt dicere infinitũ eſt ſpaciũ illius linee diſco opertũ lapidib⁹ pꝫ. q: illo dato ſequit̃ eſſe infini tum inter duo puncta cõtra quintã concluſiones qualiter debet ponere ineſſe videas ex logica ꝑ multas ſingulares pedale eſt diſcoopertũ bipe dale eſt diſcoopertũ tripedale eſt diſcoopertũ ſi

ſtes in hoc ꝙ pedale bipedale ſunt termini con-
notatiui debent deleri ponendo ꝓpōnes ineſſe.
Fortaſſis hoc non eſt punctualiter verū ſufficit
mihi capere hoc demonſtrando pedale vel bipe
dale. ¶ Tertia ꝓpō in inſtanti terminanti horaꝫ
primo verū eſt dicere tota linea eſt cooperta la-
pidibus ꝙ tota tunc ſit coopta potes ꝓbare p pe
dale bipedale tripedale ꝛ ſic ſine ſtatu. ¶ Quar
ta propoſitio congregando lapides verſus aliud
extremū ſucceſſiue deponūtur illi lapides ꝛ pro
pinquiores extremo infinito citius attingunt ex
tremum per totam horā ꝛ in inſtanti terminan
te horā verū eſt dicere nunc primo omnes ſunt
extra ꝛ nullus lapis eſt extra ante aliū tota pro
poſitio claret ꝛ ſi perimere ſcias achillē zenonis.

¶ Secundo arguitur ad idē.
pono vnam lineā infinitā ꝛ infinitos homines
ſuper lineā quorū quilibet habet vnū ſcutum to
tus iſte caſus ex ſcda cōcluſione ꝛ tertia eſt poſſi
bilis ſed ad illā ſequitur cōtradictio qd̄ ꝓbo q2
ſequitur ꝙ quilibet habebit duo ſcuta ꝛ nō qui
libet habebit duo ſcuta q̄ vtrūqꝫ ꝯdicūt ꝙ nō qui-
libet habebit duo ſcuta patet q2 quilibet hꝫ pre
ciſe vnū ſcutū ꝛ nō acquirēt noua ſcuta ergo ql̄i
bet ꝓciſe habebit vnū ſcutū ſi quinqꝫ hoies pre
ciſe habeāt quinqꝫ ſcuta quomodo eſt ymagina
bile ꝙ quilibet eorū haberet duo immo quinqꝫ
ꝛ plura niſi per aliud ſcutum ꝛ alia ab illis ꝙ
quilibet habebit duo ſcuta probo vocetur illa li
nea a deponat ſecundus ſuū ſcutū quart⁹ ſext⁹
octau⁹ ꝛ ſic alternatim ex latere dextro a linee.
poſtea det tertius ſcdo ſuū ſcutū quintus tertio
ſuū ſcutū ꝛ ſic cōſequēter. primus habēs ſcutū
det remotiori carēti ſcuto iam poſt iſtā totalem
dationē in fine quilibet habebit vnū ſcutū vt p
inductionē probari pōt ꝛ remanēt infinita ſcuta
a latere dextro proiecta vbi ſi primus ſcdm̄ ſcu-
tū caperet ꝛ ſcds quartū ꝛ tertius ſextū ſemper
relinquēdo ſcutū mediū ql̄ꝫ habebit duo ſcuta ꝛ
iterū inchoet primus ꝛ capiet ſcdm̄ ſcutū relictū
ſcds capiat quartū relictū ꝛ ſic ſine ſtatu in infi
nitum manebunt ſcuta ꝛ per conſequens quili-
Corrolaria. bet habebit plura ſcuta.

¶ Reſpondetur. ſuccincte ꝛ no
tabis ꝙ modus auferēdi totū facit in caſu argu
mēti ql̄ibet habere pōt duo ſcuta. tria ſcuta. q̄t-
tuor infinita ſcuta ſine acq̄ſitione nouorū ſcuto
rū ꝛ ratio huius eſt. q2 cuilibet homini reſpōdēt
duo ſcuta. tria ſcuta q̄ttuor ſcuta infinita ſcuta.
Similiter cuilibet ſcuto rn̄dent duo hoies tres
homines ꝛ ſic ſine ſtatu. ſed ſi iſti hoies ꝓiciant
ſua ſcuta in vnum cumulum ꝛ primus accipiet
vnū. ſcds ſcdm̄ ꝛ tertius tertiū. ordinatim nihil
remanebit ꝛ ſic conceditur ꝙ preciſe tot ſunt ho
mines quot ſunt ſcuta ꝛ econuerſo capiendo tot
ꝛ quot ſicut infinito attribuuntur et ſine nouis
ſcutis quilibet habebit mille ſcuta.

¶ Secundo ſequitur ꝙ aliq
ſunt hoies quorū quilibet habet preciſe vnū de
narium ꝛ ſi ponātur in cumulū ſine cremēto quili
bet poteſt capere denarios ad equalitatem diui
tiarum regis capadocie. ¶ Tertio ſeqtur ꝙ qui-
libet eorū erit longe ditior ponendo oia ſcuta in
conum ꝙ quilibet tenendo ſuū ſcutū in ꝓprio.
hoc patet tenendo ſcutū in ꝓprio non habet niſi
vnū ſcutū ponendo oia ſcuta in cumulum in co
mum quilibet pōt venire quolibet die et capere
mille ſcuta ꝛ ſemp remanebunt tot ſicut a prece-
dentibus. hoc eſt infinita: ſed caueant infiniti ho
mines ſimul venire ꝛ ſi veniāt inordinate auferāt.

¶ Quarto ſequitur ꝙ ſi infini
ti homines auferāt a cumulo quilibet aliū ſem
per remanebūt ſcuta vſqꝫ ad finē hore. ita bene
ſi quilibet auferat mille ſicut vnum: q2 vſqꝫ ad
illud inſtans nunqꝫ infinita ſcuta ſunt ablata. Da
¶ Sed aduerte ꝙ nō eſt idē de finitis ſcutis po-
ne finita ſcuta ꝛ auferas quocūqꝫ ordine volue-
ris ſemper eadem ſcuta eque cito auferens idē
eſt auferre primo a ſecūdo b tertio c vel auferre
primo c ſcdo b tertio a. Eodē modo potes pone- Democrit⁹
re infinitos mundos ſicut opinat⁹ eſt dn̄s demo
critus ꝛ in quolibet mūdo vnā fenicem ſicut eſt
in noſtro mundo pāt eſſe in quolibet mundo de
iſtis fenicibus ſine additione aliarū infinite fe-
nices capiātur ſecūda fenix hoc eſt fenix ſecūdi
mundi prope nos vel infinite fenices ꝛ ponātur
in vno mundo auferat deus primā tertiā quin
tam ꝛ ſingulas alternatim impares ꝛ ponat in
alium mundum adhuc remanent infinite feni-
ces. adhuc capiat primam multitudinis relicte
tertiam quintam ꝛ ſic ſine ſtatu replebitur ſecū
dus mūdus ꝛ ſic de quolibet al'o mūdo ꝛ ſemp
remanebunt infinite fenices pro illo mundo.

¶ Quinto ex oibus ſequitur
ꝙ ſi infiniti haberent infinitos denarios eſſent
ita potētes ſicut infiniti quorū quilibet hꝫ mille
ſcuta dūmō ponunt in publico. pꝫ hoc ql̄ꝫ habe
bit infinitos denarios q̄ valēt mille ſcuta ꝛ ſup.

¶ Sexto ſeqtur ꝙ infinite li
bre nō attrahēt infinitas ſemilibras. nec ecōuerſo

¶ Septimo ſequit ꝙ ſortes
in qualibet parte ꝓportionali hore ꝓterite erat
in quadruplo ditior platone ꝛ plato nihil acq̄-
rit in hoc inſtanti ꝛ tū nunc plato in hoc inſtanti
eſt ita diues ſicut ſortes totū iſtud eſt poſſibile
poſito ꝙ deus dat ſorti facultatem auferēdi ab
iſto cumulo infinita in ql̄ibet parte ꝓportionali
q̄ttuor ſcuta ꝛ ſic auferat ꝛ platoni auferēdi vnū
ꝛ i inſtāti termināte horā neuter aliqd̄ auferat.

¶ Tertio arguit implicat ho
minē dare infinite magnū habentē mēbra bene
proportionata. ergo implicat dare infinitū actu
illa ꝯn̄a tenet q2 equalis eſt ratio in oibus infi
nitis an̄s patet da ſortē infinitū ſm̄ altitudineꝫ
eſto ꝙ ſit diſtātia triginta cubitorū inter plantā
pedis ꝛ cauillā vt hebrei dixerūt de og rege ba- Hebrei.
ſam. patet apud nicholaū de lira deuteronomij Og rex.
iij. ꝛ numeri. xxi. tū tota illa diſtantia eſt infinita
ſi ſuperior pars capitis ſit infinita totus homo
eſt diſproportionatus vnū mēbrum diſproportio
natuꝫ dare opꝫ. Rurſus implicat dare infinitos
hoies: ergo cōcluſiones nulle. ꝓbo an̄s ſi ſint in-
finiti hoies infiniti erūt oculi ꝛ dabilis eſt mini
mus oculus affirmatiue vel negatiue: ergo illi
oculi ſufficiunt replere totū mūdum ꝛ per ꝯn̄s
alie partes hoium nō pn̄t eſſe cū iſtis oculis ſine
penetratiōe corporū ꝓdicamēto ſubſtātie. ꝙ illi
oculi ſufficiūt replere totū mūdum ſic arguo ca
piat deus oculū minimū in prima pte ꝓportio-
nali hore ꝛ ponat ſupra cētrum terre poſtea ca
piat tres vel quattuor oculos ꝛ faciat circulum
circa iſtos oculos in ſcda parte ꝓportionali hore
in tertia parte proportionali hore capiat viginti

oculos τ faciat circulum rotūdum oculoꝝ in ſtar pomi τ ſic per omnes partes ꝓportionales vnius hore in fine replebitur oīs locus poſſibilis iſtis oculis ſine rarefactione τ per hoc ꝙ aliū vel aliū ſitū habēt non replent maiorē locum. ergo ante omnem locum poſſibilem. ergo eorū digiti τ pedes cū eorū oculis penetratiue erūt.

Reſpondetur cōcedēdo ꝙ implicat cōtradictionē dare hoīem infinite magnū qm̄ erit diſproportio in mēbris vnā partem dare infinitā neceſſe eſt q̄ improportionabiliter ceteras ptes exuperat. Ad aliū vbi arguitur dare infinitos hoīes capiēdo hoīes abſolute dico ꝙ in manu mea ſunt infiniti hoīes cathegorematice nō cōicātes quelibet ps integralis hoīs eſt hō: ſed eundo ad intētionē argumēti de hoībus totalib⁹ nego ꝙ implicet dare infinitos homines pñt dari infiniti ſe penetrātes vel non penetrātes τ cōcedo ꝙ eorū oculi ſufficiāt de eorū capitibus τ ponātur circa cētrum ad imaginationē argumēti τ negat ꝙ ſitus nihil facit in infinitis iſti hoīes pñt ſtare ſup vnā lineā infinitā verſus orientē finitā pariſiꝗ pedaliter latā ſed ſi ꝗdē hoīes cōgregētur circa cētrū oēm locū poſſibilē occupabūt ſm ſe vel ſuas ptes τ veſtes ſecꝰ eſt de finitis centū hoīes ſup lineā vel mille non replet maiorē locū circa cētrū ꝙ̄ per aliā diſpoſitionē. Ex iſtis ſequitur ꝙ infiniti pigmei pñt replere tm̄ locū ſicut infiniti quorū quilibet eſt eq̄liter magnus regi og. ptʒ primi pñt oēm locum poſſibilē replere. ¶ Scdo ſequitur ꝙ infiniti pigmei tātū poſſunt trahere vel portare ſicut infiniti gigantes. ptʒ vtroruꝗ potentia eſt infinita. ¶ Tertio ſequitur ſi eſſent infiniti pigmei verſus orientē τ infiniti gigantes verſus occidentem et eſſet vna corda infinite longa que rumpi non poſſit q: ponat ꝙ deus nō cōcurrat actiue ad rupturā gigātes trahētes ꝯtra pigmeos ſurrūpere nō poſſunt cordā. ¶ Quarto ſequitur ꝙ hec ꝯña nihil valet: quilibet homo huius multitudinis quolibet hoīe illius multitudinis eſt fortior et non ſunt plures in illa multitudine ꝙ̄ in hac ergo hec multitudo eſt fortior illa. ¶ Quinto ſequitur ꝙ ſi deus in qualibet parte ꝓportionali vni⁹ hore creet vnum corpus maius tota ſpera terre vel toto mundo poſterius ſemper prior addens vel in qualibet parte ꝓportionali hore creet granum milij eque cito vnum corpus erit infinitū ſicut aliud hoc ptʒ q: in inſtanti terminate horā primo vtruꝗ corpus erit infinite magnum.

Corrolaria. Rex og.

Sed cōtra illud arguit de qualibet pte integrali hoīs quā dicis eſſe hoīeʒ ex diſcurſu tertij argumēti queſtionis p̄cedētis de linea giratiua ſequeretur ꝙ nunc daret vn⁹ homo lōgior ꝙ̄ erat rex og actualiter ꝯñs eſt incōueniēs igitur τ añs. τ patet ꝯña capio digitū fortis τ lineā giratiuā que eſt pars eius girātē digitum illa linea eſt pars integralis digiti et ꝑ conſequens homo τ illa gira eſt infinite longa. ergo nūc datur vnus homo infinite longus.

Reſpondetur concedendo concluſionem τ corrolarie ſequitur ſi ſcias bene applicare tertium argumentum nunc datur hō curuus infinite lōgus. ſed nō homo rectus ſicut de linea giratiua tu reputabis adeo abſurdum ꝙ eſt aliquis homo in digito tuo qui eſt longus mille pedibus τ hoc clare pōt tibi oſtendi.

Quarto arguitur ſi eſſet dabile aliquod corpus infinitum ſequeret ꝙ eſſet dabile vnū corpus qḋ nō pōt diuidi ꝑ partes ꝓportionales. ꝯñs eſt incōueniēs ergo τ añs ꝯñaʒ ꝓbo ſigno lineā infinitā verſus orientē terminatā pariſij peto a te primā partē ꝓportionalē opʒ ꝙ illa ſit prima medietas τ tūc ſic vel eſt finita vel infinita neutrum dare potes. Forte cōcedis nō datur prima pars proportionis corporis infiniti. ¶ Contra ſigno vnā lineā infinitam verſus orientē τ occidētē inter pariſiū τ occidētē eſt prima pars proportionalis ad hoc nullū ſequitur incōueniēs. Pretcrea ſi daret infinitū totū non eſſet maius ſua parte ꝯñs eſt cōtra illam cōem animi cōceptionē in principio euclidis τ probo ꝯñam. pars infiniti eſt infinita modo nullū infinitū eſt maius alio. Forte dicis τ bene. Aliquid dicitur eſſe maius alio bifariā. vno modo q: continet tantūdem τ aliquid aliud τ ſic intelligitur cōis animi cōceptio. Alio mō q: cōtinet aliud vel tantūdē ſicut aliud τ ipſum aliud nō habet tot partes determinate quātitatis τ ſic vnuʒ infinitū nō eſt maius alio accepta parte infiniti que eſt infinita illa habet tot partes pedales: quot totū cuilibet pedalitati in toto r̄ndet pedalitas in parte ꝓportionabiliter dicat de multitudine.

Euclides. τ c.

Cōtra ſequeretur ꝙ aliqd eſt nūc maius alio τ primus erit minus eo ſine rarefactiōe ꝯñs eſt incōueniēs. ergo τ añs ꝓbo ꝯñam do duas lineas infinitas verſus occidētē quarū altera terminat rothomagi altera vero pariſij b τ a b. iam eſt maior a volo ꝙ deus circūgiret vtraꝗ lineā verſus orientē ꝙ extrema infinita vel poti⁹ vocata extrema ponūtur verſus oriētē q̄ſcētibus extremis finitis in eiſdē ſitib⁹ tū a erit maior b q: a ē a rothomagi in infinitū verſus oriētē b ꝟo ſolū a pariſiis in infinitū verſus orientem τ tamen nulla rarefactio igitur.

Ad primū argumētū pono ꝓpōnes. ¶ Prima eſt data linea infinita verſus vtrūꝗ extremū illa hʒ primā partē ꝓportionalē potes ſignificare primā partē ꝓportionalē inter pariſiū τ orientē inter romā τ oriētē inter alexādriā τ orientē τ vbilibet ſemꝑ eſt vna medietas ſicut hic reperitur medietas ſemꝑ reliqua pars eſt ei equalis ſicut hic reperiri pōt equalitas.

Scribēde ꝓpōnes.

Scda ꝓpō huius corporis non datur ſecūda pars ꝓportionalis patet vel eſt finita vel infinita ſi ſcdm nō eſt in ſubduplo minor ſi primū non eſt medietas prioris et ſic nō eſt ſcda pars ꝓportionalis prioris.

Tertia ꝓpō data linea infinita verſus vnū extremū nō hʒ primā partē proportionalē hoc facile eſt deducere. Ex quo ſequitur ꝙ prima pars ꝓportionalis ſic capiēdo non dr̄ correlatiue ad ſcdam vel ad tertiā. Eodē mō ſi eſſet vnū corpus diquaꝗ infinitum illud vbilibet hʒ centrū eo modo quo cētrū habere pōt circunferentiā nullā hʒ τ iſtud corpus nō longe recederet a diffinitiōe hermetis trimegiſti de deo cū centrū eſt vbiꝗ circūferentia ꝟo nuſꝙ. Vlterius infero ꝙ aliqḋ corpus continuo per vnam horā haberet vnū centrū. vſꝗ ad inſtans terminatiuū illius hore τ in inſtanti termināte horā non habebit centrum. hoc patet in prima parte

Corrolaria.

ꝓportionali hore creet de⁹ vnā paruā ſperā in
ſcḋa augeat pedaliter ſperice ⁊ ſic ꝑ oēs partes
ꝓportionales vni⁹ hore in tota hora hꝫ idē cētro
numero ſiue centrū ſit impartibile ſiue pars ſpe
re in idē redit ⁊ in inſtanti terminā̄te horā prio
nō hꝫ centrū ꝓprie dictū ⁊ cā eſt q: in tota hora
Theodoſi⁹ eſt ſpera vt pꝫ ꝑ diffinitionē theodoſij de ſpera ⁊
in inſtā̄ti terminā̄te horā eſt primo corpus infi-
nitū ⁊ deſinit eſſe ſpera ⁊ ſicut nūc illatū ē in cor
porib⁹ ſolidis ſic inferre potes in corpib⁹ planis:
vt de circulo trigono pētagono tetragono. ¶ Ul-
timo ſequit̄ creſcēte corpe ad infinitatē ꝑ totam
vnā horā augent̄ ptes aliquote ei⁹ ꝑ partes pa
res in inſtā̄ti terminā̄te horā totū nullā partem
aliquotā hꝫ bipedalē hꝫ vna partē aliquotā ſolū
ꝓcedēdo per pedes quadrupedalē hꝫ duas ſex-
tupedales tres ⁊ ſic ſine ſtatu in inſtā̄ti terminā-
te horā nec pedale aliquotiēs ſumptū reddit to-
tum nec bipedale ⁊ ſic de qualibet alia pte. igit̄
capiēdo aliquotiēs vt cōuenit infinito tūc in in-
ſtanti terminante horā verū eſt dicere quelibet
pars finita eſt ps aliquota ei⁹ pedale eſt ps aliq̄
ta ei⁹ bipedale eſt pars aliq̄ta ei⁹ ⁊ ſic ſine ſtatu.

¶ Ad aliud argumentū qḋ ꝓ-
bare molit̄ totū nō eſſe maius ſua parte ſufficiē-
ter reſpōſum eſt inter arguendū vſq ad illud de
a ⁊ b lineis quarū vna terminat̄ rothomagi al-
tera pariſij dico ꝙ in lineis ſeparatis quarū vna
nō eſt pars alteri⁹ neutra eſt adhuc improprie
maior alia lꝫ bn̄ in ordine ad nos nec habeo ꝓ
incōuenienti ꝙ ꝑ circūgirationē illa q̄ min⁹ appa
ruit eueſtigio maior appareat ⁊ hoc ꝙ ibi addit̄
de rareſactiōe nihil facit ſi capias cerā pedalem
ſm̄ tres dyametros ponat̄ eius medietas rome
eadē remanēte hic pariſij in ſuo toto rareſiat ro
me ad pentipedalē adhuc totū eſt maius entita
tiue ſua parte quicquid ſit de extenſione.

¶ Quito arguit̄. cōtra ꝓba-
tionē ad has duas cōcluſiōes ꝙ implicat ꝑ par-
tes ꝓportionales ſic creare magnitudinē infini-
tā vel multitudinē ⁊ hoc ſic. q: tūc pari rōne de⁹
pōt in prima parte ꝓportionali hore future di-
uidere corp⁹ pedale in duas medietates ⁊ in ſe-
cūda qualibet medietatē diuidere in duas me-
dietates ⁊ in tertia parte ꝓportionali hore diui
dere qualibet partē vel q̄ pri⁹ fuit ps in medieta
tes ſic ꝙ in prima pte ꝓportionali vel in ei⁹ inſtā-
ti terminā̄te habem⁹ duas medietates in inſtā̄ti
terminā̄te ſcḋam partē q̄ttuor q̄rtas in inſtanti
terminā̄te tertiā partē ꝓportionalē habem⁹ octo
octauas ⁊ ſic ꝯſiter ꝑ oēs ptes ꝓportionales illḋ
implicat ergo nō pōt ꝑ partes ꝓportionales ſic
creare lapides pedales qḋ illḋ implicat ꝓba da
partes q̄ remanēt in inſtā̄ti terminā̄te horā vel
quelꝫ illarū eſt diuiſibilis ⁊ cū oēs ſint equalis
magnitudinis ſequit̄ quecūq ſit illa magnitu-
do ⁊ quātūcūq parua ꝙ continuū cōpoſitū ex
iſtis partib⁹ ſit infinite magnū: q: vni certe date
hꝫ infinitas ptes eq̄les nō cōicā̄tes ⁊ ſequit̄ vlte
rius ſi bn̄ dicat̄ argumentū qḋ nō ē poſſibile da
re quā̄te magnitudinis eſt aliq̄ illarū partiū in
fine hore poſtq̄ in infinitū parua eſt aliqua ps
illi⁹ multitudinis. q: ſemꝑ poſteriores ptes ꝓpor
tionales eundo partes ſunt minores. Forte di-
cis deus poteſt bene ſic diuidere. ſed nō eas par
tes ſic eas conſeruare.

¶ Reſpōdet̄ ꝙ iſtud argumē-

tum eſt forte ꝓ democrito ad ꝓbandū ꝙ ꝯtinuū Democrit⁹
cōponit̄ ex indiuiſibilib⁹: ⁊ hoc mere naturalit̄ Ariſtoteles
loquēdo eſt opinabile: ſꝫ ꝓ nūc q: nō tangit̄ hec
materia tenēdo cū ariſtotele ꝙ qḋlibet ꝯtinuū
ex infinitis partib⁹ cōponit̄ quarū quelꝫ eſt diui
ſibilis. d: ꝙ caſus eſt īpoſſibilis deducit ad illud
ꝙ cōtinuū cōponit̄ ex pūctis ꝓpterea nego ꝯn̄as
ꝙ deus non pōt in qualibet parte ꝓportionali
hore creare lapidē ⁊ lapidi addere.

¶ Sexto arguit̄ improbādo
illud idē ponēdo ꝙ de⁹ in q̄libet pte ꝓportionali
vni⁹ hore creet vnū angelū vel lapidē. ¶ Arꝰ ſic in
nulla parte ꝓportionali vel in inſtā̄ti fuit multi
tudo infinita ⁊ in hoc inſtā̄ti nullus angelus eſt
productus. ergo in hoc inſtanti non eſt infinita
multitudo angelorum producta.

¶ Et cōfirmat̄ ponēdo ꝙ de⁹
in porta marcelli verſus orientē in prima parte
ꝓportionali creet vnū corpus pedale ⁊ in eadē
parte ꝓportionali hore in porta ſancti Uictoris
creet corpus mille pedū in ſcḋa parte creet vnū
pedale in porta ſancti marcelli ⁊ addat priori in
porta ſancti victoris corpus mille pedū ⁊ addat
priori ſic ſemꝑ ꝙ qn̄ additur pedalitas corpori in
porta ſcti marcelli addit̄ corpus mille pedū in
porta ſcti victoris: ſic ꝯſiter ꝑ oēs ptes ꝓportio-
nales vni⁹ hore tūc ſic arꝰ. linea ſcti victoris ī in-
ſtanti terminā̄te horā primo erit infinita verſus
orientē ⁊ ē millecuplo maior alia ⁊ incipiūt pa-
riſius ab equalib⁹ pūctis. ergo in inſtā̄ti termi-
nā̄te horā linea terminata in porta ſcti marcelli
nō erit ita lōga: q: ſunt equalr̄ lōge v̄ſus occidē-
tē ergo vna erit ita altera lōgior verſus orientē.

¶ Reſpōdetur cōcedēdo ꝙ in
nulla parte ꝓportionali huius hore vl̄ in inſtā̄ti
intrinſeco hec multitudo fuit infinita: ſed nunc
primo eſt infinita cōcedo hanc cōcluſionē in illo
caſu in nulla parte ꝓportionali huius hore hec
multitudo fuit īfinita nec in aliquo inſtā̄ti hui⁹
hore ⁊ nihil ꝓducit̄ in hoc inſtā̄ti ⁊ tn̄ nūc primo
tota multitudo ē infinita ⁊ hec cōcluſio cōponit̄
ex contradictorio ꝯn̄tis cum an̄te ꝯn̄tie princi-
palis ⁊ per ꝯn̄s ipſa interimitur ⁊ illud cōtingit
in ſucceſſiua productione forme in inſtanti ter-
minā̄te tp̄s ſucceſſionis forme tota forma tunc
primo eſt in inſtā̄ti ⁊ in nulla parte ꝓportionali
temporis preteriti prius fuit nec in aliquo inſtā-
ti temporum preteriti tota forma fuit.

¶ Sed cōtra iſtud arguit̄. q̄li-
bet angelus huius multitudinis prius fuit. er-
go omnes iſti angeli prius fuerūt ⁊ ex ꝯſequē-
ti ſic arguo oēs iſti angeli prius fuerunt ⁊ om-
nes iſti angeli ſunt hec multitudo ergo hec mul
titudo prius fuit. ergo falſum eſt dicere nunc pri
mo tota hec multitudo eſt inſuper quelibet pro
poſitio de preterito ante eius veritatem habuit
vnam de preſenti veram vel habuit ſi fuiſſet for
mata hoc eſt ita ſemper erat ſicut per illam de
preſenti ſignificatur. anteq̄ iſta ſit ſicut per illā
de preterito ſignificatur hec alexander vincit da
rium fuit vera anteq̄ hec de p̄terito ſit vera ale-
xander vicit dariū ſed in inſtā̄ti terminā̄te horā
hec eſt vera quilibet angelus huius multitudi-
nis pri⁹ fuit: ergo prius illa de ineſſe erat vera.

¶ Reſpōdet̄ ꝙ non valet hic

diſtinguere penes õẽs diſtributiue ⁊ collectiue ⁊ idem eſt addere ſignũ collectiuũ pronomini demonſtratiuo. ⁊ nõ addere cõcedo ꝯñam ⁊ ꝯñs ꝙ iſti prius fuerũt: q: in toto tpe preterito iſti fuerunt licet in varijs inſtantib⁹ inceperũt eſſe et qñ arguis iſti angeli pri⁹ fuerũt ⁊ iſti ãgeli ſunt hec multitudo. ergo hec multitudo primo fuit.

Reſpondet. tum primo conſequentia ẽ nulla nõ ꝯcludit maior extremitas de minore extremitate entia eſt predicatũ maioris extremitatis ens predicatũ cõcluſionis. ſed hãc oportet cõcedere hec multitudo pri⁹ fuit entia cõcedendo illas ꝑmiſſas ⁊ cõcedo iſtã hec multitudo pri⁹ hec multitudo ſ; ſua de ineſſe nõ erit hec. hec multitudo eſt q: ſi q̃libet angelus fuit annihilatus añ ꝓductionem alterius illa de ineſſe nunꝙ̃ fuiſſet vera oportet capere plures particulares nõ obſtante dico ꝙ in caſu iſto hec fuit vera hec multitudo eſt q: in in tpe immediato inſtanti terminãte horã hec fuit vera. iſta multitudo ẽ analogiã accipe in illo ſophiſmate theologico ſi de⁹ ꝓcipiat ſorti ꝙ diligat eũ añ a inſtãs pro omittit in tpe terminato ad a iſtãs.

Gregori⁹. Ex iſto patet ꝙ modus ſolvendi gregorij de arimino. quadrageſima quarta diſtinctione primi tales paralogiſmos nõ eſt cõueniens iſte partes fuerũt iſte ptes ſunt hec forma. ergo hec pri⁹ forma fuit male cõcluditur dicit oportet ſic cõcludere. ergo aliqua que ſunt hec forma fuerunt ⁊ põt dari alia iſtãtia inquit vt ſi materia ſortis fuiſſet creata a principio et forma ⁊ nõ ſe informãtes tũc nõ ſequitur he partes fuerũt he pres ſunt ſortes: ğ ſortes fuit quia poſito ꝙ p̃lo variant̃ i hoc iſtãti. añs ẽuẽit ꝯñs. Item ſ; op; ſic ꝯcludere ali q̃ q̃ ſunt ſortes fuerũt in hoc ꝙ dicit male cõcludit̃ verũ dicit ⁊ ꝙ mutatio numeri eſt cã erroris ſed nõ ad intẽtionẽ ei⁹ ſ. ꝙ minor extremitas debet eſſe eiuſdẽ numeri in cõcluſione cũ medio ꝙ ipſe pretẽdit ꝓpterea add. ⁊ aliqua q̃ ſunt a parte minoris extremitatis addit aliq̃d in cõcluſione ꝙ nullaten⁹ ponebatur in premiſſis ſm ſe vł ſuũ ſynonimũ ꝓpterea in ſimili forma faciliime dabo añs verum ⁊ ꝯñs falſum. Hec eſt eiuſdẽ forme cum ſuo ſillogiſmo he partes fuerũt he partes ſunt hec forma. ergo alalia q̃ ſunt hec forma fuerunt vnde dico ꝙ nihil refert ad bonũ ſillogiſmũ dato ꝙ minor extremitas ſit alterius numeri a medio vtrobiꝗ cõcludendo tales numeros in cõcluſione quales habes in premiſſis nihil addẽdo conſequentie ſunt infallibiles. Vñ ad hunc ſillogiſmum he partes fuerunt he partes ſunt ſortes ergo ſortes fuit entia. Cõſequẽtia eſt infallibilis ⁊ ꝯñs cõcedendũ in illo caſu ſicut añs. Sz cõtra dicis. ğ aliqua ꝓpõ de ꝑterito ⁊ de preſenti in eodẽ inſtanti incipiũt eſſe vere de ſubiecto ſingulari quod eſt inconueniens.

Reſpondetur ſi vis capere illum terminũ abſolutũ ſortes ponẽdo illam in eſſe ⁊ ſic cõcedit̃ in illo caſu qñ hec primo eſt vera ſortes fuit entia: ſed q: in primo inſtãti quo de⁹ creat alam ſortis. ſortes eſt primo in rerũ natura nõ ſolet creare alam ſortis ante ſortem ſicut opinat⁹ eſt Origenes ⁊ ante eſt platonici: illa ꝓpterea ſemper eſt vera ſortes eſt anteꝗ̃ hec ẽ vera ſortes fuit ſi anima ſucceſſiue informet ſicut forma embrionis corrumpitur nõ dabitur primum inſtans in quo hec ẽ vera. ſortes eſt ſ; hec nunc miſſa facio. Sed ex oĩbus his dico ꝙ non vltimate capis ſuã de ineſſe ſortes fuit entia habet hanc de preſenti hec ſunt entia demõſtrãdo res pro quib⁹ illa de preterito verificabat̃ nec o; manere idẽ quo ad ſynonimitatẽ in de ineſſe ⁊ in preterito ſicut in forma ſillogiſtica p; qñ ſubiectũ eſt cõnotatiuũ nec etiã qñ ſubiectũ eſt abſolutum ens poſſibiliter nõ eſt ens ẽ neceſſaria ſua de ineſſe nõ dabit̃ per hãc ens nõ ẽ ens que vti impoſſibilis eſt eſto ꝙ ſubiectũ ẽ termin⁹ abſolut⁹ ⁊ idẽ diceret Ariſtoteles de hac hõ poſſibiliter hõ eſt alal q̃ ſm eũ concedenda eſt animal ſm eũdem reputata impoſſibilis. inſuper alibi in inſolubilib⁹ in primo inſtãti eſſe ſortis. Hãc cõceſſimus ꝓbabilẽ ſortes hõ fuit ⁊ ſua de ineſſe tũc primo eſt vera: ſed illud cõtingit ꝓpter ampliationem vtriuſꝗ extremi. Rurſus me⁹ amic⁹ Hieronymus perdo cui⁹ animã exaudiat deus dicit tales terminos: ſortes. plato eſſe cõnotatiuos ⁊ non improbabiliter. Hieronymus pdo.

Ad confirmationẽ pono ꝓpoſitiones. Prima eſt in millecuplo maior ꝓ totam partẽ vnam horã cõtinue b ⁊ in inſtãti terminãte horam nihil additur ipſi b ⁊ tamẽ ẽ ita magna in illo inſtãti ſicut eſt a hoc patet in ſito caſu ſuppoſito ꝙ linea l porta ſancti victoris vocetur a. altera b. in inſtãti terminãte horã vtraꝗ primo eſt infinita: puta eſt primũ inſtãs infinitatis ſemper intelligo de modo poſſibili reperiendi qualitatem in illis infinitis. Accipe analogiam ſi eſſent duo mobilia ſuper vnũ pedale a ſuper primã partem ꝓportionalem b ſuper cẽteſimã ⁊ in qualibet parte ꝓportionali illa mobilia pertranſeãt vnam partem proportionalẽ in inſtãti terminãte horam totum eſt primo ꝑtranſitũ ab vtroꝗ ⁊ b in quolibet inſtanti intrinſeco ipſi⁹ hore ꝑceſſit a ad cẽtum ptes ꝓportionales ⁊ in inſtãti terminãte horã totũ eque cito eſt pertranſitũ ex hoc ſoluitur argumentum. Propõnes.

Septimo arguitur. implicat in qualibet parte proportionali vnius hore creare pedale ⁊ addere poſterius priori. ergo ꝓbatio tertia nulla eſt. Probo antecedẽs. capio a pillare in gadis herculis volo ꝙ deus in prima parte proportionali vnius hore creet vnum lapidem pedalem tãgentem a pillare in ſecunda parte proportionali hore remoueat primũ lapidem ⁊ creet ſecundũ inter primum ⁊ a pillare et ſic conſequenter per totam horam in illo caſu dabitur in fine aliquis lapis tãgens pillare ⁊ nõ niſi vltimo creatus quia quilibet alter eſt remotus ⁊ ille nõ poteſt creari niſi in vltima parte ꝓportionali vnius hore. ergo datur vltima pars proportionalis vnius hore quod implicat. igit̃. Preterea ſequeretur ꝙ eſſet aliquod corpus opacum magnum obiectum corpori luminoſo ⁊ tamen nõ cauſaretur vmbra cõſequens eſt cõtra alacem ⁊ perſpectiuos ⁊ ſenſum igitur ꝙ ſequatur probo ſic ſit ſol infinitus ex altera parte terre iam vbi nos ſumus immo ſuper centrum terre erit lumen ꝙ probo ſol nõ illuminat quãdo ex altera parte pluſꝗ̃ medietates terre quocirca vmbra eius piramidalis eſt terminata in mercurio vt dictum eſt queſtione precedente ſexto argumento: ergo quanto ſol erit maior vmbra erit minor ergo ſi ſol eſt infinit⁹ vmbra nulla erit. ad ſeptimum nego ꝙ implicet dicitur ꝙ

nullus lapis tāget pillare ex caſu ſed q̄libet remouebitur q̄ꝺ p̄z p̄im᷒ nō tāget q꞉ fuit remotus ſcḋo aduenie͞re ſecūdus nō tāget꞉q꞉ fuit remotus tertio aduenie͞te.ꝛ ſic quolibet alio.ergo nulꝰ tāget niſi reportent ꝛ tūc multi p̄nt tāgere tot quot reportātur illi lapides p̄nt facere infinitū locū extēſiue vel ſe penetrare ꝑpe pillare ſed quicq̄d ſit erūt lapides totales. Iſtud argumentū albertꝰ de ſaxonia dicit in ſcriptis philicorum.generat ei fidē in me non generat opinionem. Buridanꝰ etiā eiuſdē tēpeſtatis regēs hoc argumēto vtitur. Ex iſto nullo pacto habetur q̄ aliqua pars ꝓportionalis hore ſit vltima quemadmodū nō eſt vltimus lapis creatus ſed poſt quēlibet ſunt infiniti. ¶ Ad aliud argumētum de corpore luminoſo et opaco.nego q̄ non cauſetur vmbra꞉da corpꝰ luminoſum in quadruplo maius terra cauſabit vmbra piramidalis a terra ſignō a ꝛ b pedalitates in corpore luminoſo ille nō ꝓducūt lumē primariū in loco vmbre꞉ ergo nec a fortiori pedalitates vltra a et b꞉quia plus diſtant ꝛ alie pedalitates poſſunt tm̄ diſtare q̄ nō poſſunt producere lumē ad mediū punctum medietatis oppoſite corpori luminoſo.

Margin: Albertus de ſaxonia. Buridanꝰ

¶ Octauo implicat q̄ idē ponatur in prima parte ꝓportionali in celo ꝛ i ſecunda in terra in tertia in celo in quarta in terra et ſic cōſequēter.ergo pari rōne implicat in qualibet parte ꝓportionali creare pedale ꝛ poſteriꝰ primori addere.p̄z aſſis.q꞉ peti vbi erit illud inſtāti termināte horā ſi in celo peto rōnes quare citius q̄ in terra ſi in vtroq̄ implicat idē naturaliter eſſe in duobꝰ locis vel illo dato non oportet eſſe in duobꝰ locis. ¶ Preterea ſequeretur q̄ pars eſſet maior ſuo toto cōmunē animi cōceptionem.probo ſigno totū tempus preteritum꞉poſita eternitate mūdi a parte ante ꝛ poſt vnum nō eſt maius impoſſibile q̄ reliquū imo aliqui negantes infinitū illud admittūt vt queſtione priore tactum eſt totū tempus preteritū vſq̄ ad horam ſextā ante meridiem a et totum tempus futurū ab hora ſexta mane in eternuz b ſignificet totū preterituz ab hora duodecima d totum futurū tempus ab hora duodecima iā a et b ſunt equalia quia equaliter incipiunt et vtriſq̄ extremū aliud eſt infinitum ꝛ pari ratione c ꝛ d ſunt equalia ꝛ vltra c eſt maius a꞉ quia a eſt pars c꞉ꝛ vltra c eſt maiꝰ a꞉ergo d eſt maius a.tenet cōſequentia quocūq̄ vnum equaliū eſt maius ꝛ reliquum et vltra d eſt maius a.ergo d eſt maius a ergo d eſt maius b.tenet cōſequentia quicquid eſt maius vno equali eſt maius reliquo.ſed d eſt pars b.ergo pars eſt maior toto.

Margin: Proloquium.

¶ Reſpondetur ad octauum argumentum negādo q̄ implicet ꝛ quando petis vbi eſt in inſtanti terminante horam reſpōdetur ergo dubito ꝛ cauſa ē꞉quia ex toto illo caſu nihil ſequitur et propterea impertinens eſt queſtio quēadmodum quereris a me nunc vbi eſt presbyter ioannes ꝛ ex iſto ſatis patet q̄ dominus gregorius non debuit negare q̄ aliquid diuidatur in inſtanti termināte primā partem proportionalem ꝛ ſic maneat per totā partem ſequentem ꝛ in inſtāti termināte ſecundā partem cōtinentar ꝛ per partem ꝓportionalem ſequentem ꝛ ſic per omnes partes proportionales vnius hore dicit q̄ implicat vide contradictionem quam aſtruere nititur nō mihi videtur

Margin: Gregoriꝰ.

implicare. ¶ Ad aliud argumentū de temporibus primo nō eſt equalitas inter a ꝛ b neq̄ inter c ꝛ d per idem ꝛ cōceditur q̄ c eſt maius a in aliqua acceptione maioris ſed negatur propterea q̄ d eſt maius a proportionaliter.

¶ Contra quartam concluſionem arguitur q̄ infinitum poteſt claudi inter duo puncta linea giratiua clauditur inter duo puncta ex queſtione precedēti ꝛ illa eſt infinita igitur. Sed dicis ꝛ bene hoc nō incōuenire de infinito curuo ſecus eſt de infinito recto. ¶ Contra capiatur linea bipedalis deus poteſt rarefacere ſecundam partem ꝓportionalē quouſq̄ fuerit equalis magnitudinis cum prima retrocedēdo poſteriores partes poſt rarefacere tertiā partem ꝓportionalem ad equalitatez prime.et ſic de qualibet alia ſemper retroponendo puncta ꝛ ſic in fine rarefactionis omnium partium dabitur infinitum inter puncta.

¶ Confirmatur deus poteſt capere duos lapides cōtiguos in prima parte ꝓportionali vnius hore elongare ad pedalitates in ſecunda parte ꝓportionali hore elongare ad bipedalitatē in tertia ad tripedalitatē.ꝛ ſic cōſequenter per omnes partes ꝓportionales vnꝰ hore quo facto erit infinita diſtantia in inſtāti termināte horam inter illos duos lapides ꝛ ſic infinitum rectū clauditur inter duo pūcta forte negas caſum. ¶ Contra ex illo deſtruis totam probationē de infinito quod probo.volo q̄ deꝰ in prima parte propotionali vnius hore creet vnum lapidem tangentem pillare herculis ꝛ ponat virgam pedalem deſuper in ſecunda parte proportionali creet aliud pedale ꝛ addat primo ꝛ quando creat ſecundum leuet virgam a primo lapide ꝛ ponat ſuper ſecundum ꝛ ſic conſequenter per omnes partes proportionales vnius hore creet lapides faciendo lineam infinitam ſic.ſcilicet quando creet poſteriorem ſemper leuet virgam pedalem ponendo ſuper poſteriorem ꝛ de nouo creatum iam oportet dicere q̄ nullꝰ lapis illiꝰ linee plus diſtat a pillari herculis q̄ virga pedalis.ergo inter pillare ꝛ virgaȝ datam incipitur infinitum ſi neges caſum negas antecedens tue probationis. Forte dicis vnum implicat꞉aliud non꞉quia ſequitur infinitum rectum claudi inter puncta ad vnum ꝛ non ad aliud.

¶ Cōtra cū nō potes dare diſcrimē debes negare deū poſſe ꝓducere infinitū vel idem ponere inter duo pūcta qḋ erat ꝓbādū.

¶ Reſpondetur negādo q̄ infinitum poteſt claudi inter duo puncta ſemper intelligo de infinito recto. Et ad probationem de rarefactiōe dicitur q̄ tota linea erit infinite longa꞉ſed nullum manet punctum terminatū illius totius.

¶ Ad cōfirmationē quā magis pōdero oportet in hanc diſiunctiuā incidere vel q̄ infinitū rectū claudit inter duo puncta q̄ nō capio vl' caſus implicat q꞉ ſeq̄tur q̄ infinituȝ eſſet pertrāſitum quod nō eſt facile intelligibile. Et q̄ꝺ dicis ego nego꞉aſſis mee ꝓbationis hoc negat illa ꝓbatio inter tres ē minꝰ efficax. Secundo dicitur q̄ non eſt ſimile vnum implicat aliud vero nō ꝛ hoc cognoſco a poſteriori nulluȝ ſequitur inconueniens ad infinitum nō claudi

extremis ad claudi ſequit̃ impoſſibile vt pbatio deduxit quã ſolue ⁊ tene oppoſitũ vel opʒ dicere ꝙ infinitũ ſpaciũ põt pertrãſiri ⁊ capio iſtud tertiũ mẽbrũ cõcedo ꝙ deꝰ põt elongare in prima parte ꝓportionali vnius hore duos lapides pedaliter in ſcđa parte ꝓportionali bipedaľr ⁊ ſic cõſequẽter ⁊ ꝯcedo ꝙ infinitũ ſpaciũ erit pertrãſitũ ab illis duobus corporibꝰ: ſʒ neceſſe eſt reducere illos lapides ꝑ ſpaciũ infinitũ ſi maneãt in rerum natura alioq̃n inter puncta finita clauderetur infinitũ quod ſupra reprobatũ eſt: ſʒ de hoc amplius in queſtione ſequẽti. Eodẽ mõ dicitur de virga que tranſit ꝑ omnes pedalitates et in inſtanti terminante horam finite diſtat a primo puncto.

¶ Secũdo arguit̃ ad idem ꝓbando ꝙ infinitũ rectũ claudatur inter pũcta ⁊ hoc ſic ſigno duas lineas erectas a cẽtro terre a ⁊ b pedaliter diſtãtes a principio infinitas magis ⁊ magis diſtantes ita ꝙ quanto plus aſcendũt tanto plus diſtant.

¶ Arguit̃ ſic. inter illas lineas a ⁊ b claudit̃ ſpacium infinitũ. ergo inter duo puncta clauditur infinitũ. Forte dicis ⁊ bene clauditur infinitũ ſpaciũ eundo ſurſuʒ: ſʒ infinitas nõ ꝓuenit eundo a linea in lineã. ¶ Cõtra in fine cuiuſlibet pedalitatis vel potiꝰ in cuiuſlibet pedalitatis fine ducat̃ linea ex trãſuerſo in infinitũ aſcẽdendo ſurſum iã dabit̃ infinitũ inter pũcta ꝙ patet datur linea pedalis puta illa q̃ terminat primã pedalitatẽ dat̃ linea bipedalis puta illa q̃ terminat ſcđaʒ bipedalitatẽ tripedalis. ⁊ ſic ſine ſtatu igit̃ dat̃ vna linea infinite longa.

Propoſitiones. ¶ Rñdet̃ huic argumẽto ꝑ ꝓpoſitiones. Prima eſt infinite lõga eſt aliqua linea inter a ⁊ b. ꝓbatur pedalis bipedalis: tripedalis: ⁊ ſic ſine ſtatu datur linea inter a ⁊ b. igit̃. ¶ Secũda ꝓpoſitio dabilis eſt aliqua linea infinite lõga inter a ⁊ b. ꝓbatur. Ducatur c erecta in infinitum ſurſum inter a ⁊ b iam c eſt infinita ſecũdũ lõgitudinẽ ⁊ eſt inter a ⁊ b ⁊ ſic habes hanc ꝓpoſitionem cõceſſam. aliqua linea infinite longa recta dari poteſt inter duo puncta. ⁊ licet verbaliter contradicemus noſtre quarte cõcluſioni ſentẽtialiter ꝓo minime. ¶ Tertia ꝓpoſitio. nulla linea eſt infinite lõga recta tracta a trãſuerſo puta ab a ad b hoc patet per aſcenſuʒ prima eſt pedalis ſecũda bipedalis ⁊ ſic de qualibet alia dixi recta qꝛ poteſt trahi linea infinita longa partim recta ꝑtim curua. ¶ Quarta ꝓpõ lʒ ibi det̃ minima linea totalis: non tñ dat̃ maxima prior pars eſt nota de pedali ſecũda pars patʒ ex prima ꝓpõne. Item da illã maximaʒ vel illa eſt vltima ⁊ hoc nõ. ⁊ quelibet nõ vltima habet vnam lõgiorẽ ſe. igitur. ¶ Quinta ꝓpoſitio licet a linea qualibet illarum linearum eſt longior: nõ tñ illis oibꝰ. prior pꝰ patʒ quia a eſt infinite lõga ⁊ quelibet alia finita. Scđa pars patʒ: qꝛ ille oẽs ſi eſſent vnite facerent lineam infinitam in longitudine.

¶ Sed cõtra illud arguitur. Ibi datur triangulus infinitus. ergo baſis illiꝰ trianguli eſt infinita. Conſequentia patet. poſtꝙ eſt angulus acutꝰ in altero extremo et linee ſemper plus diſtant. Probatur antecedẽs. quia volo ꝙ in qualibet parte proportionali hore ducatur vna linea lateraľr iam in qualibet ꝑte ꝓportionali illius hore eſt trigonus ⁊ in inſtanti terminãte horã nihil addit̃: ergo adhuc eſt trigonꝰ ¶ Reſpõdet̃ negando illã vltimã ꝯſequẽtiam.

¶ Tertio arguit̃. deus põt inter duos homines ſortem ⁊ platonem quorum vnus primus creatur alter vltimus creare infinitos homines: ergo deus poteſt inter duos homines vel duo pũcta creare infinitũ. Aſſumptũ arguitur. volo ꝙ deus in prima parte ꝓportionali creet ſortem: ⁊ ſic in qualibet alia parte proportionali creet vnum alium hominẽ ⁊ platonẽ in inſtanti terminante horam iam inter illos creatur infiniti homines. igitur.

¶ Et cõfirmat̃ ſi eſſet vnꝰ homo infinite fortis: habẽs vnum lapillum in manu et aer eſſet infinitus ſicut deus poteſt facere ille poteſt ꝓijcere illum lapillum per infinitam diſtantiam: ergo ibi dabitur infinitũ inter duo puncta. Cõſequẽtia tenet: quia inter manũ ꝓijcientis ⁊ lapillum in fine motus. Aſſumptũ ꝓbo: quia ꝙ ſolũ per finitũ ſpaciũ ſequitur ꝙ homo finiti vigoris per tãtum ſpaciũ poteſt ꝓijcere qđ ꝓbo da per vnã leucaʒ plato finiti vigoris poteſt ꝓijcere per mediã leucam cicero fortior ꝑ partes quartas vnius leuce deueniendũ eſt ad hominẽ qui poteſt ꝓijcere per ſpaciũ infinituʒ. Si dicas celum reſiſtit hoc nihil valet deus põt nos omnes ſeruare ita bene ſine celo ſicut cũ celo: ergo oportet dicere ꝙ ille homo poteſt ꝓijcere infinite ad longũ quẽadmodũ nũc hõ fortis altius ꝓijcit lapidem ſurſum ꝙ̃ debilis.

¶ Reſpõdet̃ per ꝓpoſitiones. Propoſitiones.
Prima eſt. poſſibile eſt deo inter duos quorum vnus primo creatur ⁊ alter vltimo producere infinitos homines patet in caſu argumenti: et ſic infinita multitudo clauditur inter duo puncta productionis. ¶ Secunda propoſitio. in illo caſu nõ datur penultimus creatus: bene tamẽ datur ſecundus tertius ⁊ quartus. ¶ Tertia ꝓpoſitio nõ eſt poſſibile ponere iſtos ſm lineam rectã ꝙ ſortes ⁊ plato ſint in extremis aliis inter mediis ſua loca tenentibus.

¶ Ad confirmationeʒ dico ꝙ ille hõ ꝓijciet lapidẽ per ſpaciũ infinitũ ⁊ erit in infinitis locis veris vł imaginariis ſimul ⁊ ſemel nec ſequitur infinitum plus inter duo pũcta ꝙ̃ quãdo eſt idẽ hõ in infinitis locis imaginarie lineam infinitam terminataʒ pariſiꝰ ſtet athlas Athlas. infiniti vigoris in porta ſancti victoris ꝓijcere põt lapillũ vel groſſum lapidẽ quẽ proiecit turnus cõtra eneã per totam illam lineam.

¶ Quarto arguit̃. capiat̃ vna linea infinita verſus oriẽtem finita pariſijs ſuper primam pedalitatem ponatur ſortes ſuper ſecũdam plato ſuper tertiam ſortes ipſo remanente ſuper primam pedalitatẽ ponatur in diuerſis locis totalibus ſicut creditur de beato ambroſio Beatus qui interfuit exequiis ſancti martini ipſo remanente mediolani caſus eſt deo poſſibilis et Ambroſiꝰ ſi negetur caſus ſicut ſequaces doctoris ſancti Sanctus negãt hoc nõ impedit negocium nr̃m ponat̃ martinꝰ. ſortes in loco ſicut eſt corpus chriſti ⁊ plato ſimiliter hoc omnes admittunt ponatur ſortes ſuper primaʒ pedalitatem tertiã quintam ⁊ ſic alter

natim ſuper quamlibet per numerum impar ē deſignatam plato ſuper ſecundam quartam. et ſic ſuper quamlibet per numerum parem deſignatam hoc ſuppoſito ſic argumentoꝛ inter ſoꝛtem ⁊ platonem in illo caſu clauditur ſpaciū infinitum: ergo concluſio falſa aſſumptum probo inter ſoꝛtem et platonem eſt ſpacium pedale bipedale tripedale: ⁊ ſic ſine ſtatu et ille partes nō communicant. ergo eſt ſpacium infinitū inter ſoꝛtem ⁊ platonem.

Ponitur ppōnes.

¶ Rñdetur per ꝓpoſitiones

Pꝛima eſt vna linea recta infinite lōga claudiť inter duo pūcta determinata pꝫ ex ꝓbatiōe argumēti ⁊ idē ē iudiciū ſi eēnt duo lapides ſic poſiti i infinitis locis qđ vtiq̄ deo reputo poſſibile.

¶ Secūda ꝓpō linea infinita nō clauditur inter eos ſic ſcꝫ ꝙ vn' eſt in extremo ⁊ alter in alio vel extra hoc patet. quia non habet extremum verſus oꝛientem.

¶ Tertia ꝓpō nō datur ſpacium pedale tripedale quadrupedale. et ſic ſine ſtatu in aliquo loco vero vel imaginario.

¶ Quarta ꝓpō nec eſt poſſibile ꝙ infinita linea claudiť inter duo ſic ſcꝫ ꝙ ſint in vno loco vero vel imaginario ⁊ nō cas ad ampliationē imaginatiōis hic. qꝛ tūc inutiliter logice ꝓpoſito neglecto te innodabis. nō tñ negādū eſt quid inter duos determinatos hoīes ꝑ ſūt eſſe infiniti hoīes hoc pꝫ multiphariā. Tū pꝛimo ſi eſſent penetratiue. Tū ſcđo quelibet pars integralis hoīs eſt hō abſolute. Tū tertio ſi ſuper quālibet partē ꝓpoꝛtionalē cōtinui pedalis ponatur vnus hō ⁊ duo hoīes in extremis. Nec valet dicere ꝙ hō plus extēdiť ꝙ̄ pars ꝓpoꝛtionalis: qꝛ volo ꝙ de' cōdenſet hominē ad ita paruam q̄ntitatem ſicut eſt pars ꝓpoꝛtionalis ſup quā ſtat poteſ facere argumētum poſito ꝙ eadem linea ponať in duob' locis in vno loco finite in alio infinite ad ꝓbationē ꝙ infinitū claudiť inter duo pūcta ſil'r ꝙ ſpera ignis ſit infinita ſurſum ⁊ ponatur hic ſpera ignis vel infinita ſpera aeris ſurſum ⁊ nihil ſupꝛa aerē ⁊ ponať paruus ignis hic in cētro terre an aſcēdit ꝑ ſpaciū infinitū: ſꝫ pꝛimū eſt facile ſm̄ dilui pōt ex ſolutiōe argumēti p̄cedētis partim pōt fieri argumētū ad ꝓbādū ſolutionē argumēti p̄cedētis partim pōt fieri argumentū ad ꝓbandū infinitū inter duo extrema ē infinita latitudo foꝛmidinis. inter timiditatē ⁊ audaciā hoc pꝫ: qꝛ latitudo foꝛmidinis vlix's ē maioꝛ latitudine reg͠ ſitis ⁊ aiacis maioꝛ v. ixis ⁊ achillis maioꝛ latitudine foꝛtitudinis aiacis ⁊ de' pōt creare foꝛtioꝛem achille ⁊ illo creato foꝛtioꝛem. et ſic ſine ſtatu vſq̄ ad infinitū huic argumēto facilis ē ⁊ ſiſio ſi ſcias ꝑ q̄ ſupponit latitudo foꝛtitudinis vel tēperātie vľ alicuius v'tutis ⁊ eſto ꝙ deť hō infinite potēs argumētum nō habet alias propterea relinquo.

¶ Quinto arť dabilis eſt quadrāgulus oꝛtogonus infinit' ꝗ claudiť infinitū inter pūcta cōſequētias tenet ꝑ diffinitionē figure. Figura eſt que termino vel terminis clauditť ⁊ quadrāgulus eſt ſpecies figure. Etiam per diffinitionem quadrāguli ꝓbatur aſſumptū volo ꝙ deus in prima parte ꝓpoꝛtiōali faciat vnū quadrāgulum cuius due coſte ſint pedales alie

Figure geometrice diffinitio.

⁊ ſic bipedales in ſecūda parte ꝓpoꝛtionali hoꝛe faciat quadrāgulū ſup illū habentem duplas coſtas: ⁊ ſic per oēs partes ꝓpoꝛtionales vni' hoꝛe tam in inſtāti terminante hoꝛā erit quadrangulus infinite lōgus vel quadratum nō refert. Eodem mō ſi deus capiat pedē circini immobilem ⁊ ponat ſup a pūctū ⁊ ducat in pꝛima parte ꝓpoꝛtionali paruū circulū ſꝫ illā petitionē Euclidis ſup centrū q̄libꝫ q̄ntitꝫ occupādū ſpaciū circulum deſignare poſtea in q̄libet parte ꝓpoꝛtionali hoꝛe augeat de' pedaľr pedē circini iā in fine hoꝛe erit circulus infinitus. Sꝫ ad hec oīa dicis ⁊ bn̄ in inſtāti terminānte hoꝛā nō erit figura ⁊ ſic pꝛimo totū deſinit eſſe figura. ¶ Cōtra accepto q̄drāgulo de quo a pꝛincipio exoꝛſi ſum' capio a ⁊ b coſtas ꝓtractas ſurſum c. baſim pedale d. lineā pedalē oppoſitā c. volo ꝙ in qualibet parte ꝓpoꝛtionali hoꝛe de' a b coſtas augeat quieſcēte ⁊ nō aucta baſi c ⁊ ponat d coſtā numero in infinitis locis ſemꝑ in fine pedalitatis aucte a et b coſtarū ꝑ oēs ꝑtes ꝓpoꝛtionales vni' hoꝛe iā in inſtāti terminānte hoꝛā erit quadrāgulus infinitus ⁊ b coſte ſunt infinite lōge c ⁊ d pedales d coſta infinitis locis ſemꝑ a ⁊ b pedaliter ſolū diſtabūt iā inter c ⁊ d pedale bipedale tripedale ⁊c̄ ſic ſine ſtatu intercipiť. Reſpōdeť ſi ſcias bene ſoluere antecedens hoc eueſtigio diluere potes.

Euclidis petitio.

¶ Cōtra quintā concluſionē arguiť ꝓbādo ꝙ nō eſt dabilis foꝛma infinite intēſiue ⁊ hoc ſic implicat vnā alam hr̄e notitiā infinitā intēſiue: ꝗ de' nō pōt ꝓducere infinitū intenſiue. ꝯña tꝫ: qꝛ quicquid deus pōt ꝓducere extra alam poteſt ſimile in gradu ꝓducere in ala. aňs ꝓbať: quia eſſentia ipſius anime eſt finita: ergo nō poteſt agere ⁊ ꝓducere notitiā infinitā immo nō pōt tantā ꝓducere notitiā infinitam ſicut vnus angelus: ergo ale nō pōt actiue cōcurrere cum notitia infinita.

¶ Rñdetur per propoſitiōes.

Propoſitiones.

¶ Pꝛima eſt nō eſt dabilis ſtatus habitū quos anima poteſt habere ꝓbo da oppoſitum ꝙ pōt habere centū ⁊ non plures tunc nullus dꝫ velle addiſcere aliquid de nouo: quia per acquiſitionem nouoꝛum habituum pereunt pꝛioꝛes ⁊ ſuppono pꝛioꝛes habitus melioꝛes.

¶ Et cōfirmať aīa non actiue ꝯcurrit cū habitu q̄ eſt nō actualr̄ immutať ab habitu: vt pꝫ in doꝛmiēte: ꝗ in infinitū pōt habitus acquirere quo circa multi philoſophoꝛum athenienſium deflebant breuitatem noſtre vite eo ꝙ nō poſſumus plura addiſcere petentes vitā cū ceruis ⁊ coꝛuis quo ad longitudinem.

Phi athenienſes.

¶ Scđa ꝓpō dabilis eſt ſtat' in notitiis actualib' hoc eſt aīa pōt hr̄e tm̄ numerū notitiarū actualiū ⁊ nō ampli' q̄ pꝫ cuiuſlibet creature actiuitas terminať pꝛimo de celo. ſiue in maximū numerū ꝙ ſic ſiue in minimū ꝙ nō curo cui quadrat illud. Pluribus intēt' minoꝛ eſt ad ſingula ſenſus paucioꝛes notitias actuales pōt intellect' nr̄ hr̄e ꝙ̄ angelus cuꝫ ſit eſſentia impꝑfectioꝛ iuxta illō pſalmiſte pſalmo octauo. Minuiſti eū paulominus ab angelis.

Verſus.

Pſalmographus.

¶ Tertia ꝓpō que eſt cā virtutis limitate poteſt maioꝛem effectum ꝓducere cum auxilio q̄ ſine eo clara eſt hec.

¶ Quarta ꝓpoſitio habitus actiue cōcurrit cū anima ad productionē actus nunc ſupponitur. Ex his ſequitur

¶ Quinta ꝓpoſitio nō eſt dabilis maxima noticia actualis que poteſt haberi naturaliter per primā concluſionem: et ſi nō eſt ſtatus in auxilio anime non eſt ſtatus in ſuo effectu: puta cum noticia actuali quā poteſt producere cum habitu.

¶ Sexta ꝓpō poſſibile ē anime chriſti habere īfinitas noticias actuales ſpecie diſtinctas hoc ꝓbaꝛ ſi anima xp̄i habeat infinitos habitus nihil obſtat quin pōt habere infinitas actuales noticias: nec ſequiꝛ ꝙ nos poſſumus hr̄e tot noticias actuales quot habem⁹ habit⁹ ꝓpter pōdus hui⁹ mortalis corporis. ſm̄ illud ſapiētis ſapientie nono. corp⁹ qđ corrūpiꝛ aggrauat animā ꝛ vltra q̄cquid deus pōt cū habitu ꝑ maximā theologiā q̄cquid pōt cum cauſa ſcđa pōt ſine eadē. ergo bifariā deus pōt cōicare ſue anime infinitas noticias actuales. Sapiens.

¶ Septima ꝓpō īfinitas noticias actuales anima xp̄i habet probaꝛ. illud ē deo poſſibile ex premiſſa ꝛ p̄cedētibus ꝛ ꝑfectionem accidentalē dicit plura cognoſcere: ergo illud aīe xp̄i attribuēdū eſt. Ex hoc infero corrolaria ¶ primū eſt cuiuſlibet partis ꝓportionalis cōtinui noticiam intuitiuā in genere ꝓprio aīa chriſti habet. ¶ Secūdū corrolariū poſſibile eſt anime xp̄i hr̄e infinitas noticias reflexas: quaꝝ quelibet ē diſtincte cognita habeat noticiam intuitiuā eſſentie diuine dicaꝛ a. poſtea noticiā reflexā de a dicatur b et c. de b et ſic ꝯſr ad iſtud nihil aliud ſeq̄tur niſi ꝙ hꝫ infinitas noticias ſpecie diſtinctas: quaꝝ quelibet eſt diſtincte cognita ꝛ nō datur vltima que nō modo poſſibilia ſunt ſed cōuenientia. ¶ Tertiū corrolariuꝫ in infinitiuū imꝑfecta eſt aliqua illarum noticiaꝝ reflexiuarū et quelibet earum eſt ꝑfectior albedine. prior pars hui⁹ corrolarij ꝑꝫ a eſt ꝑfectior b. qꝛ ꝑfectioris obiecti c per idem imꝑfectior b. ꝛ ſic a tergo. igiꝛ imꝑfectionē poſterior ps corrolarij pꝫ. qꝛ q̄libet noticia ſpūalis albedine ē ꝑfectior: quēadmodū ſubſtātia ſpūalis corpore. Corrolaria.

¶ Poſſunt hic fieri alia argumenta. quorum aliqua ꝑfecto pondero ꝛ maiore egent indagine ꝙ nunc tēporis anguſtia que offert q̄ alibi tāgētur. Sed aliqua monebo. aīa pōt habere infinitas noticias actuales: habeat infinitas negationes ſpecie diſtinctas ante copulā ꝓpōnis an talis ꝓpoſitio ſit negatiua affirmatiua vel mixte q̄litatis diſtributiue vel particulariſāt. ¶ Ponaꝛ finit⁹ calor intēſiue in centro globi cerei an rarefaciet illū globū in infinitū ꝑ oēm locuꝫ poſſibilē ſi dicas maxima raritas poſſibilis finita grat(dicis potes dicere pari forma datur maxima forma intenſiue poſſibilis finita ꝙ pauci concedūt Si dicas corrūpi ceram. ¶ Cōtra accidens nō pōt corrūpere ſubſtātiā. Item volo ꝙ de⁹ cōcurrat influētia generali ad rarefactionē ꝛ nō ad corruptionē. ꝛ tunc nō habes refugiū. Si dicas rarefacit globū cereum ꝑ oēm locū poſſibilem citro q̄d poſtea facit. ¶ Rurſus ꝛ forſitan plus te mouet ponaꝛ frigus infinitū intenſiue ꝓpe ceram pedalem illud frigus cōdenſabit ꝛ nō eſt veriſimile ꝙ datur maxima denſitas poſſibilis nec minima non poſſibilis. ergo faciet cerā pūctualē. Forte dices daꝛ minimū naturale vel maximū ꝙ nō ſicut tenet gregori⁹ hoc alibi impugnatū ē ꝛ nō eſt veriſile. Gregorius

¶ Preterea da calorē intenſiue in vno corpore vitreo vel diuidet illud corp⁹ vitreū in quālibet ſui partē ꝛ hoc implicat tenēdo ꝙ cōtinuū cōponitur ſemꝑ ex diuiſibilib⁹ vel rumpet in partes finitas tantū: et tūc ſequitur ꝙ calor finitus tantū ageret ſicut infinit⁹ facile eſt deducere ꝑ calculationem.

¶ Poteſt fieri argumentū logicale etiā ꝙ de⁹ poteſt ꝓducere oīe corp⁹ poſſibile ſic. Omnia poſſibilia de⁹ poteſt ꝓducere diſtributiue. ergo oīa collectiue cōſequens eſt falſum nulla ſunt oīa poſſibilia collectiue cōſequētia pꝫ de primo ad vltimū omnia poſſibilia de⁹ poteſt ꝓducere diſtributiue: ergo hec poſſibilia deus pōt ꝓducere ꝛ illa poſſibilia deus pōt ꝓducere. ꝛ ſic de ſingulis copulatiue per deſcēſum poſtea cōſtantia. Etiā nō eſt opus conſtātia ꝓpter neceſſitatē ſingulariū: vltra hec poſſibilia deus poteſt ꝓducere ꝛ illa ꝛ ſic de ſingulis deus poteſt ꝓducere: ergo hec ꝛ illa et ſic de ſingulis copulatim quelibet pars illius copulati ſupponit ſolū demōſtrātur, poſſibilia: ergo totū copulatū ſupponit: ergo oīa poſſibilia deus pōt ꝓducere collectiue. ꝯña tenet ꝑ aſcenſum. poſtq̄ poſſibilia ſupponit cōfuſe tm̄ opꝫ aſcendere copulatim ſicut ſub apoſtoli dei in hac oēs apoſtoli dei ſunt duodecim. ꝯñs eſt falſum ꝓductis q̄buſcūq pōt plura ꝓducere ꝛ ex falſitate cōſequētis reducebiꝛ in falſitatē ꝓductionis infinite multitudinis ſed iſtud argumētū facile dilui pōt. ¶ Seq̄tur tertia queſtio de motu corporis infiniti.

¶ Tertio et vltimo quero circa motum corporis infiniti an dato corpore infinito ipſum poteſt moueri. Queſtio.

¶ Pro ſolutione queſtionis pono cōcluſiones. ¶ Prima ē data linea infinita finita partiū infinita v̓ſus orientē ſortes poteſt ꝑtranſire ꝑ motum totam illā lineā. ¶ Secūda concluſio ſi eſſet vna linea infinita partiū terminata et infinita v̓ſus orientē deus pōt retrahere illā lineā v̓ſus extremū finitū. ¶ Tertia cōcluſio deus poteſt retrahere illam lineā et eaꝫ mouere verſus extremū vocatū v̓ſus oriētē. ¶ Quarta cōcluſio dato corpore omniquaq infinito deus poteſt mouere ipſum et motu recto et motu circulari. Concluſiones.

¶ Prima cōcluſio eſt contra Gregorium ſed eam ſic probo ad lineam infinitā ꝑtranſiri nulla ſeq̄tur cōtradictio: ergo illud eſt deo poſſibile. cōſequentiā dubitat nemo probo añcedens ad illud non ſequitur ꝙ illa linea infinita habeat ꝑtē vltimā vt patet de ꝑtrāſitione ꝯtinui ꝛ linee giratiue. Nec ſeq̄tur ꝙ infinitum rectū clauditur inter duo pūcta ꝛ illud etiā nō eſt apertum impoſſibile. igiꝛ illud nō eſt negandū deo. Preterea ſortes poteſt in prima ꝑte ꝓportionale hore ꝑtranſire partē pedalem illi⁹ linee in ſecūda partem aliā pedalem de potētia dei abſoluta: et ſic in qualibet alia parte ꝓportionali hore ſemꝑ pertrāſeundo per lineam re Gregorius

ctam quo facto tota linea ꝑtranſibitur hunc caſum negat Gregorius.qꝛ videtur ei ꝙ ſequitᷣ contradictio ꝙ infinitū rectū clauditur inter duo puncta:ſed conabimur illud euadere. ¶ Secundam cōcluſionem probo ſi eſſet vna linea verſus orientem terminata pariſijs mirabile eſtꝙ deus nō poteſt trahere illam lineā verſus occidētem per vnum pedē ⁊ qua ratione per vnum pedem per mille ⁊ ſine ſtatu ad illud nō ſequitur ꝙ tota linea relinquat locū retro ſe verſus orientem ꝙ probo:qꝛ tūc per acquiſitionē pedalitatis infiniti locum admitteret. ¶ Tertiā concluſionē probo.qꝛ deus poteſt retrahere illam lineā quēadmodum traxit verſus occidentum: quia quēadmodū non admittit ſuū locū per hoc ꝙ moueatur verſus occidentē:ita nō oportet ꝙ acquirat nouum locū mouendo ꝟſus oriētē. ¶ Quartam concluſionē probo.que habet duas partes quarum vnā cōcedit Gregorius de motu circulari vel giratiuo alias oēs concluſiones negare videtᷣ:ſed dicat ꝙ deꝰ pōt mouere infinitū ꝟſus extremū finitum quādo extremū oppoſitū eſt finitum hoc eſt pōt mouere per latitudinē ſi linea ē infinita in longitudine pedalis latitudinis poteſt ꝑ latitudinem vnius partis vel alterius moueri ſed aliā partem probo nō ſolum ꝑ penetrationem partiū ſed ſine penetratione ſi eēt vna ꝑs infinita illiꝰ corporis oīquaqꝫ infiniti terminata a cētro terre infinita ꝟſus orientē illa pōt moueri verſus orientē ⁊ nullū nouū locū acq̄reret ac perinde erit de corpore oīquaqꝫ infinito ⁊c.

¶ Contra primā concluſionē arguo ſic ſi aliquis poteſt pertranſire lineā infinitam ſicut dicit p̄ma cōcluſio: ſequeretᷣ ꝙ inter puncta finita clauderetᷣ infinitū qḋ ſupra reprobatum eſt.probo cōſequentiā.incipiat ſortes in prima parte ꝓportionali hore pariſijs ⁊ pertrāſeat primū pedale et ſic conſequēter in qualibet parte ꝓportionali hore pertrāſeat pedale inter ſortem in inſtanti terminānte horam et locum a quo incepit claudetur infinitū ſpacium.

¶ Reſpondetur admiſſo caſu et dico ꝙ infinitum ſpaciū pertrāſibit ſortes añ finem hore qꝛ pedale bipedale ⁊ ſic ſine ſtatu.tū in nullo inſtanti intrinſeco illiꝰ hore. verū eſt dicere ꝙ infinitum ſpaciū eſt pertranſitum:ſed in inſtāti terminante horā verum eſt dicere infinitum ſpaciū eſt pertrāſitum a ſorte. Et quando petis vbi eſt ſortes dico ꝙ eſt vbi deo placet:non quidē ſicut dicere ſolemus ꝓueniendo ꝙ inter puncta finita pōt claudi infinitū ꝙ aliquod corpus eſt:et tamē deus neſcit vbi eſt in loco ꝟo vel imaginario vbicūqꝫ eſt in inſtāti terminānte horam ſolū finite diſtat a porta ſancti Victoris: in qua primo incepit mouere quēadmodū in quolibet inſtanti ꝑcedenti ſolum finite diſtabat ab eadē porta ⁊ deus reducit ſortē per locum infinitū in illo inſtāti a loco vel linea quā pertrāſiuit nec eſt poſſibile aliter cū infinitum nō habet extremū verſus partē infinitam non pōt relinqui extra illud. Eodem modo dico ſi eſſet vna linea infinita verſus oriētē ⁊ occidētem ⁊ duo lapides hic elongetur pariſius in p̄ma ꝑte ꝓportionali hore per pedale vnus ꝟſus occidētem alter verſus oriētem et ſic cōſequēter per oēs partes proportionales vnius hore dicitur ꝙ in inſtāti terminānte horam verū eſt dicere tota linea eſt pertrāſita: ſed illi lapides in illo inſtanti finite diſtant: ⁊ ſi eſſent infiniti lapides inter pariſium et orientem ſi deus auferret primū tertiū q̄ntū ſeptimū:⁊ ſic alternatim cōcedo ꝙ pōt cōgregare oēs lapides ꝟſus oriētē et ī inſtāti terminānte horā nullꝰ relinquetᷣ lapis ſuꝑ lineā infinitam.

¶ Potes hic argumentari ⁊ ſic ſoluere poſito ꝙ eēt vnū corpꝰ fiſtulare infinite longū ꝟſus oriētē terminatū pariſijs ⁊ deus in p̄ma ꝑte ꝓportionali vniꝰ hore creet lanceā ⁊ ponat in fiſtulā in ſcḋa parte ꝓportionali creet ſimilis magnitudinis lāceā: ⁊ ſic deinceps ſemꝑ poſterioribus creatis trudēdo priores ad ꝓbandum ꝙ infinitū claudiᷣ inter duo pūcta dicitᷣ ꝙ quelibet lanceola ꝑtranſibit totā fiſtulā et manebit ea: hoc ꝓꝫ lanceola creata in p̄ma ꝑte quālibet pedalitatē fiſtule ꝑtranſiuit:ergo tota gratia materie.conſequentia eſt bona.⁊ eadem via ꝓbabitur de qualibet alia lanceola ⁊c.

¶ Contra ſecundā et tertiam concluſiones ſic argumētor: deus poteſt retrahere ꝑ te illam lineam infinitam verſus oriētem terminatam pariſijs verſus occidentem ſignetur vnꝰ clauus in extremo finito:et in qualibet ꝑte ꝓportionali hore trahit deus ꝟſus occidentem ꝑ pedale iam in inſtanti terminante motū inter pariſium ⁊ clauū eſt diſtantia infinita.

¶ Preterea in illo caſu relinquit totum locum quem habuit in orientē qḋ ſi cōcedas:ergo realiter habet extremū ꝟſus orientem ſi neges tāta eſt diſtāria infinita inter occidentem ⁊ pariſium ſicut inter pariſiū eundo in infinitum ꝟſus.oriētem. Item quelibet pedalitas eius acquirit nouum locū ergo tota linea. ¶ Rurſus capio centrū corporis omniquaqꝫ infiniti vel vnū punctū eiꝰ pariſijs a volo ꝙ in qualibet parte ꝓportionali hore acquirat pedale: ſequeretur ꝙ adhuc totū corpus replet omnem locū poſſibilem qḋ videtur dicendum.

¶ Rñdetᷣ admittendo caſum ꝙ deꝰ trahat ꝟſus occidētē vt ponit argumentū tūc infinitū ſpaciū ꝑtrāſibitᷣ a clauo: ſꝫ in inſtāti terminānte horā clauꝰ ſolū finite diſtat: nec ē poſſibile ꝙ illud extremū ſemꝑ ꝓcedat ſcḋm rectū ⁊ ꝙ in inſtāti terminānte horā plus vel mī diſtat ſicut vnqꝫ añ diſtabat ſꝫ in nullo inſtāti diſtabat a loco a q̄ incepit infinite ⁊ rō eſt: qꝛ tūc aliquid eēt vltra infinitū. Ad aliud vbi dicitᷣ tota linea relinq̄t locū. ¶ Rñdetᷣ ꝙ tota linea nō erat ī loco ſꝫ oīs pedalitas eiꝰ erat ⁊ eſt ī loco ſed de loco ꝟo vel imaginario nego ꝙ tota linea relinquat locū quē habuit in oriēte ſꝑ illo mō trahēdo tenebit illū eſtoꝙ q̄libet pedalitas imo q̄lꝫ ꝑs finita acq̄rat nouū locū quēadmodū q̄lꝫ pedalitas mole mulciberi acq̄rit nouū vbi ſed nō tota moles.

¶ Ad tertiū dico ꝙ ſi eēt vnū corpus omniquaqꝫ infinitū deus pōt ipſm mouere verſus orientē: ⁊ quelibet pedalitas acquirit nouū vbi:ſed totū non acquirit.

¶ Sed cōtra ſic arguo ſigno vnam lineam infinitam verſus vtrūqꝫ extremū vocetur linea a ſigno b.infinitum verſus orientem terminatam pariſijs pono c.pemū ſuꝑ primū pedale b.pariſijs volo ꝙ in prima parte proportionali hore b.retrahatur ꝑ pedale et c.etiā

⁊ ita per quālibet partē proportionalē vnius hore,tūc in inſtāti terminante horā verū eſt dicere totū a a pariſio verſus orientē eſt pertranſitū a c.ergo primū pedale ipſius b.qđ erat termin' linee pariſius ptrāſiuit totū a inter pariſiū ⁊ orientē et a fortiori quelibet alia pedalitas linee b a pario. ergo totū a eſt pertrāſitū verſus orientē.ergo b eſt extra a.Et eodē mō ſi aliqua linea pura b retrahatur nihil eius manebit p lineā rectā vbi prius ⁊ per ꝯñs tota linea acquirit nouū vbi vl' clareſit a vnus aſſer bipedalis latitudinis ſit nouacula in extremo b.acuta diuidens a aſſerē quo ad latitudinē ⁊ retrahat deus b. eſt nouacula eius in qualibet parte proportionali vnius hore per pedalitatē iā in inſtāti terminante horā tot' aſſer a eſt diuiſus:ergo nouacula ⁊ quelibet ps linee b pertranſiuit totū a:ergo inter a ⁊ orientē eſt b. linea infinita:⁊ ſi a habet extremum.

¶Reſpondetur. Admittēdo caſum dicitur ꝙ in inſtanti terminante horam primo verū eſt dicere nūc pertranſiuit a ſed nūc finite diſtat a pariſio ⁊ quolibet alio pūcto ⁊ corpore in mūdo ſed in qualibet pte proportionali illius motus totū b ⁊ quelibet eius ps eſt ſup a ⁊ qñ addis de nouacula acuta dico ꝙ in quolibet inſtāti intrinſeco illi' hore nouacula ſup lineā a ⁊ in inſtāti terminante horā totus aſſer a erit diuiſus in duas medietates quo ad latitudinē et in inſtāti terminante horā ſtat ꝙ nouacula ſit ſuper a vel extra ſed nō eſt poſſibile ꝙ tm̄ diſtat in illo inſtāti ſicut in quocūq tēpore preterito diſtabat:qꝛ p pedale tripedale quadrupedale pētipedale:⁊ ſic ſine ſtatu mō in illo inſtāti nō ſic diſtat Et ſi arguas poſſibile eſt ꝙ in hoc inſtāti plus diſtat ꝙ̄ in hoc tēpore preterito demonſtrādo primā partē proportionalē horet in hoc tēpore preterito demonſtrādo ſecūdā partem proportionalē hore:⁊ ſic de ſingulis.igitur.

¶Reſpondetur. Vide an deliras per aſſēſum in modalibus cōpoſitis. Scdō videas an ſit eundo nūqđ tibi obuiabit p partē tpis terminatā ad inſtās, terminatū ſicut ſi ſortes ⁊ plato cōtinue albeſſant p vnā horā equaliter ⁊ ſortes in inſtāti terminati hore primo non ſit ſortes fuit ita albus ſicut plato eſt nūc in hoc inſtāti ſed bñ verū eſt ꝙ ſortes in nullo inſtanti fuit ita albus ſicut plato eſt. Iſtud totū quod dico de pertrāſitione declarabit duobus exēplis et ſunt probationes etiā bene apparentes ꝙ poſſibile eſt infinitū eſſe pertrāſitū do vnū caſeū terminatū pariſiꝫ eundē infinitū verſus orientem quadrupedalis latitudinis veniat mus in prima pte pportionali vnius hore ⁊ rodat, caſeū in medio pedaliter in ſcda pte pportionali iterū pedaliter:⁊ ſic p oēs ptes pportionales vnius hore in inſtāti termināte horā erūt duo caſei infiniti q̄ a pte pportionali illius hore ⁊ in quolibet inſtāti mus finite diſtabit a pariſio:⁊ tñ diuidet totū caſeum ⁊ faciat duos caſeos integros primo in inſtanti terminante horam hoc eſt illud erit primū inſtās in quo erunt duo caſei infiniti loquor de caſeis totalibus ꝙ dico de mure accipe de vno angelo quod poteſt deo fauente ſed exemplum muris eſt ſenſibilius quare non poterat vn' angelus pgere cū caſeo rodente lateraliter ppe murē:⁊ ſic totā lineā ptrāſiuit. ¶ Scdm eſt ſi eſſent infiniti lapides pedales ſup lineā infinitā inter pariſiū ⁊ orientē qđ obſtat ꝙ vnus angelus vadat inter primū lapidē ⁊ orientē ⁊ proiiciat illū a tergo extra lineā ſicut Ouidi' narrat de deucalione rege theſſalie primo methamorphoſeos ⁊ pirra eius cōiuge qui proiecerūt retro oſſa parētū in ſcda parte pportionali vadat angelus poſt ſecundū lapidem pura inter orientem ⁊ lapidē et illum proiiciat retro et faciat ſic cum quolibet lapides pportionales vnius hore in inſtanti terminante horam omnes lapides ſunt remoti a linea ſic tota linea eſt pertranſita.

Duo exēpla. Ouidius.

¶Sed ꝯtra iſtō arḡ:qꝛ de' pōt mouere mobile in inſtāti vl' ſaltē mutare; faciat angelū michaelē incipere pariſiꝫ in hoc inſtāti ⁊ eū mutet p totā lineā infinitā tūc nō potes euadere quin infinitum claudit inter duo puncta.

¶Reſpōdeo admittēdo caſuꝫ ⁊ dico ꝙ michael eſt per totā lineā in illo inſtāti ſed ſemp eſt finitū ſpacium inter michaelē, ⁊ pariſium a proximiori loco quo eſt michael et non datur vltimus locus in quo eſt: quia in loco vero vel imaginario infinito. De hoc ante argutū eſt ponendo ſortē et platonem in infinitis locis ꝙ in aliquo ſenſu concedi poteſt ꝙ infinitū rectuꝫ clauditur inter duo puncta. Fortaſſe angelus ex natura ſua poteſt eſſe in loco infinito longo ſuppoſitis duobus apparentibus. primum ꝙ nulla loci figura angelo repugnat ſecūdum ꝙ quicqđ poteſt eſſe in vno equaliuꝫ poteſt eſſe in reliquo equali illi ſi angelus poteſt. eſſe in quadrato pedali apparet ꝙ poteſt eſſe in linea quantūcunq longa ſed hoc eſt altioris ſpeculationis.

¶Secundo arguo probādo ꝙ linee infinite nō poſſunt moueri:quia ſi hoc eſſet verum ſequeretur ꝙ ſpacium mille leucarū eſſet pertranſitum in inſtanti per motum hoc cōſequens eſt falſum:ergo ⁊ antecedēs. Falſitas cōſequentis eſt nota:qꝛ eſt repugnantia in adiecto motus ſucceſſionem connotat probo conſequentiam ſigno duas lineas parallelas infinitas verſus orientem a b ſit a in primo climate in diameroes tranſiens in infinitum per aphricam ſit b finita in montibus iperboreis vltra climata tranſiens per aſiam in infinitū quieſcat a deprimatur b.verſus extremum infinitum quieſcente extremo in montibus iperboreis per vltimum inſtans nō eſſe:quia ſic motus incipit eſſe. Tunc ſic arguo immediate poſt hoc b tanget a inter b et a eſt ſpacium mille leucarum. ergo ſpacium mille leucarū pertranſibit per motū in inſtāti ꝙ p motū hoc ptꝫ qꝛ illud ſupponim' ꝙ moueat b ꝙ in inſtāti qꝛ ſi ſucceſſiue tūc pri' b ptrāſiret vnā leucā mille leucas:ſed ꝙ immediate poſt hoc b tāgēt a 3390 immediate poſt hoc b et a non erunt paralelle. Patet per extremum vocatum depreſſum.ſed erunt cōcurrentes ergo ſi in infinitū protrahūtur neceſſe eſt illas cōcurrere per illam petitionem Euclidis. Si due linee ſuper tertiam ceciderint et anguli ex vna pte fuerint maiores ex altera minores neceſſe eſt illas lineas ſi in infinitum protrahantur cōcurrere et hoc patet ad ſenſum. Accipe virgas:et ſic ordines et ratione probari poteſt ꝙ ſemper pedalitas b plus diſtās a mōtibus iperboreis magis appropinquant linee a.

Euclides.

¶Reſpōdet negando ꝯſequētiam ⁊ ad probationē cōcedo ꝙ immediate poſt

hoc b tanget a vt argumētū aperit. ſed nulla ps
infinita b immediate poſt hoc tāget a ſemꝑ par
tes prope orientē citius tāgent ⁊ alie tardi⁹ nec
ſequiť ꝑpterea moueať b in inſtāti ſed ſucceſſiue
q: modica depſſio in b facit ptes ꝟſus orientē bn̄
deſcēdere nulla pedalitas b primo tāget a qđ ps
ſigno pedale ꝑ mille leucas inter orientē ⁊ mōtes
iperboreos ſi illa pedalitas g b inter g ⁊ orientē q̄
eſt pedalitas b linee plus tāget a ꝙ̄ g ⁊ i tāget a
an̄ h ⁊ k ante i. ⁊ l ante k: ⁊ ſic in infinitū ſed im-
mediate poſt hoc infinita pars b tāget a.

Sed ↄtra illđ ar̄ ponať etiā

c linea a pariſio in infinitū ꝟſus orientē iaʒ c me-
diat inter a ⁊ b iā ſic arguiť b tāget c lineā an̄ a li
neā: q: ſucceſſiue moueť ⁊ c mediat: ergo nō im-
mediate poſt hoc b tāget a. ꝓb tāget c. ante a pʒ
quelibet pedalitas b tāget pedalitatē ei r̄ndētē
in c. an̄ ꝙ̄ tāgat pedalitatē reſpōdētem in a: ğ b
prius tāget c ꝙ̄ a. inſuꝑ ſi eſſet alia linea infini-
ta in antecedimaribus d trāſiēs infinitū ꝟſus oriē
tē ſequiť b eq̄ cito tāgeret d ſicut. c. qđ ſi cōcedas
pono infinitas lineas inter d ⁊ meridiē oēs trā-
ſeuntes in infinitū verſus orientē iā nō dabiť vlti
ma linea verſus meridiē ſequereť ꝙ b eque cito
tāgeret eas oēs: ⁊ ſic immediate poſt hoc faceret
magnam portionem circuli.

Reſpondeť admittendo ca-

ſum de c linea ⁊ negať ꝙ b tāgat c ante a. ⁊ cōce-
diť ꝙ q̄lʒ pedalitas b tāget pedalitatē ei reſpon
dētē in c anteꝙ̄ in a. ergo b prius tāget c ꝙ̄ a ne
go illā ↄſequētiā ⁊ qn̄ ponis d vltra a ⁊ infinitas
lineas admitto caſum ⁊ eo admiſſo dico ꝙ b nō
citius c ꝙ̄ d⁊ infinitas lineas verſus meridiē tā
get. Et aliud quod tāgitur de circulo.

Reſpōdeo per ꝑpoſitiōes.

Propoſitiones

prima eſt more mathematico loquēdo ac ſi
ex fluxu pūcti nō in directū fluat linea curua ⁊ cir
culus dicať ꝑ immediate poſt hoc erit portio cir-
culi da vnū inſtans poſt hoc qđcūq̄ fuerit illud
dabitur portio circuli qđ patet immediate poſt
hoc b. linea depriměť. ğ pūctū pedaliter diſtās a
mōtibus iperboreis facis portiorē circuli paruā:
q: nō fluit per lineā breuiſſimā pūctū pedaliter
diſtās a mōtibus iperboreis facit maiorē portio
nem circuli in equali tempore.

Scđa ꝑpō. Dato quocūq̄

inſtāti poſt vltimū inſtās nō eſſe depreſſiōis infi
nite magna erit aliqua portio circuli. patet non
datur pedalitas maxime diſtās a mōtibus iper
boreis et quādo pedalitas plus diſtat portio cir-
culi eſt maior.

Tertia ꝑpō an̄ qđlibet in-

ſtās futurū poſt vltimū inſtans nō eſſe depreſſio
nis dabitur infinitū ſpaciū inter b ⁊ a poſt pūctū
ſectionis ⁊ contactus da vnū inſtans poſt hoc et
inuenies ꝙ b interſecat a da punctum ſectionis
in illo inſtanti prope nos inter illud pūctū ⁊ oriē
tē vbi b eſt extra a. ꝑpe pūctū ſectionis eſt peda-
le ſpaciū interceptū bipedale tripedale quadru-
pedale: ⁊ ſic ſine ſtatu ⁊ cauſa eſt: quia eundo ad
orientē ſemꝑ quālibet ſectionem ſectio precibat.

Tertio arguiť ſi linea infini

te longa pōt moueri ſequereť ꝙ aliqđ valde tar
de motū moueť infinite velocitate ↄñs eſt impoſſi
bile. ergo ⁊ an̄s ꝓbo ↄñam. ergo vnā lineā infini
te lōgā a cētro terre trāſeuntē ꝑ celos moueať il
la linea ſic. ſ. ꝙ pedalitas ꝑpe terraʒ moueatur
adeo tarde ſicut limax iā tarde moueť: lʒ ꝓbo ꝙ
infinite velociter moueť capio aliā lineā pedalē
ꝙ̄ ſuppono circuire terrā cū illa infinita ſit pri-
ma a. ſcđa b. a infinite velocius moueť ꝙ̄ b. igiť.
qđ ꝓbo qđlʒ mobile qđ mobile circulariter mo-
ueť ita velociter ſicut pūctū velociſſime motū in
eo ſi qđ tale ſit vel mediū punctū eius: q: ꝯ motuʒ
difformē ad vniformitatē reducere opʒ mola fa-
bri moueť ita velociter ſicut pūctū mediū ſemi-
diametri ei⁹ vel ſicut ſupficies terminatiua mo-
le: ſed hic nō pōt dari pūctū velociſſime motū: q:
quāto pūctū plus diſtat a cētro vel a principio tā
to maiorē circulū deſcribit in equali tempore: er
go velocius moueť et ptes moueně in hac linea
difformiter. ergo totalis linea ociſſime rapitur
circa terram.

Reſpondeť ꝑ ꝑpoſitiones.

Propoſitiones.

prima eſt ꝙ̄ro linea eſt longior tanto ocius
mouetur ſuppoſito ꝙ partes equaliter altera
terra equaliter mouentur hoc patet: q: in equa
li tempore maius ſpacium deſcribit punctuʒ me
dium eius vel punctum velociſſime motum pro
nunc non curo vtraꝗ̄ illarum poſitionum ſit ve
ra illud clarum eſt in lineis finitis. Secunda
propoſitio nulla eſt propoſitio motus linee ad
lineam b probatur linea b mouetur ita veloci-
ter ſicut punctum extremum vel medium eius
linea a incōparabiliter velocius moueť. Ter-
tia propoſitio. infinite velociter mouetur linea
a. patet quantumcūq̄ velocitate motus data cō
tingit dare velociorem motum linee a. non con-
tingit dare maiorem igitur minor patet: q: vel
erit motus linee finite vel infinite nō eſt primū
ſi moueatur motu proprie dicto neq̄ ſecundum.
Quarta propoſitio linea a. non mutatur in-
ſtantanee patet ex toto caſu forte dicis ꝙ linea
iſta in tempore finito tranſibit ſpacium infini-
tum diſtinguitur vel ꝙ vna finita et determina-
ta pars linee a pertranſeat infinitum ſpacium
in tempore finito equaliter mouendo. et ſic ne-
gatur vel quocunq̄ partibus linee datis mouen-
tibus dantur partes que velocius mouentur: et
ſic conceditur hoc eſt dicere nullum eſt inconue-
niens a totali linea.

Quarto arguitur dato cor-

pore infinite grauitatis ſuper reſiſtentiam infi-
nitam vel illud deſcendet vel non ⁊ conſimiliter
poteſt queri de calore infinito et infinito frigo
re approximatis: ſed q: fortaſſe dicetur ibi nul-
la erit actio capio corpus vniformiter calidum
vt quattuor volo ꝙ ſit infinite magnum ⁊ aliud
corpus bipedale frigidum infinite quo ad inten
ſionem queritur que actio erit ibidē ſi dicas fri-
gus corrūpet calorē poſtꝙ̄ eſt infinitū intēſiue
qđ ſi cōcedas. Cōtra corpus calidū habet infini
tas partes nō cōicātes caloris. ergo eſt etiā infi-
nite calidū. Si dicas ⁊ bn̄ hoc minime ſufficere
ad corpus eſſe infinite calidū ſed requiriť ꝙ oēs
ſint in eodem ſubiecto primo penetratiue quod
nō eſt in alio corpore Cōtra hoc nō impedit oēs
pedalitates caloris ſe iuuāt ⁊ ſunt infinite. ğ infi
nita eſt actiuitas ⁊ infinita reſiſtētia. Itē datis
duobus corporibus a ⁊ b. ſit a vniformiter graue
vt vnū b. pedale infinite grauitatis ponať eque
libra infinita b. nō plus pōderabit ꝙ̄ a eſto ꝙ ſit
infinitas intentionaliter in b. ⁊ nō in a.

¶ Reſpondet ſufficienter arguendo vſq ad finē argumēti q̄ frigus calorem corrumpet nō ſatis bñ applicantᵗ ptes diſtātes ad reſiſtendū ac ſi ſimul eſſent bene verū eſt q̄ multe ptes ſe iuuāt ad agendū ⁊ reſiſtendū ſed nō ſic ad agendū vix pcipies manū citius frigefactā a toto mari q̄ a dolio pleno aque vł puteo paruo equaliter frigido cū toto mari ⁊ qñ argumētaris de a ⁊ b. corporibus grauibus dico q̄ a in extremo balācis tm̄ pōderabit ſicut b. q: eſt infinita grauitas meli⁹ applicabitᵗ in equilibra q̄to plus diſtat a medio et ita de qualibet alia qualitate motiua ſecus ē de qualitate actiua.

¶ Sed contra illud arguitur ſignādo vnā equilibrā ſuſpēſam in aere quā de⁹ conſeruat: ⁊ etiā ne frangatᵗ ponatur tota ſpera terre penetratiue cum ſua grauitate q̄ ſtet in altero extremo ponatur vna faba in alio ⁊ elongetur extremum in quo eſt faba ſequitur q̄ tādem trahet totam terram.

¶ Reſpondetur q̄ aliquid eſt ſuper hoc tactū queſtione p̄cedenti etiā de terra videtᵗ multis ſi eſſet omnino penetratio partiū nulla eſſet actiuitas grauitatis ſ3 quicq̄d ſit nō ſto in illis cōcedo q̄ faba tādē p elongationē ſibi attrahet mille pōdera equalis grauitatis cum terra ſed bona ē queſtio ponēdo in vno extremo grauitatē infinitam ⁊ q̄ deus infinite oblonget aliud extremū ſemp tenēdo fabas in eo. an ante inſtans terminatū hore puta in tpe terminato ad illud inſtans attrahet grauitatē infinitā ad equalitatē ⁊ q̄diu ſtabit: ſ3 hoc tibi relinquitᵗ.

¶ Quinto arguitur poſito q̄ deus creet vnū corpus infinitum ſurſum eundo terminatū ſup capita noſtra in principio infime regionis aeris ⁊ ſit ipſum graue ⁊ relinquatᵗ nature ſue vel deſcendet vel nō. ſi ſecundū. contra eſt graue appetit eſſe deorſum nō habet impedimentū. ergo deſcendet. Si primū ergo infinite pars eius q̄ eſt extra celū verſus celū3 moueretᵗ ⁊ p ɔ̄ñs aſcēderet ⁊ hoc eſt maius inconueniens q̄ q̄ illa ps finita ſub celo nō deſcēderet domin⁹ Gregorius propter hoc dicit nō deſcendet.

¶ Sed cōtra hoc arguitᵗ voce pars extra celū a inter celos a cōcauo lune ad cōuexum noni celi vel vltimi quocunq fuerit b ps infra celos an hoc q̄ tota linea deſcendat nō ſequitᵗ q̄ a aſcēdat. ergo male dicit pbo aſſumptū q: ſi aſcēderet hoc eſt: q: magis appropinq̄t celo ſed ppterea nō ſequitᵗ ſi eēt lapis per vnū pedē diſtās a celo quēadmodū graue hic recedit a circunferētia ad centrū ſed hoc ibi dicis nō pōt nec eſt centrū nec circumferētia ppterea nō videtur eſſe idē extra celū ⁊ infra q̄d eſſet de tali lapide ſi relinquatᵗ ſue nature dubito ſi dicas q̄ ille lapis quieſcit ibidē ⁊ idem de a parte linee date c. pars appetit deſcēdere ⁊ eſt valde grauis ⁊ alie ptes. ſ. a ſupra celū ⁊ b in celo reſiſtūt. ergo c ps niſi reſiſtenti a fuerit fortis rūpet violenter ipm phibens ⁊ deſcēdet. Itē clarius ponatᵗ doliu3 infinite longū habēs baſim ſupra pariſium plenū vino ⁊ frāgatᵗ baſis vino relicto ſue nature ⁊ clarum eſt q̄ viuū infra celū deſcendet an vinum in celis reuoluetᵗ cum eis ex ſua natura notū eſt q̄ nō an ibi ppetuo q̄eſcet vel materia eius, dubiū eſt q̄d fieret ſi deus caperet partē celi ⁊ poneret in aere eadē relicta in celo vel nō relicta. Sic p3 q̄ nihil certi huic argumēto dici pōt Sed ſi deus faceret ſpherā leuiū in infinitū ſurſum vt igne3 ſine celo tūc q̄d dicendū certū nō eſt. Si dicas q̄ deſcēdet ⁊ ibi eſt acrius punctū an ſemp mouebitur: vel tandē q̄eſcet quādo prima pedalitas eius tāget centrū terre ē infinita ps ſurſum ⁊ ſi in quolibet die mille leuce ptranſeāt cētrū terre ſemp ſunt plures partes ſurſum q̄ deorſum et ſufficiunt ad pellēdas alias ptes q̄ ſunt ex alia pte cētri q̄ nō poſſunt reſiſtere ſufficiēter actiuitati grauitatis ſurſu3 que eſt extra ſurſum locū naturalem potens eſſe in ſuo loco naturali.

¶ Sed contra illud arguitur Non habet locū naturalem in illo caſu. ergo nō appetit ire ad centrū terre ɔ̄ña claret probatur añs. graue appetit ire ad cētrū terre per linea3 breuiſſimā ⁊ ſi eſſet extra ſic mouebitur remoto prohibente ⁊ nō quieſcet quouſq mediu3 eius ſit medium mūdi: ſed ſic nō eſt de corpore illo infinito. igitur q: nō habet medium ſemp maior pars eſt ſurſum. ¶ Preterea ē in fine grauitatis illud corpus in forma vł in valore. ergo deſcēdet in inſtanti ⁊ tunc quero qñ quieſcet quota pars illi⁹ linee erit ſupra cētrū: ⁊ quota infra. Si dicas nō deſcēdet ptra aliud corpus ſecū eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime deſcenderet: ergo ⁊ ipſum nec valet dicere q̄ infinitas phibeat: q: calor infinit⁹ extēſiue ⁊ intēſiue calefacit plus q̄ infinitus. Poteſt fieri argumentū q̄ deus nō pōt pducere maximam raritatē poſſibilē: q: tunc mobile poſitum in eo mouebitᵗ ita velociter vel mutabitur ſicut in vacuo ⁊c̄. Regula.

¶ Finitᵗ propoſitum de infinito magiſtri Joannis Maioris.

¶ Dialogus inter duos logicos ⁊ magiſtrum.

IOānes formā. Quid hoc ſibi vult dicere Joānes: regēs ita inſtanter petit cappa3: vix lapſus eſt dies vnus a logice exordio quo cappa3 non petierit: ſub velamine neſcio quo vt in philoſophorum vico litterā Ariſtotelis lectitet. Joannes dulart. Profecto rogas iſte exactiones non ſolent mecum fieri gandaui: nec iſta petūt regentes in grāmatica que longe maiore3 operam circa diſcipulos adhibēt matutinis ſcholā ingrediētes tarduiſq exeūt. Joānes formā. Que dicis alio argumēto cōfirmare conabor. In ſancto andrea famoſo liberaliū artiū ſtudio nihil his a ſeculis ē petitū niſi me fallat opinio regentiū in artib⁹ cupiditas hūc modū ſoluēdi adiuenit. Joānes dulart. Idē louanij ⁊ colonie modus obſeruatᵗ. Aliud te non latere volo. nō ē mihi animus artibus incūbere q̄ more fluctus aque abeūt. Juri pōtificio et ceſareo operā nauabo. Joannes forman. Fortaſſe identidē faciā: ſed prius conſulamus regentem quidnā faciendū ē exoro. Joānes dulart. Abſit p minas blanditiaſq nobis ſataget ſecū viſitare artes. ſi nō acquieſcamus ei iniuria nō dubites nos laceſſet, ⁊ forte verberib⁹ ſine lege nos cedet

ſed magiſtrū Joānē amand adeamus. ē mihi
patriota ⁊ amicus. noſtra archana regēti nō pa
te faciet. Joannes dulart. Placet habeo etiā alia
querere. Magiſter Joannes annandus. Salue
Joānes formā. Que noua fert anim⁹? Quiſnam
eſt iſte iuuenis quē tecū adducis. Joānes formā
Eſt ē, iā gandēſis noſtre lectionis: paucula ha-
bem⁹ a te q̄rere. Magiſter. audiamus q̄ſo. Joā
nes forman. Regens petit a nobis ſolutionem
cappe. nō eſt modus ſancti andree nec ceterorū
ſtudiorū. Quid tibi videt̄ an hoc equū ſit nobis
ſignifica. Magiſter. Grauis ē hec q̄ſtio. An tu tā
ta tenacitate laboras vt regētis ſalariū ſoluere
recalcitras. Joānes formā. Nō ppterea dixerim
certe intelligas etiā nos ambo ſoluim⁹ ⁊ p figura
ſimiliter vbi alij ſimplicē dedere ego cōpoſitam
q̄ pōt diuidi in duas ptes intelligibiles capaces
prioris ſenſus: hoc ē ſolutionis primo inſtitute
⁊ pari forma de cappa. Joānes dulart. Nos ſolū
quid eq̄tatis ē ſoluēdi rogam⁹. Magiſter. Equū
eſt ſoluere. Hāc cōcluſionē pbo iure nature: di-
uino ⁊ humano. Jure nature ſic. Unūquenq̄ de
ſuis laborib⁹ victitare recta ratio ſuggerit. Jure
diuino prime corinthiorū nono inquit apoſtol⁹
Quis militat ſuis ſtipendijs vnq̄. Quis plātat
vineā ⁊ de fructu ei⁹ nō edat. Et deuteronomij vi
geſimoquinto. Nō alligabis os boui trituranti.
Et tertiadecima queſtione prima. Eccleſias. Et
extra de pbēdis ⁊ dignitatib⁹. Extirpāde. Et eſt
Innocētij tertij hec verba apoſtoli allegātis. Joā
nes formā. Ex his omnibus quomodo concludis
regentē in artibus debere petere pecuniam pro
cappa. Magiſter. q̄uis ex aſſumptis nō 9cludat̄
immediate regentē debere petere pecuniaȝ pro
cappa. tñ cōuincit̄ q̄ ſcolaſtici tenent̄ ei ſatiſfa-
cere pro iprobo labore quē in docēdo aſſumit ⁊ ē
cōſtitutio humana ad hāc ſolutionē determinās
quēadmodū ius naturale ⁊ diuinuȝ dictat ho-
minē de peccatis debere penitere ſed mater ec-
cleſia illud determinat p aliquo tpe anni. ſm il-
lud extra de penitētijs ⁊ remiſſionibus. Omnis
vtriuſq̄ ſexus. Joānes dulart. Allega nobis illā
cōſtitutionē q̄ oporteat ſoluere p cappa: et q̄re
pariſij ⁊ nō alibi. ⁊ nō regentibus in grāmatica
ſicut in artibus. Magiſter. Siue allegādo ſiue
Conſuetu- nō in idē redit. Cōſuetudo ē lex nō ſcripta et q̄ñ
do eſt lex nō cēt cōſuetudo redde q̄ꝺ debes: ⁊ ptinus inue
nō ſcripta nies vix ſolutionē in ſubſexquialtera pportione
Ariſtote- ad eius operā das. dijs parentibus et magiſtris
les. inquit Ariſtoteles pōt ad condignuȝ regratiari
nemo. quare pariſij: aliorū pace dixerim: facile
eſt reſpondere: non eſt facile creditu q̄ alibi tñ
opere aſſumant in docēdo regētes hic ſtudenda
exercitatio. nonne hec carmina audiſtis: Nec ſtu
Verſus. diuȝ tale q̄ꝙ laudent̄ athene. Eſt viſuȝ in terris
quale ſequana tuū. Romani q̄ñ habebant im-
perium gaudebāt priuilegijs q̄bus alij nō gau-
debāt ⁊ reputabant̄ nobiles. Quare illud a pre
claro ſtudio pariſiēſi negabis q̄ꝺ iuſtū eſt: ⁊ ſola
cauſa in romanis erat iminentia imperij prius
aſſirijs: perſis: medis. macedonibus ſm q̄ dici
ſolet nulli adequat̄ lumē cū lumine ſolis nullō
romano par fuit imperio. Preterea alij iuſte idē-
tidem expetere poſſunt de regētibus in grāma-
tica multa dici poſſunt. Martinus de magiſtris
Martin⁹ grauis theologus opinat̄ regētes in artibus nō
de magi- aſtrictos ieiunio quadrageſimali per locū a cō-
ſtris. trario ſenſu illud negare videt̄ a grāmatice re-
gētibus in ſocium ſorboni cū eligit̄ nemo niſi q̄

prius curſuȝ integrū duxerit in artibus: legens
grāmaticā ita diu ſicut iotarius in ſociū non aſ-
ſumit̄. Itē nō nego quin iuſte eis in grāmatica
regētibus debeat̄ aliq̄d vltra portionē. Joānes
forman. Certe vr̄ mihi ratio de ieiunio valere d
tius pro grammaticis q̄ artiſtis. Magiſter. Nō
figamus hic veſtigia non negare intendo quin
multi regētes in grāmatica aliquibus regētib⁹
in artibus pſtent: ſed ſibi imputet̄ quare hec cō
ſuetudo nō itroducat̄. Joānes dulart. Carmina
que induxiſti p iouez ſatis ſtoccipēdo vbi ſtudiū
pariſiēſe extollere moliris: teſte Horatio in arte **Horatius.**
poetica. Pictorib⁹ atq̄ poetis q̄ꝺlibet audēdi ſp
dat̄ equa ptās. Athenaꝝ ſtudio ſcientiaꝝ torrētē
Ergo pparare nō debebas. ibi ſeptē artes tāq̄ a
fonte ſcaturierunt. Magiſter. Hec carmina ego
ipſe vti intelligitis nō fabricaui: ſed ad athenas
ſeptē artiū liberaliū inuentricē grāde facio: ſed
ſicut ſinagoga q̄ ſancta erat p tpe ſuo. eccl'ie locū **Analogia/**
dare nō erubuit. athene pariſiorꝫ achademie. **ſcio.**
hic doctrina athenaꝝ cū cremēto Pariſiēſi vber- **Ariſtote-**
rime fluit. zenonis ſophiſmata: pclariſſimi Ari- **les.**
ſtotelis logica Diui platonis methaphyſica ſor- **Plato.**
bona cū philoſophorū vico cū athenis cōtendere
poſſunt. Joānes formā. Reſolue an iuſtū eſt ſol-
uere. Magiſter. Jam reſpōſuȝ eſt: ⁊ cōfirmo per
terminū cappa in quo ſunt quinq̄ littere p lit-
teras interpretādo. c. capias a prepō. p. potētib⁹
p. ſecundo loco pecuniā. a artiſtis. ita q̄ termin⁹
tñ valet ſicut cape a potētibus artiſtis pecuniā
ita q̄ ſi nō q̄ꝺlibet iſtorū argumētoꝝ cōcluſionē
concludat: oia tñ iuncta. Joānes dulart. Multa
inſolida inuoluis. In primis, potētiores artiſte
ſunt pauperiores holes: quonā pacto dicis a potē-
tibus artiſtis: dicas ab impotētibus artiſtis: q̄
diuites viri pleruq̄ ſunt impotētes, artiſte ⁊ ſic
interpretādo terminum falleris. reducam illud
argumētum cōtra te. cappa. c. caueas. a accipere
p. pecuniam: p ſecundo loco pro. a artiſtis. ac ſi
diceret̄: caueas accipere pecuniā pro artiſtis. Et
q̄ñ dicis. Si nō q̄ꝺlibet cōcludit: omnia tñ ſimul
iuncta hoc repugnantiā inuoluit. ſi non q̄ꝺlibet
concludit quodlibet argumētū ſolui poſſe nō ne
gandum eſt quodlibet ſoluto omnia concludūt
perinde eſt ac ſi diceretur tota multitudo eſt in
inferno pro ablatione recemorum. ⁊ quilibet il-
lius multitudinis eſt in celo in ſophiſmate q̄ꝺ
regis nobis ſolet practicare in copulatiuis ⁊ co-
pulatis. Magiſter. Nō ſane intelligitis clarum
eſt intueri. oia plus vos mouere debent q̄ q̄ꝺ-
libet vnum argumentum ſeorſum. quis niſi ce-
cutiens bene ambigit vbi arguis ex appellatio
nibus harum notionum potentibus artiſtis de
caperis nō immediate iungitur in cuius iudiciū
per pecuniā ſignificans inter a ⁊ p primuȝ inter
ſerit. Item ſcōo de celo inquit Ariſtoteles. Lo-
quendū eſt vt plures. ſed pergite ad alias que- **Ariſtote-**
ſtiunculas ſi vobis occurrant. Joannes forman. **les.**
Eſt nobis animus haſce artes peſſundare, que
inſtar niuis in conſpectu ſolis liqueſiunt extra
ſtudium quid pderunt artes. O bone ieſu quot
eorū dantur cachinno qui dies integros abſor-
bent an cuiuſlibet hois aſinus ſit aſinus addūt
quedam ſincathegoremata vt aliquid frugi vi-
deatur vbi eſt infelix lolium. ſicut a hominis aſi
nus non eſt aſinus preter modum philoſophicū
Joānes dulart. Profecto recte dicis. artiſte ſuas
artes iactitāt vtiles propter alias diſciplinas et
omni luce clarius eſt nec theologiam nec pnam

philoſophiam nec matematicaȝ iſtos me ldros inſerere: quia eſſet in cirpo nodum inquirere. Magiſter. Prohdolo: vos seductos inſpicio oculos, faſcinatos habentes: hec exempla aſino:uȝ adducũtur vt in ceteris ſcientijs manuductionẽ habeatis. capiatis alia exemplaria ſi libet. vtputa a celum non eſt celum. cuiuſlibet epiſcopi beneficiũ non eſt beneficium. ſi nunc in teneris annis ad hec anheletis de ſincathegorematib⁹ quid obſtat in hac iuuẽtute vt omnia hec penetrabilia traſcurratis: ne falli poteſtis in poſterũ in ſimilibus regentibus. profecto vobis eſt tediosus vbi multum tempo:is inutiliter frequenter vobiſcum clamitẽ: nec nimis in illis inuolutis ſcopulis immo:ari app:obo. Joannes formã Petrus canoniſtas vt a maio:ibus audiui theologo p:eferẽdus eſt. quid ergo p:odeſt videre artes p:opter theologiam cum quadrimus canoniſta theologo duodecim anno:ũ p:eferatur tẽpus ſatis inutile in caſibus poſſibilib⁹ deo nũq̃ euenientibus. vt de infinito. de intentione fo:marum in materia: de charitate. in ſeptima decima diſtinctione p:imi ſolẽt tractare theologi an continuũ componatur ex punctis. in ſecũda diſtinctione ſecundi ſententiarum. ꝛ ita in pleriſq; alijs allegarunt mihi illa loca ꝛ menti commendaui: tu ſcis an ita ſit Magiſter. Digito cõpeſce labellum: nõ transgrediaris limites tuos in theologia: ſed q: ſiniſtre te eruditũ video cõtra artes vmbone repellam vmbones: ſuccincte tamen pertranſiens reſpondens ſolum illi obiectioni in qua dicis canoniſtam theologo p:eferendum: quia ex tua pharetra non venit illa ſagitta. Bene verum eſt q̃ Hoſtienſis extra de cõſanguinitate ꝛ affinitate. c. p:imo. ꝛ extra de clericis non reſidentibus. Sue fraternitatis. ꝛ Pano:mitanus dicunt q̃ ſi fuerit locus vbi ventilẽtur cauſe ꝛ non hereſis canoniſta theologo p̃ponẽdus eſt. Iſta ſunt verba canoniſte decretales epiſtolas conſideratis facile ſoluẽtis queſtionẽ ſatis impertinenter motam in capitibus p:edictis: cum ibi ſolum dicatur q̃ iudex debet ſcire canones ꝛ hoc quis negat: ſed rurſus conſidera quid Okam in dyalogo lib:o p:imo capite tertio dicat: canoniſtas temerarios p̃ſumptuoſos appellat. ꝛ ca. xiiij. eiuſdem lib:i dicit canoniſtas puros nõ debere inferre aliquid per bonã conſequẽtiam ex his que in iure hñt niſi ita patenter ſequat̃ vt cuilibet pateat: quomodo ipſe cõſequẽtiarum ignarus non illuſus deducere poteſt declarat per exemplum lõge docti viri in theologia ſcribentis cõmẽtarios beati Dionyſij accuſati publice in concilio. qui petit canoniſtã p:o ſe reſponſurum. cum nõ calleret canones dictum eſt ei illud eſſe turpitudinis theologo triũ dierum inducias flagitans. Tertio quoq; dic ita p:ofunde rationes canoniſtarum eneruauit. vt que p:ima fronte videbantur eſſe in cura vib:ate p:o ſua parte in contrarios perpulch:e reto:ſit. Reſpondit romanus pontifex: eſt iſte quem dicitis iura neſcire ita ſcite omnia explicat vt iuris radicem in digitis ferre videatur. nimirum quia ius diuinum ſancto:um patrum ſanctiões philoſopho:ũq; ſcripta ita p̃f.unde. ante rimabat̃ q̃ iura ab eis emanãtia q̃drare oſtendit: q; elenchos ſophiſticos inferendo decipi non poterat. Inſup theologus vti videtis eſt ambidexter iura p:imo intuitu in radice capit ſubtilius impugnat tutius in reſpondendo ſeſe habere dinoſcitur: illationem ſophiſticam quantũcunq; nodoſam nõ fo:midat. Eccleſie enim in diebus Auguſtini ꝛ Hieronymi ante ius canonicum bene regebatur. ipſum eſt agar ſuffultum diuitijs ſaram ſuaȝ dominam deſpiciens. Joãnes dulart. Placet hoc: nõ facile credendum opino: aliquẽ poſt p:ima grammatice rudimenta quattuo: anno:ũ curriculo ad equalitatem theologi duodecim vel quattuo:decim annis exercitato peruenire poſſe. Magiſter. Recte ſentis in liberalibus doctus a puncto in punctum lineã rectam ducit. alter multas epiſtolas memoriter habet q̃s in radice difficulter capit. ꝛ ſi viueret annos neſto:eos nõ peracute venabit̃ ſicut theologus.

Hoſtienſis. Pano:mitanus. Okam. Beatus Dionyſius. Theologi laus. Auguſtinus Hieronymus.

Regiſtrum.

Aa a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v AA A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V. Omnes ſunt quaterni preter t qui eſt ternus.

¶ Inclytarum atq; argutiſſimarũ artium ac Sacre pagine doctoris acutiſſimi Magiſtri Joãnis Maio:is Scoti Lib:i quos in artibus in collegio Montis acuti pariſius regentãdo compilauit hoc in volumine feliciter expliciunt. Imp:eſſi lugd. Anno noſtre ſalutis. M.ccccc. decimoſexto. die vero decima mẽſis ap:ilis.

Robertus dumus lexouiacus ad Dyalecticos.

Quid differs pubes maioris voluere libros:
  In ſe qui tantum commoditatis habent.
Hic maior maiora dedit maioribus ipſis:
  Diſcipulis cupiens conſuluiſſe ſuis.
Ordine fundamenta iacit logicalia pulchro:
  Huius doctrine: mox grauiora petit.
Argutos inter numerabitur ille ſophiſtas:
  Si ſemel hoc ſana mente legatur opus.
Antique ſtuduit reſecare vacantia gentis:
  Stringens que late compoſuere patres.
Quare agite (o iuuenes) iſtos percurrite libros:
  Si logice celſum vultis adire gradum.
Conſummatus erit logicus ſi diſputet vſq;:
  Sin minus impenſas perdidit atq; oleum.
Tela hic propulſet forti vibrata palato:
  Annuat: atq; neget: nonnihil ipſe probet.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google